VNIVERSA GRAMMATICA GRÆCA.

Institutiones Etymologicæ ex N. Clenardo, cum Scholiis P. Antesignani, multis his quidem in locis recognitis, auctis & emẽdatis: Orthographia verò, Syntaxis & Prosodia, ex optimis, & qui in Scholis Societatis Iesv potissimùm probantur auctoribus per Alexandrvm Scot, Scotum I. V. D. collectæ, & suis locis insertæ, Scholiis & Annotationibus illustratæ.

Operi accesserunt indices duo, iis qui priùs in Antesignani editione habebantur multo copiosiores, rerum vnus, verborum alter, tyronibus maximè necessarij.

Et in eorundem gratiam ad operis calcem annexus est Petri Antesignani de praxi præceptorum Grammatices.

Auctorum nomina ex quibus quæq; partes desumptæ sunt, sexta habet pagina.



LVGDVNI,
EX OFFICINA HVGONIS A PORTA.
APVD FRATRES DE GABIANO.
M. D. XCIIII.

AD CONSVLES ET SENATVM CARPENTORACTI.

* * *

GRAMMATICAS haſce lucubrationes vel (dicam rectius) veterum & recentium Grammaticorum ſub vnum quaſi ſignum collecta ſtudiá, (Viri nobiles, Viri prudentes) in lucem, idque ſub tutela veſtri nominis, mihi viſum eſt dare: illud frequens amicorum, qui me ad id ſtudij genus impulerunt adhortatio: hoc (ad commune vobiſcum mihi augendæ & promouendæ Reipub. litterariæ ſtudium) cauſæ duplices effecerunt: Prior eſt, quia lucem aliquam tenui huic & inopi cauſæ, (quod pro Deiotaro Tullius) nec ſcriptione admodum digne, afferre conatus ſum luce veſtra: quorum ornatiſsima, natura & ſitu ædificiorum pulcherrima, antiqua & omnibus rebus aucta vrbs ſplendet, inter Veniſsini Comitatus primas: veſtra in ea prudētia non ſolū incolumis, ſed & virtute ornata: Cauſa

altera, & arctior: quòd vestra me huc impellit beneuolentiâ condita comitas, qua priuatim insigni semper in me Vr. ac publicè pridem per Epistolam eximij cuiusdam affectus & cultus plenam, qua me commune hoc Gallici imperij incēdium quasi ex specula otiosè & cartis immersum, nec sine lachrymis spectantem, ad publica in vrbe vestra captanda munia excitastis, iterum iterumque munificè vocastis, venientem, vix dum limina salutantem cum honore & amore excepistis, hærentem habuistis, abeuntemque dimisistis. Quo meo merito? nullo fateor, sed solo beneficæ & humanæ naturæ impulsu quam velut Genio vel fato, inter ascitas gentes propriè esse vestram, vel vnica me tacente, loquitur SADOLETORVM familia: ex qua tertius iam secundi (singulique ætatis & seculi sui lumina) tenet Episcopatum: quænam enim terrarum ora tam abdita, cuius vrbes, sedesque non penetrauit IACOBI SADOLETI eloquentia? Cuius animum cordisque penetralia non occupauit IACOBI SACRATI, nepotis pietas, flexítve prudentia? FRANCISCI verò quē vos (felices) præsentem in vrbe vestra, salutatis & colitis, quanta prudentia, pietas, eloquentia, & nos quē præsentes pridem præsentē, de Græcorum metris, de Astronomiæ acutissimis demōstrationibus subtiliter differentem audiuimus: & vos omnes testis esse potestis idonei. Quod vestrū eo præclarius beneficiū, quòd in hactenus

ver

verbis factísve immunem, tam munifici fuistis. Id ne vltra sim verborum saltem hoc, scriptique munus accipite: Nouum vetusque ingenij partum, nouum dispositu, compositu veterem: Partum, quem non tam polire mens mihi, quàm meridiano otio, meridiando, floribus & indumentis alieni ingenij ornatū spectare: Vos eum suscipite, tutores, imo patres, tangite, ex positum tollite, comitatis, grauitatis, & auctoritatis vestrę scuto contra maligni oris dentem defendite: Ita Deus potentissimum hoc Gallorum imperium insana ciuilium bellorum flamma, aliquando eripiat, vos vestramque vrbem ab ea qua vndique cincti, seruet incolumem. Lugd. Kalend. Octobris ∞. IↃ. XCIII.

Auctores singularum Grammaticæ partium quos hoc opere secuti sumus.

Orthographiæ & Etymologiæ auctores Nicolaus Clenardus, Petrus Antesignanus.

Dialectorum Angelus Caninius.

Syntaxeως Ioannes Varennius, Scholiis & annotationibus auctus.

Prosodiæ:
- De Accentibus Gulielmus Baillius è Societate IESV:
- De Syllabarum Quantitate F. Vergara, adiectis tabulis Gulielmi Baillij.

De Passionibus dictionum Triphon Grammaticus.

Ad calcem operis accessit libellus P. Antesignani de Praxi Præceptorum Grammatices.

TITVLI AC PRÆCIPVA CAPITA EORVM QVÆ HOC LIBRO CONTINENTVR; QVO faciliùs quicquid ex èis quæratur, discretis possit locis inueniri.

Quarta

passi

Δάι

Appen-

Penul

DE SYNTAXI.

DE PROSODIA PRIMVMQVE DE ACCENTIBVS.

DE SYLLABARVM QVANTITATE.

OPVSCVLVM DE PRAXI ET VSV PRAECEPTORVM GRAMMATICES: in quo hæc continentur:

Omiſſa vel commiſſa in quibuſdam exemplaribus.

pag.17. lin.9. ἀνάποινον l. ἀναά-ποινον.
pag.42.lin.9. δειελ l. δειρή.
pag.43.l.20. ἀγνόιησεν l. ἀγνόιησιν.
pag.59. l.13. laſeris l. luſeris.
pag.60. l.4. φισιολογία l. φυσιο-λογία.
pag.72.l.21. ἀγείμϑυ l. ἀγειρομϑυ.
pag.77. l.2. ἀγὲρ l. ἀγὼρ.
pag.105. l.13. ἄδης l. ἄδης.
pag.111. l.34. ἔαθεν l. ἄκαθεν.
pag.177. lin.27. Huioſmodi l. Huiuſmodi.
pag.220. l.35. ἐλόασιν l. ἐλόωσιν.
p.232. l.25. πίπρημι l. πίμπρημι.
pag.241.l.32.talis, *adde* τοσῦτος.
pag.272.l.2.*in margine adde* 7.
ibid. l.25. nam hunc, a *dele*, a.
pag.292.l.26. adminiſtrabant, *adde*, Plura exẽpla enumerat ANTESIGNANVS pag.290. & 291.
pag.331. l.24. μινόθω l. μινύθω.
pag. 349. l. 5. βρώξας & βρώξω l. βλώξας, βλώξω.
ibid. l.29. μνήσωσαι l. μνήσασαι.
pag.352. μελήσαι l. μελήσεται.
pag.366. l.22. ἴωαγαν l. ἴωαγον.
pag.374. l.28. πεπρωμϑύων l. πεπερωμϑύον.
pag.375.l.39. διαδρήσομαι l. διαδρήσωμαι.
pag.377.l.22. pag.361. l.pag.59. verſ.32.
pag. 439. lin. 13. βουκολιάζομαι, *adde* & Dor. βωκολιάσδομαι.
pag.441.lin.10. *in margine*, peculiales l. peculiares.
pag.463. l.23. circumdatus e
adde, περίσκειται, *negotii*
datum eſt.
pag.465. l.11. ἀντικάλλυδε l. ἀ-
τικάθευδε.
pag.476.l.18. ἐξεναίετο l. ἐξεκαί
pag. 486. lin. 30. περικαπέδδομ
l. περικατέδδομαι.
pag.497. l.45. δὴς l. δὺς.
pag. 503. l. 6. εἰσέλθομϑυ l. εἰσ
θωμϑυ.
pag.508. l.37. κατέδραμϑυ l.κα
δραμε.
pag.521. l.39. ἐπέταζε l. ἐπέταξ
pag.527. l.34. ἐναοχίσασϑ l. ἐνα
χίσασϑ.
ibid. l.40. ἀναμυρίσασϑ l. ἀν
μυρίσασϑ.
pag.553. ἐρχθένται l. ἐρχθέντα.
pag.554. l.27. διαλλεγμϑύα l.
ηλλαγμϑύα.
pag. 569. *in margine*, varb
l. verbo.
pag.570. l.33. ἀςηθεὶς l. ἀσηθεὶς
pag.599. l.9. μελήτη l. μελήση
pag.602. l.24. ὤψειν l. ὤφειν.
pag.612. l.6. certam l. certum
pag.613. l.4. tum l. cum.
pag.635 l.31. χολῇ l. χαλῇ.
pag. 673. lin. 28. περαποιεμϑ
l. περαποιεμϑύῳ.
pag.675.l.43. Participium. P
l. Participium pro Sup.
pag.674.l.33. ἐν εἰδὼς l. εὖ εἰδ
In Epigram. ſub finem maio
Indicis.donec lege tander

Plura eius generis quæ legendo deprehendi fortè poterun
tuo per te (Lector candide) iudicio corrige.

IN VERBORVM SINGVLARIVM INDICEM
PRÆFATIO.

DVo præcipuè ad laudatissima Græcarum litterarum studia conantibus, semper restiterũt, & à poëtarum maximè lectione deterruerunt, Summa scilicet Græcorũ, an dicam fœlicitas, an lasciuia? in dictionib. vel variè cõpenẽdis, vel ex aliis & aliis deducendis: vt nomina comparatiua, superlatiua, verbalia, patronymica, possessiua, diminutiua, &c. Verba in έω, άω, όω, άζω, ίζω, αίνω, ύνω, ύω, όω, σσω, *à quibusuis nominibus deriuãdi: Aduerbia infinita loci qualitatis, &c. variè formandi nullus finis: & Dialectorum diuersitas, variæ figuræ, poëtici tropi, litterarumq́; mutationes quibus vna eademq́; sibi ipsa dictio dissimilis esse videatur: vnde factum est, vt innumera vocabula, legendis Auctoribus, nullis quamuis copiosis Lexicis comprehensa subinde occurrant. Accessit non exiguus anomalorum verborum numerus quorum themata alia quidem in dissuetudinem iuerunt, sartis tectis, conseruatis quæ à themate manarunt temporibus: Alia in communi vsu, & Dictionariis inueniantur expressa. Quæ tamen tantæ non sunt difficultatis, vt Adolescentes, è tam amœno Græcæ litteraturæ campo explodant: Nam in compositis, etsi illis quidem quotidie increscẽtibus, aliqua semper deducendi cernitur analogia: Dialectorum verò & figurarum fastidium vel exigua in legendis examinandisq́; poëtis diligẽtia releuabit: Denique anomala quidem pauca sunt, & breuibus circumscripta terminis. Vix enim vllum inuenies cuius non sit in hoc opere aliqua facta mentio: Ad Dialectorum autem cognitionem, Praxis præceptorum à P. Antesignano edita & ad finem huius operis apposita, non parum conferet adiumenti: vt omnimoda Meandrorum expeditio, in huius operis solum vsu posita esse videatur: Ne itaque irregulariũ & aliorum verborum tempora rudioribus inuentu difficilia, dictionumq́; variè compositarum, figura tropo-ve inuersarum exempla deinceps, Græcæ orationis lectorẽ torqueant. Ex iis copiosum indicem P. Antesignanus composuit, aliiq́; perspecto eius vsu subinde adauxerunt, vt non indicis tantum singularium vocum, sed & compendij, id ferè quod ex eo vocabulo loco citato colligi possit propositurі vices subire videatur: Quantum autem nostra editione, contulerimus adiumenti, satis ipsa verborum & exemplorum inserta copia per se loquitur: Viam autẽ & rationem in prioribus editionibus inuentam & seruatam reseruauimus. Nam vnicuique dictioni suũ thema, quod tyronibus esset inuestigatu difficilè, apposuimus: vocabulo autem deriuato litteram* d. *ac deriuati primitiuum: Composito, cuius compositio est sub obscura, litteram* c. *ac vocabuli compositi partes: ei verò quod dialecto,*

Notæ ac litteræ sequẽti Indici insertæ qd designẽt c. d.

aut poëtica licentia aliáve figura inuersum est aut quod ἀνωμαλίαν quan-dam continet, illam dictionem quæ communis lingua vtitur, aut quæ eiu analogiam seruet, inserta ea littera quæ huiusmodi Dialectum, aut figuran

A. I. D. Æ. B. T. C. L. p. ἀ. f.

anomaliámve indicet: nempe A. idioma Atticum, I. Ionicum, D. Doricum Æ. Æolicum, B. Bœoticum, T. Tarentinum, C. Cretense, L. Laconicum p. poëticum tropum, vel duas pluresve linguarum proprietates vni voca-bulo attributas, ἀ ἀνωμαλίαν, & f. reliquas in genere figuras quæ ex loc citato erunt colligendæ: sed & communi huiusmodi dictioni, quæ inuers apponitur, eius thema insuper, cum res ita postulat, annectitur. Cùm autē vocabulum secundò aut tertiò positum (siue illud primitiuum fuerit siue thema, siue dictio communi analogia formata) idem habuerit cum eo cui respondet, quodq́ue prima sede collocatur, initium, plerúmque (ne In-dex in volumen excrescat) è communi illo initio scribitur in posterioribu locis vnum aut alterum solùm elementum terminationi variæ adhærens præfixa pro reliquis principalibus ac primoribus literis hac nota- quæ di-ctionem prima sui parte truncatam demonstrat, & quod in ea deest è di-ctione priore loco posita supplendum. Contrà si contingat vt finis siue ter-minatio posterioris dictionis sit eadem cum priori, è communi illo fine appo-nitur in posteriori vna aut altera tantùm litera cum punctuli nota, qu illam postre a sui parte mancam significet, & quod in ea desideratur priori mutuandum. Præterea cum duæ aut plures dictiones ad idem them vel ad idem primitiuum referendæ, sese consequuntur, posterioribus them non annectitur, neque etiam primitiuum, sed tantùm litera d. quæ voca-bulum cui adhæret deriuatiuum esse designat. Mirabitur autem fortass quispiam, quòd & in hoc Indice, & passim toto opere, videat adduci alicu-ius temporis non semper primam personam singularem, sed nunc hanc, nun illam cuiusuis numeri, quamuis non rarò ea in re propter quam adducitur eadem sit & reliquarum omnium ratio. verùm istud ideo factum est, quòd satis constet huiusmodi personam apud probatum aliquem authorem inue-niri. quod cùm ita se habeat, non video cur ea potiùs quàm prima singu-laris non debeat proponi, cùm ex ea reliquas non minùs quàm ex prima liceat colligere.

Notæ arithmeticæ.

Quod ad numeros huius Indicis attinet, primus semper libri paginam, alter verò ac sequentes, si diastole tantùm separentur, pa-ginæ citatæ versum designant, præterquam in Praxi, vbi parem numerum ex pagina adductæ margine referunt: qui & ipse interiori similiin con-textu aut Scholiis posito respondet.

VER

VERBORVM SINGVLARIVM INDEX.

ἀέθλια

ἄμμιν

ἀνάστην

(40
ἀνεκ

ἀνή

ἀντε

ἀπα

ἀπεμο

ἀποθε-

ἀποφλοιγ

ἀσκηθὴς

ἀφιπτή

Quæ ſequuntur operarum incuria ſuis locis omiſſa, ad finem huius elementi adiecimus, iterum reſtituenda.

B

B, Varia Dialectorum cōſuetudine mutatur variè, 23. & ſeq.

βλας

βραχὺ

γεγαμ

γηρα

Δ

διακ...

ἐγκάτ

ἐεσσά

εἰδὲ

ἔκδυ

ἐκ…

ἐκτι

ἐλ

ἐντ

ἐξεσ

ἐπέ

ἐπιβά

ἐπιφυ[illegible]

ἕσσα

ἐτρά

ζω

ἠλαύν[illegible]

ἠμφὶ

ἤρτη

ζ

K

κα

κατήκω

M

μετε

N

O

Π

παροί

περι

προὐ

τίσζαι

ὠμα

τῷ Θεῷ δόξα.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Ὅστις ὄρος Μουσῶν φιλέεις ἐπιβαινέμεναι ἄκρον
Ἔνθα σοι ἄῤῥηκτος κέρασα πόδεσσι βίβλος.
Ἢ σ' ἐπὶ Παρνασσὸν μετώπεσσι δυσάμβατον αἰ
Βήσετ' ἄγουσα μώλη πρὶν δακέθυμος ἱδρώς;
Ἔνθα δρέπων κορυφὰς ἀρετῶν Μουσῶν τε ἀώτους
Χαῖρε καὶ ἀντὶ χάρης ἔχε δοτῆρι χάριν.

Ἐδουάρδος ὁ Σκωτὸς τοῦ παιζ
ἀδελφός.

Eiuſdem ſub eodem argumento.

Culmina Parnaßi qui curſu ſcandere certas,
Huc ades, hic pedibus ſcala libellus erit:
Pieridúmque choris decus inſeret, ipſa corollis
Hoc duce te cinget caſta Minerua comas.
Hic vario triſtem recreat ſermone ſenectam
Viue diu, accepti & muneris eſto memor.

P. Gerbeti apud Carpentoractenſes humaniorum litterarum profeſſoris ad auctorem τετραστιχόν.

Cecropiæ quod prodit opus mirentur Athenæ
Per quod Mopſopiæ lux rediuiua venit.
Namque ſecundus adeſt Cecrops, ni Cecrope maior,
Huic etenim finem nec Libitina dabit.
Ergo nocturnam redolentia ſcripta lucernam
Ede, tui certa hæc ſigna laboris erunt:
Signa laboris erunt tua quæ poſt funera viuent,
Vlla tibi finem nec Libitina dabit.

Eiuſdem.

Quando tua ex Marco ſtudio paradigmata voluo,
Permiror mentem: Nam CICERONIS *habes.*
Quid mirum ſi cum Muſis & Apolline certes?
Pandora tu reliquis? Diphthera nonne mihi?
Pergito: ἄλεξ' ἄνδρες, *donec in Tritonidis arcem*
Tu Coriphæus eas, ſed Ciceronis ope.
Exoptata diu viuent monumenta laboris,
Parte tui ſemper ΣΚΩΤΕ *ſuperſtes eris.*

GVLIELMI BAILLII E' SOCIETATE IESV AD LIBELLVM de Accentibus à se editum Carmen.

NONDVM *frigoribus rigentioris*
Vrsæ, nec Boreæ minis remissis,
Audes aërias plagas subire?
Expecta Zephyros tepentiores;
Qui te suscipiant amœniore
Flatu: quo properas? Caput reconde
Terris. Nonne vides Amygdalarum
Primas delicias tepentis anni
Flores vix genitos leui perire
Exorta glacie? peremniorem
Vitam Morus amat, procul fugatis
Arctoïs nebulis calente cœlo
Quæ postrema parit. Rudis libelle
Florum more cades fugaciorum.
Non te fasciolæ venustiores
Claudent; purpura delicatiore
Non te veste teget; latus superbum
Nec pictum rutilo micabit auro;
Nec cocco madidus rubebit index;
Nec viues memori decorus æuo.
Quò te præcipitas rudis libelle?
Præcox, quidquid iners manus laborat,
Nunquam durat opus. Miser peribis
Vix natus, quid agis? benigniorem
Lectorem propera tibi parare,
Qui te fronte legat sereniore,
Lima depositâ seueriore:
Dic illi, resera sinus amicos,
Et me ceu proprium foue laborem,
Fingas esse tuum, magis placebo:
Sed quid te remoror libelle multis?
Coruo sordet Olor, meus videri
Nequis, ac aliis simul placere.

FORMIS GVICHARDI
IVLLIERON.

Summa Priuilegij.

CVRIAE *Lugdunensis decreto cautum [...] quis Bibliopola, imprimere, vendere aut [...] aduectam, retinere poßit Grammaticā Græcam [...] uersam ex varijs auctoribus collectam, & dig[...] per Alexandrum Scot, Scotum I.V.D. præter [...] & Dauidem de Gabiano fratres, Bibliopolas Lu[g]dunenses, cui hoc iuris concessum est ad quin[quen]nium, idq́; ad pœnam confiscationis, damnorum [...] interesse inde promanantium: vt fusius ipsius D[...]ti verbis habetur. Dat. Lugd. XXIIII. Ianuar. 15[...]*

LECTORI CANDIDO S.

INVTILE *prorsus iudicauimus (amice Lector) propter eam quæ à nobis in Syntaxeως præfatione monstrata est rationem, longam illam à Grammaticis de artis suæ nomine, Etymologia, partibusq́; susceptam disputationem huic loco attexere. Consilium tantum instituti operis nosce:* OMNES *Grammaticæ partes, quæ singulæ & singulis penè seculis à suis scriptæ auctoribus, in vnũ cogere volumẽ (quod ne prius à se præstitum sit, Librariorũ vel parcimonia vel auaritia factum esse scribit Fridericus Sylburgius) animus fuit. Has ex selectis, & hæreseos suspicione maximè liberis auctoribus, primum elegimus: neque fuit quicquam antiquius, quàm ipsorum passim auctorum, non modo dispositionem sed verba etiam sarta tecta conseruare. Nicolai Clenardi Institutiones Etymologicas, cũ Scholiis P. Antesignani ab eo quẽ dudũ nominaui viro, diligẽte & Græcæ litteraturæ apprimè erudito, recensitis elegimus. Antesignani vero errata, ab illo (ne paginarum & versuum numerus in Indice notatus turbaretur) in notarum libello, Henrico Stephano in Paralypomenis Grammaticarũ Græcæ linguæ institutionum, aliisq́; scriptoribus passim, à nobis quædam emendata suis*

locis

locis vnciolis hisce [ ] inclusa reposuimus, adiecta ad oram libri (ANNOTATIO) ne labatur incautior lector, néve quisquam sibi à me subductam opellam criminetur. Ambiguæ quædam adhuc fide aut alio quodam institutionum loco emendata di- gẽtius, apposita hac † nota designat: Reliquas Grammaticæ partes ex suis quasque desumptas auctoribus eodem pœnè studio persequuti sumus: Manca ex aliis auctoribus, si quando suppleuerũt, sui- bis (quãtum fieri potuit) ad Scholij instar, minu- charactere subiecimus: Errata si quæ occurrunt negligentius scripta, monuimus. Porro Dialectorum & Analogiæ rationẽ ab Angelo Caninio descripta in operis limine constituendi, vir spectatæ fidei doctrinæ politissimæ auctor fuit: quam, & adi- Græcarum dictionum versione Latina, totam ad- misit: in qua multa non satis ad limam tran- emendauimus, quædam, ne dum emendaremus, ceps operarũ diligentia, mensáq; grauioribus occup- studiis effecerunt. Syllabicarum quantitatum re- quæ ex F. Vergara depromptæ sunt, Guilelmi Ba- è Societate Iesu, diligentis scriptoris Tabulas, casdem ferè contineant præceptiones, propter- mam earum facilitatem, & rectissimam au- docendi viam, subijciendas duximus. Hæc te (le- de operis consilio præmonitum esse volui. In quid præteritum, erratum aut minus explic- deprehenderis, id tuo marte beneuolè supple- de restituendi, supplendiq; officio humani- manis obnoxium admone. Vale.

GRÆCORVM LITERÆ.

Α	α	ἄλφα	Alpha	a
Β	β ϐ	βῆτα	Vita	v
Γ	γ Γ	γάμμα	Gamma	g
Δ	δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε	ε	ἒ ψιλὸν	Epſilon	e
Ζ	ζ ζ	ζῆτα	Zita	z
Η	η	ἦτα	Ita	i
Θ	ϑ θ	θῆτα	Thita	th
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ	κ	κάππα	Cappa	k c
Λ	λ	λάμδα	Lamda	l
Μ	μ	μῦ	My	m
Ν	ν	νῦ	Ny	n
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	x
Ο	ο	ὂ μικρὸν	O micron	o paruum
Π	ϖ π	πῖ	Pi	p
Ρ	ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ	σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ	τ	ταῦ	Tau	t
Υ	υ	ὖ ψιλὸν	Y pſilon	y
Φ	φ	φῖ	Phi	ph
Χ	χ	χῖ	Chi	ch
Ψ	ψ	ψῖ	Pſi	pſ
Ω	ω	ὦ μέγα.	O mega	o magnum.

SCOLIA.

QVATVOR Huius paginæ columnarum prima ad læuam, continet elementorũ figuras, primo quidem loco maiuſculas, quibus vti ſolent in titulis ſiue inſcriptionibus librorũ, inque periodorum, verſuum, & propriorum nominum initiis. Deinde ſequuntur minuſculæ, quibus vbique vtuntur, etiam vbi maiuſculæ locum habent, niſi in principiis orationum : ν tamen & ς in fine tantùm ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina literarum : ſecunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis, in rudiorũ gratiam.

Maiuſcularũ literarum vſus.

Literæ minuſculæ.

Figurarum ν & ς ſedes.

Porrò quarta columna ad dexteram, elementorum potestatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De qua re variæ sunt hodie ac multiplices Grammaticorũ opiniones; dum quidam † curiosè nimis ad antiquam pronuntiãdi rationem omnia volunt reuocare: cùm tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi hæc pronuntiarint: & coniecturæ sint admodum ieiunæ. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi priùs priscorum aliquem ab inferis excitarint.

Literarum pronuntiatio vnde petenda.

Quare adolescentes huiusce rei cupidos (cùm hæc omnia potiùs viua voce, quàm librorum lectione possint percipi) ad doctos Græcarum literarum professores remitto.

Potestas siue pronuntiatio quarundam literarum.

Qui verò illis destituuntur, & proprio Marte linguam Græcam discere coguntur, pronuntient elementa Græca more Latinorum Græcis in hac tabella respondentium. Cæterùm in quibus discrepent, paucis perstringam. β profertur vt u consonum: sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad f. γ hodie omninò profertur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u. aliquando pronuntiatur vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequẽtibus. δ profertur hodie à doctis blæsiùs quam d nostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo: ego malim vt d Latinũ pronuntiare. ζ debet sonum literarum δσ, non σδ, retinere; vt ξ, κσ; & ψ, πσ; non autem σκ, σπ. η, ι, & υ, atque diphthongi ει, οι, ῃ, & υι, sonant hodie vt i vocale apud Latinos: consonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamẽ vnicum ι deberet respondere nostro i: η verò & ῃ magis accedere ad sonum e: sic υ & υι ad sonum u, vt à Gallis profertur: in ει autem & οι debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. θ debet prolatione à τ & δ discerni: nam magis sibilat & spumosiori spiritu effertur. κ ante ε, η, ι, &c. sonat vt ante α, nempe vt k vel q. ξ vt cs, non vt è nostris quidam proferũt x in *exercitus* & similibus, dicentes *egzercitus* pro *ecsercitus*. ο & ω hodie prolatione non distinguuntur, veluti neque ο breue & ω longum. σ vt s in *sum*, etiam inter duas vocales, non vt nostri faciunt, qui *miser mizer* proferunt. φ effertur hodie vt f: tamen illius sonus ad prolationem p debet accedere. χ ante ε, η, &c. vt ante α.

Septem vocalium diuisio.

Ex his septem vocales: longæ, η, ω: Breues, ε, ο: Ancipites, α, ι, υ: quæ & Communes dicuntur, quòd modò sint longæ, modò breues.

DIPH-

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ,
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.
æ, av, i, ev, i, u.	a, i, o, iv, i, ov.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronũtiatur υ vt u[1] cõsonans. 1 — *υ*

Vocales præpositiuæ, α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur: Subiunctiuæ autem, ι, υ, quòd subsequantur. Faciunt verò per se syllabam, quoties duobus in apice punctis notantur; παΐς, païs, *puer vel puella*, disyllabum; ἄϋπνος ayπnos, *insomnis*, trisyllabum. Cæterùm in tribus, ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus[2] affigitur, sed infrà subscribitur. 2

Altera vocaliũ diuisio.

Annotatio de ϊ & ϋ in diæresi.

Annotatio de ι, siue puncto subscripto.

[1] VT Si ex dictione Latina *aue* reiiciatur *e*, atque in *au*, retineatur pronuntiatio quæ erat in integro *aue*. Rectiùs, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hîc pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu, *audio*, *euge*. Porrò diphthongus ου non profertur vt Galli proferunt u Latinum in dictione *dominus*, sed veluti *ou* in dictionibus Gallicis *nous*, *vous*, aut vt u ab Italis effertur. 1

υ quomodo pronuntietur in diphthongis.

[2] Supple, Quamuis dictum sit dici subiunctiuam quòd subsequatur. 2

Semiuocales octo ζ, λ, μ, ν, ρ, σ, ψ, ξ.

[1] Mutæ nouẽ	Tenues π, κ, τ.	Duplices	[2] ζ σδ.	2	*Consonantium diuisio.*
	Mediæ β, γ, δ.		[3] ξ κσ, γσ, χσ.	1.3	
	Aspiratæ φ, χ, θ.		[3] ψ πσ, βσ, φσ.	3	

[4] Liquidę, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ. 4

σ Solitaria & suæ potestatis est.

[1] MVTAE Appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ quadam relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem; sed tenuis π, ad mediam β, & aspiratam φ. nam hæ tres magnam habent inter se affinitatem, & facile vna migrat in alteram; quippe quæ eodem instrumento vocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensione vel remissione differant. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiam, in π minimam, in β 1

Mutæ quare dicantur Tenues, Mediæ, vel Aspiratæ: & earum affinitas.

mediocrem adhibemus. Eadem est ratio secundi ordinis mutarum κ, γ, χ, quæ palati; ac tertij, τ, δ, θ, quæ dentium auxilio proferuntur. Quod dico, verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis, hoc modo, απ, αϐ, αφ: & ακ, αγ, αχ; atque ατ, αδ, αθ.

Annotatio de δ, ζ, & σδ.
Dorismus, σδ, pro ζ.
Æolismus, ζ, pro σσ.

2 [2] Hinc colligunt quidam, δ debere proferri blæsiùs quàm d Latinum: & in prolatione ζ, sonum σδ debere aliquo modo retineri. adde quòd Dores confunderent ζ cum σδ, & verba in ζω per σδω efferrent. Verùm ego illis potiùs assentior qui per literarum metathesin id fieri asseuerant, σδω pro δσω: atque idcirco malim ζ valere δσ quàm σδ. Æoles autem verba in σσω efferunt per ζω; vnde ζ creditur valere non solùm σδ, sed etiam duplex σσ.

ξ

3 [3] Ξ magnam habet cognationem cum secundo mutarum ordine, κ, γ, χ. nam sæpe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in κω, γω, χω, quorum futurum habet ξω, pro κσω, γσω, χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est κος, γος, χος, non ξος. Sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mutarum ordine.

ψ
Liquidæ quare sic vocentur.
Immutabiles quoque cur dicantur.

4 [4] Appellantur *Liquidæ* eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd post mutam positæ, quasi liquescentes ac euanescentes, vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt aliæ consonantes. *Immutabiles* autem dictæ sunt, quòd non tam facilè mutentur quàm aliæ consonantes in inflexionibus nominum & verborum, sicuti planum fiet ex sequentibus.

DE ORTHOGRAPHIA ET Consonantium nexu appendix.

Consonantium mutatio vnde oriatur.
Consonantium nexus.

QVONIAM Ex consonantium mutua quadam affinitate vel odio, vt ita dicam, penè infinitæ literarum mutationes oriuntur, dum scilicet duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio dictionis ante vocalem propter mutuum odium consistere, cùm cognatæ propter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi & inuicem combinari, volui paucis perstringere, quæ consonantes simul possint inter duas vocales, vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales reperiantur, num ad præcedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat; vt in τύπτω, id est *verbero*, num π, syllabam præcedentem τύ, an sequentem πω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cùm ad veram

veram orthographiam non parum conducat, & ad intelligendas, tam in nominibus quàm in verbis, varias consonantium inter se mutationes, penè necessaria videatur. Primò itaque sciendum, quòd si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur, necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τέτυπται, *verberatus est*, pro τέτυφται: vel propriam aspiratam, vt Σαπφὼ, *Sappho*, pro Σαφφὼ: & media mediam, vt ἕϐδομος, *septimus*, non ἕπδομος, licet veniat ab ἑπτὰ, id est *septē*; ὄγδοος, *octauus*, non ὄκδοος, ab ὀκτὼ, *octo*: atque aspirata aspiratam, vt ἐτύφθην, *verberatus sum*, pro ἐτύπθην. non tamē quæuis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedet. nam τ, δ, θ, nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant: vt, ex τέκω quidem, inserto per pleonasmum τ ante ω, & mutato ε in ι, dicam τίκτω, id est *pario*, vbi τ sequitur aliam tenuem κ: in πέτω verò, posito π ante ω, non possum dicere πίτπω: (nam τ præcederet aliam tenuem; quod fieri non potest) itaque dicendum πίπτω, id est, *cado*; vbi τ secundum locum occupat. Præterea vnaquæque tenuis, vel media, potest seipsam præcedere: vt ἵππος, *equus*: ἐκκλησία, *ecclesia, cœtus*, γλῶττα, *lingua*: ἄϐϐαλεν pro ἀπέϐαλεν, *abiecit*. (Sed *perperam* est hoc ab Antesignano obseruatū nam pro ἀνέϐαλε siue ἀνάϐαλε dicitur ἄμϐαλε, vt ἀμϐαίνειν, pro ἀναϐαίνειν: ἄϐϐαλε autē pro ἀπέϐαλε, abiecit; vel ἀπόϐαλε, abiice, sicut ὑϐϐάλλει apud Hesych. pro ὑποϐάλλει, subiicit. Vide Schol. pag. 50. & 212.) ἄγγελος, *nuntius*: ἅδδην, *satis*. aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere possumus Σαφφὼ, sed Σαπφώ. Hoc quoque sciendum, quaslibet duas mutas inter duas vocales positas (modò eadem non geminetur, vt ἵππος; aut tenuis aspiratam præcedat, vt Σαπφὼ) ambas ad sequentē syllabam pertinere, vt τύ-πτω: præter γδ, vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illę reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in τύπτω *verbero*, & ἄστρον *astrum*, πτ & στ pertinent ad syllabas sequētes: quia aliæ multæ dictiones Græcę incipiunt à πτ, & στ: vt πτύω *spuo*, & στρέφω *verto*, & aliæ multæ. In cōpositione verò, vt ἐκρέω, *effluo*, ab ἐκ & ῥέω, κ pertinet ad præcedentem ratione compositionis: quamuis κ & ρ inueniantur in

Mutarū connectendarū ratio.

πτ	pro	φτ.
πφ		φφ.
βδ		πδ.
γδ		κδ.
φθ		πθ.

τ, δ, θ, quo loco ponantur.

κτ.

πτ non τπ.

Quæ mutæ geminentur, & quæ non.

ANNOTATIO.

Duæ mutæ inter duas vocales, ad quā trahantur.

γδ.

Regula generalis de cōsonantium connexu.

πτ, στ.

Compositionis vis in cōsonantiū aut cōsonā-

tis distinctione, vt ἐκ-ρέω, ἐξ-ά-γω.

principio multarũ dictionum, vt κρατέω, *potens sum*, &c. imò vnica consona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in ἐξάγω, *educo*, ξ pertinet ad præcedentem. nam dictio componitur ab ἐξ & ἄγω.

γδ, nunquã dictionis initiũ.

Cæterùm si nullum vocabulum Græcum incipit à γδ: ideo iuxta eorum sententiã, γ trahetur ad syllabam præcedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, & σ.

Duplex cũ alia consonãte nunquã cõnectitur.

Duplices nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant: vt in ἔλξις, *tractus*, & ἕξπους, *sex pedum*, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem: quare diuidantur necesse est, ἕλ-ξις, ἕξ-πους. Idem iudicato de aliis.

Liquidæ cum alia consonante nectendæ, aut ab ea distinguẽdæ ratio.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, consonantem præcedentes, vt ἄρτος, *panis*, nunquam ad syllabam sequẽtem pertinent, præter μν, vt μνᾶ, *mna, mina*: ἀ-μνὸς, *agnus*. Quum vero consonantem sequuntur, illæ & consona præcedens ad syllabam sequentẽ trahuntur, vt πα-τρὸς, *patris*; modò non sequantur aliam liquidam: nam tum diuiduntur, præter μν, vt dictũ est; veluti ἅρ-μα, *currus*.

μν nexus.

Si verò sequantur duas consonantes quæ per se traherentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ, ad sequentem quoque omnes trahentur; vt ἄ-στρον. nam σ & τ ad sequentẽ pertinerent, vt patet ex στήλη, *columna*.

A σθλ nulla dictio incipit.

Quidam hinc excipiunt σθλ, vt ἐσθλὸς, *bonus*: quia nullum vocabulum Græcum incipit à σθλ: quamuis σθ interdum in principio dictionis inueniantur, vt σθένω, *possum*; & ideo ad syllabam sequentẽ pertineant, quum inter duas vocales solæ reperiuntur, vt ἀσθενὴς, *debilis*.

σθμ nunquã in principio dictionis.

Idem iudicium est de σθμ, vt ἄσθμα, *anhelitus, anhelatio*. nulla enim dictio incipit à σθμ.

Regulæ de consonantiũ nexu, pars altera confutatur.

Tamen regula illa generalis suprà posita (quod bona illorum venia dixerim) eos qui illa nitũtur, aliqua ex parte fallit. nam quamuis verum esse, sicuti est, fatear, consonantes quæ in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: verumtamen regulæ conuersæ non possum assentiri, nempe consonantes in medio diuidendas, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ.

A θμ dictio non incipit.

nam si hoc esset verum, (cùm θμ nunquam in principio inueniantur) βαθμὸς *gradus*, & ἄσθμα, necessario sic diuiderentur, βαθ-μὸς, ἄσθ-μα: quod & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno ore affirmant, Nullam syllabam in aspiratam

dem

Nulla syllaba in aspiratã desinit.
Liquidæ cũ aliis consonantibus.

desinere. Quare meo quidem iudicio γδ, σθλ, & σθμ, poterunt coniungi, ὄ-γδο͂ς, ἐ-σθλὸς, ἄ-σθμα. Nunc dicẽdum quas consonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quas non: ac primò quidem vnaquæque liquida seipsam præcedit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut fine, nulla prorsus consona geminatur. Porrò λ præcedit omnes consonantes præter ζ, ϱ, ψ: sequitur autem omnes mutas præter δ: sed duplices aut σ nunquam sequitur. μ præcedit tantùm tres mutas, π, β, φ; vnam duplicem ψ, & vnam liquidam ν: sequitur sex mutas, κ, γ, χ, τ, δ, θ, (sed χ non nisi rarissimè) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias consonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν præcedit tantùm tres mutas, τ, δ, θ, & σ: alias consonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter β, omnes quoque liquidas: duplices verò aut σ, nunquam. ϱ præcedit omnes consonantes, præter ζ, λ: sequitur autem omnes mutas; at post alias consonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porrò σ tantummodo mutas & μ præcedit, atq; cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solùm tres liquidas, λ, ν, ϱ, ídque raro: cum aliis autem consonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur, γλῶσσα, *lingua*.

Literæ geminatæ non connectuntur.
λ, μ
ν
ϱ
σ cum aliis consonantibus.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus. Acutus.
Grauis.
Circumflex.

Accentus tres: Acutus ´, Θεός, Theós, *Deus:* λόγος, lógos, *sermo:* τύπτομεν, ty'ptomen, *verberamus.* Grauis ` , τιμὴ, timì, *honor.* Circumflexus ˜ , ποιῶ, piô, *facio: βοᾶτε*, voâte, *clamatis.* Acutus & circumflexus, attollunt syllabam quam afficiunt; grauis, deprimit.

Spiritus. Asper. Lenis.
Spirituum sedes vocales, diphthongi, & ρ in principio, ac ϱϱ geminũ in medio dictionis.

Spiritus duo: Asper siue densus ῾, ἅμα, háma, *simul:* Lenis siue tenuis ᾿, ἐγὼ, egò, *ego.* Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. [1] Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhómi, *robur:* in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόῤῥω, pórrho, *longè.*

ϱ initiale quando leuigetur.

[1] P non semper in principio aspiratur, vt author ait. Nam † si secunda quoque syllaba incipiat à ρ in aliquo

nomine, tum primū ρ leuigatur: vt ῥαριὰς, ῥάριον, ῥάρος, ῥωρὸς, *Rarias*, (Cereris epitheton, Suidæ) *puer, robustus, vehemens.* Verùm nulla præter hæc 4 inuenies. Cæterùm ρ simplex in medio dictionis (de quo author nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere tenuem: tamen apud poëtas in opt. exemplaribus interdum inuenies vnicum ρ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solùm, dum poëtæ metri gratia ex gemino ῤῥ primum subtrahunt, vt ἄρεκτον, pro ἄῤῥεκτον, *infectum*: & sic de aliis.

ρ mediæ dictionis quem spiritum habeat. Vnicum ρ quādo aspiretur in medio.

Apostrophus.

π, κ, τ in φ, χ, θ

1 Apostrophos, nota est reiectę vocalis,[1] α, ε, ι, ο: aut diphthongi, αι, οι: quod fit ob sequentem
2 vocalem:[2] quæ si aspiretur, migrat præcedens tenuis in aspiratam, πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*,
3 πάντ᾽ ἔλεγον, pandelegon: ([3] prolatio enim est in morem vnicæ dictionis) ἀπὸ οὗ, *à quo*, ἀφ᾽ οὗ: κατὰ οὗ, *contra quem*, καθ᾽ οὗ: νύκτα ὅλην, *noctem totam*, νύχθ᾽ ὅλην.

Vocaliū per apostrophū reiectarum quantitas. αι & οι quando breues.

1 Vocales Quæ per apostrophum reiiciuntur, aut sunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ, α, ι: aut diphthongi αι, οι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poëtas sæpe corripiūtur, dum sunt finales: longa enim per apostrophum
2 non eliditur. [2] Si vocalis (inquit) sequentis dictionis notetur spiritu aspero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis, remaneat in illius fine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt tenues in proprias aspiratas
3 φ, χ, θ. [3] Reddit rationem quare scripserit literis Latinis pandelegon vnica dictione, cùm in Gręco sint duæ: quia, inquit, in huiuscemodi apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem vnicæ. imò (quod magis mirabere) consona præcedentis dictionis vltima pertinet ad syllabam sequentem, non ad præcedentem, vt ἀ-φ᾽ οὗ: neque solùm vltima, sed etiam penultima, modò possit coniungi cum vltima, vt νύ-χθ᾽ ὅλην. nam χθ facilè (vt in superioribus dictum est) coniunguntur: sed in πάν-τ᾽ ἔλεγον, ν trahitur ad præcedentem. nam ντ non coniunguntur. Ratio quare ad sequentem ita trahantur, est; quia prima sequentis dictionis vocalis succedit in locum abiectæ. æquum est igitur vt consonantes quæ ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem sequentem trahantur, & non ad præcedentem: ex hoc enim absurdum sæpenumero sequeretur,

Consonantes syllabæ apostrophum passæ, ad quam vocalem pertineant.

syllaba

ſyllaba in aſpiratam deſinente, vt in ἀφ' οὗ & νύχθ' ὅλην. quod nunquam in purè Græcis poteſt contingere. nam ἰωσὴφ, ἐνὼχ, & ῥοὺθ, *Ioſeph*, *Enoch*, *&* *Rhuth*, Hebraïca ſunt, & non Græca; pro quibus Græci dicerent ἰώσηφος, ἔνωχος, ῥούθη, & Latini *Ioſephus*, *Enochus*, *Rhutha*. Porrò in οὐχ οὗτος; *nonne ille?* & ſimilibus, χ trahitur ad ſyllabam ſequentem, quamuis apoſtropho non notetur: re vera tamen apoſtrophi nota intelligitur, & οὐχ pro οὐχὶ dictum eſt. ſolet enim interdum apoſtrophi nota abiici, vt διὸ, pro δι' ὅ, *quapropter*: καθάπαν, pro καθ' ἅπαν, *omnino*: καθάπαξ pro καθ' ἅπαξ, *ſemel*, *omnino*: καθάπερ pro καθ' ἅπερ, *quemadmodum*: ἀνθῶν pro ἀνθ' ὧν, *eo quòd*: quæ exempla ſatis manifeſtè declarant, conſonantes ſyllabæ apoſtrophum paſſæ ad ſequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim non videt in ἀνθῶν, θ nectendum cum ω, ἀνθῶν, & non cum α, ἀνθ-ῶν. Dictiones quoque monoſyllabæ, quod dicimus, neceſſariò verũ eſſe, per ſe ſatis indicant, vt σὲ, *te*, σ' ἐγὼ, *te ego*: vbi σ non poteſt niſi ad ſyllabam ſequentem trahi. Hæc pluribus ſum proſecutus, quòd viderem ab omnibus ferme typographis, qui orthographiæ maximè ſtudent, id aliter obſeruari. Illis verò imponit compoſitionis regula perperam intellecta. cùm enim videant ab omnibus vno ore receptum eſſe, vt vltima conſonans hatum præpoſitionum, ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, συν, ὑπὲρ, in compoſitione ante vocalem poſitarum, non ad ſequentem, ſed ad pręcedentem vocalem ratione compoſitionis trahatur, (vt ἐν-άγω, *induco*: εἰσ-άγω, *introduco*: ἐξ-άγω, *educo*: προσ-άγω, *adduco*: συν-άγω, *conduco*, id eſt, ſimul duco: ὑπερ-άγω, *ſupero*) credunt eandem eſſe rationem in παράγω, *tranſeo*: κατάγω, *deduco*, & ſimilibus: & à fortiori in apoſtropho, vt ἐπ' ἐμοὶ, *in me*. Verùm ratio non eſt eadem. nam in ὑπεράγω, ρ iungitur cum ε: quia ante compoſitionem cum eo iungebatur. in παρὰ verò, ρ non adhæret cum πα, ſed cum α finali: quare in compoſitione aut apoſtropho, non cum πα, ſed cum vocali quæ in locum τοῦ α ſuccedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam quæ per apoſtrophum abiicitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δεινὰ, δείν' ἔπη, *grauia verba*: in aliis verò dictionibus vnà cum vocali accentus quoque abiicitur, ἀπὸ, ἀφ' οὗ.

Quæ deſinũt in aſpiratam, Græca non ſunt.

οὐχ pro οὐχὶ. Apoſtrophi nota abiecta.

Typographi orthographiæ obſeruatores.

ρ in ὑπερ-άγω, cum præcedenti ſyllaba, in παράγω, cum ſequẽti nectitur.

Num accentus vocalis abiecta abijciatur.

[1] Gamma γ ante γ, ξ, χ, ſonat perinde vt n: ἄγγελος angelos, *nuntius*: λύγξ lynx, *ſingultus*, *vel* 1

Diuerſa quarũdã literarũ pronunciãdi ratio.

γ vt n lynx *fera*: ἔγχος enchos, *hasta*. sic ante κ; † sed
κ vt g ipsum κ sonandum vt g, πέφαγκα pephanga, *apparui*.

τ vt d Tau τ post ν, vt d: τὸν τάνταλον ton Dandalon, *Tantalum*.

ν vt m Ny ν ante β, μ, π, vt m: τὸν βίον tom vion, *vitam*: τὴν μερίδα tim merida, *particulam*: τὸν πίθον, tom bithon, per b, *dolium*.

π vt b Pi π post μ, vt b Latinum: πέμπω pembo, 2 *mitto*. Itidem post ν [2] in diuersis dictionibus: τὸν πίθον tom bithon, *dolium*.

γ pro ν positum, & quare.

1 CREDO Græcos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, protulisse; sed potiùs scripsisse γ pro ν ante has literas, quia ν proferrent vt γ: vel certè quòd ν natiuum sonum hîc non retineret. est enim ν difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina *con* in compositione coniicere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertiùs norunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in *collaudo*. imò Græci (vt antea diximus) nunquam ponunt ν ante aliam consonantem in eadem dictione, nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, δ, θ, & aliquando ante σ: sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt: vt poteris colligere ex σὺν, *cum*, & ἐν, *in*, in compositis: de quibus copiosè CLENARDVS in tractatu de Inuestigatione thematis in voce συῤῥήγνυσθαι, *confringi*. Interdum verò aliam cõsonam inserunt, vt ἀνδρὸς, *viri*, 2 pro ἀνρός. [2] Modò diuersæ illæ dictiones puncto non diuidantur. nam si dictio periodum claudens desinat in ν, & prima litera alterius sententiæ sit π, hæc regula non habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit. imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literarũ γ, κ, τ, ν, π, pronuntiandi rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.

Hebraïsmus.
Collaudo pro conlaudo.
ν non præcedit vllam cõsonantem præter ν, τ, δ, θ, σ: ante alias aut mutatur, aut eliditur, aut tertia consonans inseritur.

Insueta literarũ pronuntiatio vbi locum habeat.

ALII CANONES TERMINATIONIS, EX ANGELO CANINIO Anglarensi.

NVLLVM Græcum nomen exit in ε, vel ο. Nam τὸ θρέττε, *confidere*. in Aristophanis Equitibus fictū est, vt barbare loquētes seruos imitaretur. vt quidam inducit militem dicentem, Vbi vadis? Nam τοιόσδε, *talis*. & τόσος δε, *tantus*. composita sunt è δε.

In duali quintæ est ε. Αἴαντε, *Aiaces duo*. τιτᾶνε, *Titanes duo*. At ἐκεῖνο, *illud*. τοσοῦτο, *tantum*. τοῦτο, *hoc*. & quædam alia amiserunt vltimum ν.

Nullum etiam desinit in Mutam, ne particula quidem vlla: nec in ζ,λ,μ. Quæ his literis finiuntur, peregrina sunt, Ἀχάβ, *Achab*. Βοὸζ, *Booz*. Ἐνώχ, *Enoch*. Ἀδάμ· *Adam*. quæ tamen ad Græcam formam reuocari possunt, vt terminentur ος, Ἀχάβος· *Achabus*. vel ας, Annibal Ἀννίβας, Ἀννίβου, *Annibal*. Polyb.

Ἢλ, quod adducit Eustath. apocope factum est ex ἧλος, *clauus*.

Ἐκ, *ex*. & οὐκ, *non*. non sunt integra. ἐξ enim sequente consonante mutat ξ in κ, οὐ vero ante vocalē accipit κ, ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso*. ἐκ τούτου, *ex hoc*. οὐ θέλω, οὐκ ἐθέλω, *non volo*. vt Sicubi, pro siubi. Quidam ex Ionico οὐκὶ, *nequaquam*. apostropho, ι fieri οὐκ aiunt, οὐκ' ἔστι, *non est*.

Supersunt decem literæ, quibus nomina finiri possunt: quinque vocales, α,η,ι,υ,ω. totidem consonantes, ν,ρ,ς,ξ,ψ.

Nomina quæ terminantur α longo, η, ω, omnia

fœmi

fœmina, ἡ Λήδα, *Leda*. ἡ τιμὴ, *honor*. ἡ Λητώ, *Latona*. nam δῶ pro δῶμα, apocope, neutrũ, id est, domus.

Quæ desinunt in ι, υ, omnia neutra. Tria in ι notat Aristoteles, μέλι, *mel*. πέπερι, *piper*. κόμμι, *gummi*. Alia ergo peregrina, βέρβερι, *concha, & ostreum quod uniones & bacchas continet. ex Eustathio, vide Athen. lib. 3.* ex lingua Indica. σίνηπι, *Sinapi*. & forte duo posteriora, πέπερι, κόμμι.

Poëtica illa ex apocope, ἔρι, *lana vel lanugo*. τρόφι, *magnum, plenum*. κρῖ, *farina crassior quæ per cribrum transmissa est.* pro ἔριον, τρόφιμον, κρῖμνον. Et neutra adiectiua à masculinis in ις, φιλόπατρις, φιλόπατρι, *quod fauet patriæ.*

In υ quinque, γόνυ, *genu*. δόρυ, *hastile*. ἄστυ, *vrbs. Il. β.* πῶϋ, *grex ouium*. νάπυ, *sinapium*. Et neutra à masculinis in υς, ἡδὺς, ἡδύ, *suauis*. Legitur tamen μῶλυ, *moly herbæ genus apud Dioscor. lib. 3. cap. 54.* seb ab Homero fictum. Odyss. κ.

Quæ exeunt in α breue, ι, ρ, ξ, ψ, σ, media, hoc est, partim masculina, partim fœminina, & quædam neutra.

Omnia pluralia neutra in α, vt præterita perfecta, & Aorista priora actiua.

Ε, & α indicatiui vertitur in η in subiunctiuo, ο in ω. τύπτεις, *verberas*. τύπτῃς, *verberes*. τύπτομεν, *verberamus*. τύπτωμεν, *verberemus*. ἔτυψα, *verberaui*. ἐὰν τύψω, *si verberauero*.

Ι in datiuorum omnium vltima syllaba, vel solum, vel in diphthongo. τιμῇ, *honori*. τιμαῖν, τιμαῖς. Αἴαντι, *Aiaci*. Αἰάντοιν, Αἴασι.

Σ in accusatiuis pluralibus omnibus, præter neutra, quæ habent α.

Σ potestate continet δ, θ, τ. Quod cernitur in obliquis quintæ declinationis, & in futuris tertiæ coniugationis, ἔρις, ἔριδος, *lis*. κόρυς, κόρυθος, *galea & galerita*. χάρις, χάριτος, *gratia*. ᾄδω, *cano*. ᾄσω. πλήθω, im

impleo. πλήσω. ἀνύτω,ἀνύσω, *perficio, perficiam.*

Ξ γ,κ,χ,αἶξ,αἰγός, *caper, vel capra.* κόραξ, κόρακος. *coruus.* θρὶξ,τριχός,*capillus pilus,vellus.* ἄγω,ἄξω,*duco.* πέκω,πέξω, *pecto.* βρέχω,β[illegible]*o,proluo,irrigo.*

Ψ β,π,φ. ἄραψ,ἄραβος, *Arabs.* κύκλωψ,κύκλωπος, *Cyclops.* κίνυψ,κίνυφος,*Cinyphs.* λείβω,λείψω, *Sacrifico, sacrificabo,* λέπω,λέψω, *decortico,cabo.* γράφω, γράψω, *scribo, scribam.*

ALPHABETVM, IN QVO DIALEctorum,& Analogiæ bona pars explicatur, ex eodem Angelo Caninio.

VERVM quoniam omnis propemodum dialectorum varietas,& Analogię ratio in Literarum certa mutatione,additione,detractione posita est: commodissimum esse duximus, hoc singula ordine collocare, vt quicquid mutatum, additum, detractum esset, suo in loco & litera facile posset reperiri. Atque vt analogiæ constantissima ratio planius exponeretur, & vis intelligeretur: non modò quid singulæ dialecti varient, verùm etiam quas literas immutent Latini Græcis verbis exprimendis, & in suæ linguæ vsum conuertendis, demonstrauimus. Nec aspernati sumus linguarũ, quibus vulgo vtimur, exempla, quò res fieret illustrior. Ad extremum etiam multa quæ Græci & Latini è Punica lingua in suam transtulerunt, quæ quidẽ ad rem faciebant,in mediũ attulimus.

Αλφα ex E.

Huius literæ pronunciatio facillima est in linguis omnibus,vt Punicè Ana,ἀνά,ex quo Ana Medicorum. Nos ad varietates dialectorũ veniamus. Nam de ipsarum quidem literarum nominibus, quæ Syriaca sunt,hic non est dicendi locus.

Principio itaque Iones in quibusdam vocibus

vertunt in α breue, μέγεθος μέγαθος, *magnitudo.* τέμνω τάμνω, *seco.* τρέπομαι τράπομαι, *vertor.* τρεφθεὶς τραφθείς, *cōuersus.* Sic βερεθρον, *Barathrum.* Homerus, alij βάραθρον.

Quod factitant & Dorienses, πιέζω πιάζω, *premo, vexo, onero.* τρέχω τράχω, *curro.* ἄρτεμις ἄρταμις, *Diana.* φρεσὶ φρασὶ, *mentibus.* Pindarus. γὲ γὰ, ἔγωγε ἐγώνγα, σύγε τύγα, *tutemet.* & in diphthongo, εἴκε αἴκα, *si.* κύπειρον κύπαιρον, *cyperus, iunci genus.* κλείς κλᾷξ, κλεῖδα κλᾷδα, *clauis, clauem.* Callimachus, λήϊον λᾷον, *fruges.* Cretenses τέως τάως, *interim.* ἕερση ἀερσα, *ros.*

Æolij in aduerbiis in θεν, detracto ν, ε mutant in α, ὄπισθεν ὄπισθα, *pone, retro.* ἄτερθεν ἄτερθα, *sine, præter, seorsum.* ἔνθεν ἔνθα, *inde, hinc.* πρόσθεν πρόσθα, *ante coram, antea, prius.*

Id Latini aliquando imitati sunt, μένω maneo, ἔρρασος aries, quidam scribunt ἐρράς, ἐρωδιὸς ardea, syncope τοῦ ω. Sic ex ἔνος fit annus.

Sic Græci è Punico Ella faciūt ἀλλὰ, *sed.* Erabon ἀῤῥαβὼν, arrabo, *pignus.* Batel βάταλος, *odiosus, turpis.* Melet μάλθη, malta, *cera subacta.* Etrusce. Pilleges παλλακὶς pellex. Peleg πέλαγος pelagus, & Latinè Besas basio, Bes basium, Esua asso, Feti fatuus. Etrusce ἔῤῥε, arri, *Abi in malam rem.* κεράτιον, *Corniculum, siliqua.* caratto. Bend Punice, benda, banda.

Alpha. ex H

Dorienses & Æolij η passim mutant in α longum, huius credo literæ sono patenti atq; hiulco delectati. Quamobrem Theocritus de mulieribus Corinthiis loquens ait, πλατειάσδοισαι ἅπαντα, *ore deducto pronuntiare omnia.* Exempla sunt, φήμη φάμα fama, πληγὴ πλαγὰ plaga, μηχανὴ μαχανὰ machina, φηγὸς φαγὸς fagus: μῆλον μᾶλον malum. Latini enim eos sequuntur, quando etiam in Magna Græcia Doricè loquebātur. Sic μήτηρ μάτηρ, *mater.* ἠὼς ἀὼς *aurora.* ἡδὺς ἀδὺς, *suauis.* γηρύω γαρύω, *clamo, loquor, discer*

discerno. λήψομαι λαψῶμαι, *accipiam.* καναχὴς καναχὴς, *resonans, sonorus.* ἡμέρα ἁμέρα, *dies.* ἥλιος ἅλιος, *Sol.* ἡδονὴ ἁδονά, *voluptas.* aliáque innumerabilia. Docet Herodianus in imparisyllabis oxytonis non mutari, ποιμὴν, *pastor.* λιμὴν, *portus.* non ποιμὰν, λιμὰν, præter ἐσθὴς ἐσθὰς, *vestis.* Pindar. Pythiis. malè ergo apud Theocrit. ἅδιον ὦ ποιμάν, *vanior ô pastor.*

Attici in paucissimis suauitatis causa η mutarunt in α longum, κήλη κάλη, *hernia.* κηλήτης καλήτης, *herniosus.* ἠχέτης ἀχέτης, *resonans, sonorus: cicadarum epithetum.* δήμητερ δάματερ, *Ceres.* admirantis aduerbium. sic è λήμη, *lippitudo.* fecerunt γλάμων, addito γ. *id est, lippus.*

Iones contrà in α breue, πήρα πάρη. *pera.* λεληκυῖα λελακυῖα, *obstrepens, lippiens.* μεμηκυῖα μεμακυῖα, *mugiens.* τεθηλυῖα τεθαλυῖα, *germinans.* μεσημβρίη μεσαμβρία, *meridies.* λελημμένος λελαμμένος, *captus, cogitans.* ληφθεὶς λαμφθεὶς, *sumptus.* cum epenthesi μ. sic διχῆ διχα, *bifariam.* τριχῆ τρίχα, *trifariam.* τέτραχα, πέτραχα. Δεῦρ' ἴθι νύμφα φίλη, ἰλ. γ. *huc age nympha, seu sponsa chara.*

Alph. ex ο, ω, εα, αε.

Huc pertinet, cùm Poëtæ η resoluunt in εα, ἤγην ἐάγην, *fractus sum.* ἥφθην ἐάφθην, *captus sum.* ἧδε ἕαδε, *placuit.* & Æolicè ἄαδε, & ἑαδὼς, ἥλη ἑάλη, *captus est.* ἥλω ἑάλω, ἥλωκα ἑάλωκα, *capt⁹ est.* ἥνδανε ἑάνδανε, *placuit.*

O Doricè aliquando in α, εἴκοσι εἴκατι, *viginti.* & Æolicè ὄσα, ἄσσα, *quædam.* ex quo Atticum ἄττα. Sic Latini ἄροτρον aratrum, etsi a longum est. καρδία cor, πορῶ ex quo πορίζω, paro, *rem facio, mercor.* λόγχη, lancea. Etrusce solidus, saldo: Hispan. γάνος gana, *lætitia, splendor oblectamentum.*

Iidem Dorienses ω in α productum cõuertunt, πρῶτος πρᾶτος, πρώτιστος πράτιστος, *primus.* φωριαμὸς φαριαμὸς, *arca.* sic θῶκος θᾶκος, *sedes, locus, concio.*

In genitiuo plurali primæ & secũdæ parisyllaborum, ληστῶν λῃστᾶν, *latronum.* θυρῶν θυρᾶν, *portarum.*

Et

Et in aoristis mediis prioribus, ἐπήξω ἐπάξα, *fixisti, densasti.* ἐπείω ἐπεία, *emisti.*

Æolij in participiis secundæ contractorum, γελῶν γελᾶν, *ridens, cachinnum tollens.* ἐλῶν ἐλᾶν, *impellens.* Bœotice ποσειδῶν ποτειδᾶν, *Neptunus.* φυσῶντες φυσᾶντες, *flantes, tumentes.* Tarentini Doriensium Colonia, ὦτα ἆτα, *aures.* ὡς ἄς, *vt.* Cretenses ἔωλον ἄελοι, methathesi, *vanum absoletum.*

Contrahitur etiã ex εα, θέασαι θᾶσαι, *vide.* Idyl. 1. vt Atticè εὐφυέα εὐφυᾶ, *industrium ingeniosum.* πειραιέα πειραιᾶ, *Piræum.* Verùm hoc tantum præeunte vocali: non enim diceretur εὐγενέα εὐγενᾶ, *generosus.* ἀληθέα ἀληθᾶ, *verum.* sed εὐγενῆ ἀληθῆ.

Et ex αε, ἄεθλον ἆθλον, *præmium.* ἀέκων ἄκων, *inultus.* ἀεργὸς ἀργός, *otiosus.*

A Abundans.

Geminant etiam ſequentem conſonantem, vt ſyllaba longa fiat, *εὐμελίης ἐϋμμελίης, benè haſtatus, bellicoſus. εὐραφὴς ἐϋῤῥαφὴς, benè ſutus. εὔροος ἐΰῤῥοος, pulchrè fluens, meatum facilem præbens. εὔσελμος ἐΰσσελμος, pulchrum tabulatum habens, vel paginam.*

Aliquando vertunt ε in η, *εὔκομος ἠΰκομος, benè comatus, luxurians. εὐγένειος ἠϋγένειος, nobilis, generoſus.* vt εὖτε ἠΰτε, *quando, cum, dum, velut, ſicut.*

ΔΥΣ.

Præponitur quomodo δυ, *δύσκολος, moroſus, difficilis. δύστροπος, inexorabilis. δυσκρατὴς, intemperans. δύσερις, litigioſus, iurgator. δύσελπις, abiectæ ſpei. δύσερως, difficilis in amore.* Propriis, *δύσπαρις, infſtus.*

Sed aptiſſimè Verbalibus. *δύσκριτος, difficilis iudicatu. δυσανέφικτος, inperueſtigabilis. δυσπαρακολούθητος, obſcurus, quem difficilè quis aſſequi poteſt. δυσθεώρητος, difficilis contemplatu.*

Fœm. abſoluta in ια. *δυσφορία, tolerandi difficultas. δυσκρασία, diuerſa conſtitutio, mala temperies. δύσνοια, maleuolentia. δυσαριστοτόκεια, mulier optimum filium infeliciter enixa.*

Sed iam redeamus ad ο micron.

Attici vt docet Athenæus aliquando vertunt α in ο. *μαλάχη μολόχη, malua. ἄσταφις ὄσταφις, vua paſſa. πάρδαλις πόρδαλις, panthera cuius mas pardus dicitur. ἀστακὸς ὀστακός, cancri genus.*

Æolij. *πταρμὸς πτόρμος, ſternutatio. στρατὸς στρότος, exercitus. θρασέος θρόσεος, audax. σταλεὶς στολείς, miſſus.* τ in π. *ἄνω ὄνω, ſupra. ἀνέληται ὀνέληται, erexerit. ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, regreſſus eſt, ſe recepit, commigrauit, procul abſuit.*

Latinè δαμῷ domo. Punice Harag ὀργή, *ira.*

Talla tollo. Sarab sorbeo. Sic Iain οἶνος, *vinum,& potus ex hordeo confectus*. Har. ὄρος, *mons*. lalal ὀλολύζω, *cum clamore ploro, plaudo, clamito*. Carcon κρόκος crocum. μάρμαρος marmor.

E in o in præterit. med. λέγω, *dico*. λέλογα, *dixi*. πείθω, *suadeo*. πέποιθα, *suasi*. λείπω λέλοιπα, *linquo, liqui*.

In deriuatione. τρέμω τρομέω, *timeo, tremo*. δέμω δομέω, *ædifico, exstruo*. δρέμω, *curro*. παλινδρομέω, *recurro, remeo, recido, reciprocor*.

Latinè Pendo pondus pondero. θέρω torreo. σπένδω spondeo. nam veteres ἔσπενδον cum spondebant. Tego toga.

Æolij ω in o. cum ex impar. parisyllaba faciunt. ἔρως ἔρωτος, *amor*. ἔρος ἔρου. ἐξ ἔρον ἕντο, *desiderium edendi represserunt*. ἱδρώς. ἱδρῶτος. ἱδρῶτι. ἱδρῷ. Ιλ. ρ. ab ἱδρός. alij apocopen malunt. ab ἱδρῶτι, *sudor*.

Sic ὥρα ὄρα, *hora, tempus*. ὠτείλη ὀτέλλα, *vulnus cicatrix*. ἔστρωται ἐστόρωται, *stratum est*.

Sic poëtæ. εὐρύχωρος εὐρύχορος, *spaciosus, capax, amplus*. φυσίζωος φυσίζοος, *victum producens, viuificans*.

Homerus. ἴομεν, *eamus*. ἀγείρομεν, *congregemus*. ἐρύσσομεν, *trahamus*. & alia permulta. pro ἴωμεν. ἀγείρωμεν. ἐρύσωμεν. Sed potest esse modi enallage. Sic πωτῶμαι, *volo, volas*. ποτηνός, *volatus*. ποῖ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι, *qua animo euolasti?*

Abundat initio. μοργνύω ὀμοργνύω. μόργνυμι & ὀμόργνυμι, *abstergo*. Punicè Rae ὁρῶ, *video, aspicio, spero, caueo, respicio*.

O Poëticè in secũda contractorũ additur ante ω, ὁρῶ ὁρόω, *video*. ὁρόων, *videns*. ἀντιόων, *aduersans*. ὀκριόωντο, *litigarũt, asperè congressi sunt*. κρεμόω, *suspendo*. Ιλ. η. ἠγορόωντο, *loquebantur*. Herodot. ἀλόω. Οδ. ε. imperatiuus pro ἀλῶ, ab ἀλάομαι, *erro, palor*. τρυγόωεν, *vindemiarẽt*. εὐχετόωμην, *gloriabar, supplicabam*: aliáque innumerabilia. post ω, ἀλωμένη ἀλωομένη, *quæ errat*. Dionys. πρὼν πρῶνας πρώονας, *collis, eminentia montis*. Homer.

Semel

Semel obſeruaui additum ι, γελοίων & γελοίωντες, Οδ. υ. pro ἐγέλων γελῶντες, *ridens, ridentes.*

In nominibus rarius, αὐτόχωνος αὐτοχόωνος, *per ſe fuſus.* φῶς φόως, *lumen.* θῶκος θόωκος, *locus, ſedes, concio.* γάλως γάλω γαλόω, γάλων γαλόων, *ſoror mariti.* ἄθως ἄθω ἀθόω, *mons Thraciæ.* τάλω ταλόω, *qui multas habet ærumnas: Phauorino.*

Semel ante ȣ, ȣ̃ ὄȣ, *cuius.* Ιλ. β. vt βοηθὸς βοηθόος, *adiutor.* Sic βεβολήαται pro ἐβέβληνται, Ionice cum epentheſi, *vulnerati ſunt.*

Latini eodem modo μνάω, ex quo μνῶμαι & μέμνημαι moneo: vt u breue, Ηρακλῆς Hercules, Ασκληπιὸς Æſculapius, Αλκμήνη Alcumena, Plaut.

Etruſce Caulis cauolo, Paulus Pauolo.

Bœoti, vt docet Heraclitus, ο micron præponunt υ pſilo, ὕλη ȣ̔́λη, *ſylua, materia, nutrimentum, & vrbis nomen.* ὕδωρ ȣ̔́δωρ, *aqua, & ſydus: Proclo.* cum tenui, ἐλήλυθα εἰλήλȣθα, *veni.* Æoles itidem, θυγάτηρ θȣγάτηρ, *filia.*

In fine etiam additur poëticè, ſed raro, Μίνως Μίνω Μίνωο, *Minoi.* τάλῶο, *miſero, ærumnoſo.* πετεῶο, Ανδρεγεῶο, *Androgeo.*

Ionum & Dorienſium more è quibuſdam nominibus eximitur, Ακȣσίλαος Ακȣσίλας, Αναξίλαος Αναξίλας, Μενέλαος Μενέλας, Πτερέλαος Πτερέλας, Νικόλαος Νικόλας, Λαοδίκη Λαδίκη, *Nomina ſunt propria.*

Latinè πύος pus, γένος genus & gens. Virgil. Trita Meliſphylla, pro μελισσόφυλλα, *herbæ genus.*

Æolij è pronominum genitiuis excludunt, ἐμȣ̃, reſolutione ἐμέο, paragoge ἐμεόθεν ἔμεθεν, *mei.* σοῦ σέο σεόθεν σέθεν, *tui.* οὗ ἕο ἑόθεν ἕθεν, *ſui.*

Huius generis ſunt, τίποτε τίπτε, *cur.* τίφθ' ȣ̔́τως ἕστητε τεθηπότες, *cur ſic ſtetiſtis ſtupentes.* λωτόεντα λωτεῦντα. quidam craſi è λωτόεντα, *loti ferax.* ἀποφθινύμενος ἀποφθίμενος, *interiens, moriens.*

Vt Latine ν...ος mors, Denono denuo, φ...

ορος, frater, fratris. nam significatio non est aliena.

Attice οἴομαι οἶμαι, ᾤομην ᾤμην, *putabam*. λούομαι λοῦμαι, *lauor*. ἐλουόμην ἐλούμην, λουόμενος λούμενος, *lotus*. Non tamen ἀπολοῦμαι, *peribo*, & ἀπολούμενος, *periturus*: quæ Athenæus & Lucianus in quibusdam indoctis sophistis exagitant. Sunt enim malè ominata ab ἀπόλλυμαι, *perdo, perdor, destruor*.

Poëticè ἀολλέες, ἄλλεες & ἄλες, Callim. *congregati, conferti*.

Sic ὑποβάλλειν ὑββάλλειν, *subijcio, suppono, substerno, suggero*. ἠγνοήκαμεν ἀγνήκαμες, *ignorauimus*. Æolice, θερειότατος θερείτατος, Aratus, *æstuosissimus, feruidissimus*.

O à Latinis initio aliquando additur, πλάγιος obliquus, Etrusci denuò detrahunt, bieco.

Præciditur, ὄνομα nomen, ὄπισθε post, ὀρούω ruo, ὀδοὺς, όντος dens, ὄραμνος ramus, ὀκέλλω cello.

Etrusce Officina fucina, Obscurus scuro, ὄρυζα oryza riso.

O in ι, κόνις cinis, ὄμβρος imber, πρόμος primus, ὅς is.

Π, π.

Post ν & μ, vt B pronunciatur vulgo, τὸν Παῦλον ton Baulon, *Paulum*. πέμπω pembo, *mitto*.

Æolij, vt docent Grammatici, nonnunquam mutant μ in π, ὄμματα ὄππατα, *oculi*. μετ' ἐμοῦ πετ' ἐμοῦ, *mecū*. in cōpositione πεδὰ, μετέρχομαι πεδέρχομαι, *prætereo, appello tento, quæro*. μετάρσιος πεδάρσιος, *sublimis, volans*. μετεωριστὴς πεδαωριστὴς, *equus ferociens*. μετέωρος πέδηρος, *sublimis*.

Aliquando τ in π, στολὴ σπολὴ, *stola, amictus*. σταλεὶς σπολεὶς, *missus, pulsus*. τέτραπλαι πέτραπλαι, *conuersus est*. πέντε πέμπε, *quinque*. ex quo ἔχον πεμπώβολα χερσὶ, *habebant præ manibus verua in quinque cuspides diuisa*. στειλάμεναι σπελλάμεναι, *quæ miserunt*.

Cretenses, στάδιον σπάδιον, *studium*. Sic τέσσαρες πίσυρες, *quatuor*.

Sic

Sic Latinè στάχυς ſpica, ταῶς pauo, χρὼς, χρωτὸς corpus.

Etruſce Extinguo ſpengo. contra π in τ, σπουδὴ ſtudium.

Iidem Æolij φ in π, ἀμφὶ ἀμπὶ, *de, circum, cum, contra, per.* ἀμπίσχουσα, *induēs.* ἀμφιέσαι ἀμπέσαι, *induere.* Sic φανος πανὸς, *lāterna*, vn falot gall. ῥάφυς ῥάπυς rapum.

Latinè φοινίκεος puniceus, φοῖνιξ Pœnus, φαινόλης pænula, ἀφύη apua, φοβῶ, ex quo φοβοῦμαι paueo, πορφύρα purpura, Κεφαλὴ caput, γρῦπες gryphes, κάρφω carpo, σοφὸς ſapiens ſapio, φαῦλον pro vili, paulum paululum. φόρβος φορτίζω porto, φολὶς pellis. Punice Firdaus παράδεισος, *paradiſus, pomarium, hortus.* Farſach παρασάγγης, *menſura apud Perſas triginta ſtadia, vt ſentit Budæus, continens.* fiſtaq πιστάκιον, *piſtatium, genus fructus.* Falu πῶλος pullus. Safir σάπφειρος ſapphirus, iasf ἴασπις, *iaſpis.* Haref ἅρπω ἁρπάζω rapio. Etruſce la raffa. z enim cadit, vt σταλάζω ſtillo. Fitha Syriace, πείθω, *ſuadeo.*

Etruſce στρέφω ſtroppio, *verto, torqueo, moueo.* φύστη paſta, *maza in ſcypho coagitata maceratáq; è vino & polline.* φάγρος pagrus, *piſcis vorax & cos.*

Aduerbia quædam interrogatiua amiſſo π, & ſumpto aſpirato fiunt relatiua, & denuò præfixo ο, priſtinam vim recipiunt. πότε, *quando*, ὅτε, *qui*, ὁπότε, *quandoquidem.* ποῦ, *vbi.* οὗ, *cuius.* ὅπου, *vbi.* ποῖ, *alicubi.* οἷ, *qui.* ὅποι, *quò, vbi.* πῆ, *quomodo.* ᾗ, *cui.* ὅπῃ. πόθεν, *vnde.* ὅθεν, ὁπόθεν, *qua hora.* πηνίκα, *quando.* ἡνίκα, *quare.* ὁπηνίκα. Aliquando ſunt enclitica, ποτέ. ποῦ. ποι. πη. ποθέν.

Ad hanc formā dixit Aratus. ὁππῆμος. quod alij poëtæ ἦμος, *quando*, dicunt. itaque duriuſculum eſt.

Huc referri debent. πῶς, ὡς. ὅπως *quomodo.* ποῖος, *qualis.* οἷος. ὁποῖος. πόσος, *quantus.* ὅσος. ὁπόσος. πηλίκος, *quam ingens, quam potens.* ἡλίκος. ὁπηλίκος. Aratus ὁποσταίη à ποσταῖος. quod perrarum eſt, *quot in diebus.*

Quæ

Quædam ο tantum accipiũt. πότερος ὁπότερος, *uter.* ποσὸς ὁποσός, *uterlibet.* ποδαπὸς ὁποδαπός, *cuias.* Tametsi Latini ſuum Vter ex ὁτερος feciſſe videntur.

Π initio additur. τώχω πτώχω ψώχω, *tero, attenuo.*

Decidit. πήγανον ἤγανον, *ruta herba, & ſartago.* παλαιὸς ἀλαιός, *antiquus, ſenex, priſtinus.* Æſchyl. Sic πλατὺς latus.

Hiſpani quidem hoc ſæpiſſimè faciunt. Plenus lleno. Planus llano. Ploro lloro. πτῶμα tomo ruina Etruſc.

Æolicè geminatur & poëticè. ὅππως, *ut.* ὅππῃ, *ubi.* ὁππότερος, *uter.*

Latinè Iuppiter. reppulit. repperit. Contra πάππας papa. hoc eſt pater.

Abundat. ὀπτεύω ὀπιπτεύω, *video, aſpicio, obſeruo.* ἠνίπαπε pro ἤνιπεν. ab ἐνίπτω, *dico, increpo, maledictis inceſſo.* alij ab ἐνιπάπτω. eadem epentheſi.

Latinè vertitur ſæpe in B. ἀπὸ ab. ὅπου vbi. πυῤῥὸς burrus. ex quo buio Etruſce. R. in I. *Latinè fuluus, rutilus, oculis igneis.* vt Glarea ghiaia, Parpaio. πυῤῥίας byrria, *ſerpentis genus à colore igneo.* πόλεμος bellum. niſi eſt à Duellum.

Hiſpanicè Mancipium mancebo. iuuenis. Epiſcopus obiſpo. Syriace Carpas κάρπαϲος carbaſus.

In Ph. τρόπαιον trophæũ. ῥίπαια ὄρη Riphæi montes. Βόσπορος Boſphorus. caput. Etruſce capo. Gallicè *chef.* ca in che. vt Canis *chien.* non à κεφαλή.

P Ω.

Clarus & aſper eſt huius literæ ſonus. & balbis inimicus. qui in turturis gemitu exauditur. quæ idcirco Syris Tur. Latinis repetita ſyllaba dicitur turtur.

Attici mutant nonnunquam λ in ρ. κλίβανος κρίβανος, *teſtus, vel teſtum clibanus.* κεφαλαλγία κεφαλαργία, *capitis dolor.* ἄγγελος etiam ἄγγερος legitur in Heſychio, *nuntius, legatus.*

Lati

Latinè καιθήλιος cantherus. στλεγγὶς strigilis, ἀλωὰ area, ἀγὸρ aquila Æolicè, κάγχαλος gantaero, *facetus*. Etrusce.

Contra λείρια lilium, Hispanicè lirio: & forte μύρια mille, ἕλμινς, Æolicè Fελμινς vermis.

Etrusce Vlulare vrlare, Dactyli datteri, Lusciniola ruysenor, *rossignol*.

Punice Thelith τρίτος tertius, Sarbala σαράβαρα, *vestis Persica, tibialia*.

Lobas loba Hispan. Etrusce robba, λῶπος, *indumẽtum*. λωποδυτεῖν robbare, *vestem furor, spolio, prædor*. Azul azurro cæruleus.

Iidem Attici σ post ρ in alterum ρ, ἄρσην ἄῤῥην, *mas*. θαρσαλέος θαῤῥαλέος, *audens, ferox, audax*. ταρσὸς ταῤῥὸς, *quicquid expansam superficiem habet*. κόρση κόῤῥη, *tempus pars capitis*.

Sic μυσωτὸς, (nam μυττωτὸς Atticũ est) moretum quasi mosetum. ἔσω ex quo ἔσομαι ero, κέλης celer, πράσον porrum, τύρσις turris. Syriace Hesba herba. Sic è Fusiis, Valesiis, Furij, Valerij.

Æolij etiam vt scribit Herod. οὗτος οὗτορ, *hic*. ἵππος ἵππορ, *equus*. μάρτυς μάρτυρ, *testis*. Laconice ἀσκὸς ἀκκὸρ, *vter vtris, pellis in vtrem formata*. ἀδελφὸς ἀδελφὸρ, quod mendosè scribitur ἀδελφήρ, *frater*. πούς πὸρ, *pes*. τὶς τίρ, *quis*.

Latinè φόβος pauor, Labos Honos, labor honor, ἐντὸς inter intra.

P in deriuatis additur, σκῆπτρον, *sceptrum*. à σκήπτω, *fulmino, irruo, fingo*. ὦπται, *visum est*. ἔσοπτρον, *speculum*. κάτοπτρον, *idem*. ἤροται, *aratum est*. ἄροτρον, *aratrũ*. ἰδίω ἱδρόω, *sudo*. ἱδρὼς, *sudor*. ληστὴς, *latro*. ληστρικὸς, *Piraticus*. σπάνιος σπαριος, *rarus, paucus*. ἐλῶ ἐλάσω, *impello, saturo*. ἐλαστρῶ, *agito*. βοήσω βώσω, *vocabo*. Ionice βωστρῶ, *voco*. ἀκούω, *audio*. ἀκοὴ, *auditus*. ἀκροῶ ἀκροῶμαι, *audio*. καλῶ καλιστρῶ, *voco*. λήθω, *lateo*. λάθρα, *clam*. μάττω, *pinso, subigo*. μάκτρα, *vas in quo pinsitur farina*.

γων

γωνιά, Laconice γωνόρ, *angulus.*

Latinè κορίαννον coriandrum, πύθω putreo, τλάω tolero, φλέγω flagro, πρόσω prorsum, ἔξωθεν extra.

Etrusce Ballista balestra, Genista ginestra, Anas, anatis anitra, Hinnio hinnitus annitrire, Gummi gromma, ἔγκαυστον, *genus picturæ ab vrendo dictum.* inchiostro, Cælestis color cilestro, βῖκος bicchiere. Hispanicè Stella estrella. Gallicè Calendarium *calendrier*, Thesaurus *thresor.*

In compositione cùm posterior pars incipit à ρ, geminatur, πρόρριζος, *radicatus, cum radicibus.* πολύρρηνος, *ouis fœta.* βαθύρροος, *altifluus.* ἄρρητος, *nefarius, arcanus.* Legitur tamen καλλιρόη, *fons Atticus.* προρέειν, *profluere.* & multa poëtica, in quib. nō repetitur ρ, vt ἀμφίρυτος, *circumfluus.* ἄρηκτος, *incorruptus, inpenetrabilis.* Sic in incremētis, ῥίπτω ἔρριπτον, *proijcio, bam.* excipiūtur cōposita ab α, ἄρωστος, *sanus, robustus, fortis.*

Sic ὄ,ρα ὄρρα, *quodquidem.* παραλία παρραλία, *regio maritima.* ὀρὸς ὀρρὸς, *serum lactis.* βορέας βορρᾶς, *Boreas.*

Æolij ρ transponunt & geminant, ι mutato in ε, Πρίαμος, πέρραμος, *Priamus.* κόπρια κόπερρα, *stercus.* ἀλλότριος ἀλλότερρος, *alienus, ascititius.* ex quo alter, μέτριος μέτερρος, *mediocris, modestus.* cum duobus tenuibus.

Latinè Tera, poëtice terra. Serare, Etrus. serrare.

In quibusdam eliditur, αἰσχρὸς αἰσχίων αἴσχιστος, *turpis, ior, issimus.* μακρὸς μηκίων μήκιστος, α in η, *longus, gior, gissimus.* δρύφρακτοι δρύφακτοι, *cācelli ex quercu facti.*

Dorice σκῆπτρον σκᾶπτον, *sceptrū.* ex quo σκηπτοῦχος βασιλεύς, *Rex sceptrifer.* μικρὸς μικκὸς, *paruus.* πρὸς προτὶ ποτί, *ad.* λέπαργος, ἀντὶ τοῦ λαπάραργος, ὁ ὄνος, *Taurus albi pili: item asinus, apud Nicandrum.* μαπέειν pro μαρπεῖν à μάρπτω, *capio.* 2. aor. ἔμαρπον, infi. μαρπεῖν, μαπεῖν, Ionice μαπέειν ἔμπροσθεν. Dor. ἔμποθεν.

Latinè Cerebrum cerebellum, Scalprum scalpellum, ἄρθρον artus, λέκτρον lectus. Forte etiam

ἀτὰρ at. μετρῶ metior, κέντρωνες centones. Punicè Zonar ζώνη zona.

Poëtæ etiam more Ionico tranſponunt ρ, κρατερὸς καρτερὸς, *fortis, patiens, validus, minax.* καρδία κραδίη, *cor.* δίφρος δείφος, *biga, ſedes, ſella.* βράδιστος βάρδιστος, *tardiſſimus.* ἀτραπητὸς ἀταρπητὸς, *via recta.* δρατὰ δαρτὰ, *facta.* ὀφιόσπαρτος ὀφιόσπρατος, *ſatus ſerpentibus.* τέταρτος τέτρατος, *quartus.*

In aoriſtis vt penultima corripiatur, ἔδαρκον ἔδρακον, *vidi, creui.* ἔπαρθον ἔπραθον, *perdidi, vaſtaui.* ἔδαρθον ἔδραθον, *dormiui.*

Sic ῥέζω ἔρδω, pro ἔρζω, ex quo ἔρξω pro ῥέξω, *faciam, ſacrificabo, patrabo.* πεφαργμένος, *obturatus, vallatus.* ἐφάρξαντο, *ſepſerunt.* φαρκτὸν, *ſeptum.* à φράττω, *obturo, ſepio.* poëtice vel Bœotice, è quo farcio Latinum. κεκρύφαλον, *vitta, reticulum.* à κρύπτω, *abſcondo me, deliteſco.* & κεφαλή, *caput.* quaſi κρυπτοκέφαλον, *tegmen capitis.* πρόσω πόρσω. & Att. πόῤῥω, *lõgè, procul.*

Sic variatur βάτραχος βράταχος, *rana, & tumor ſub lingua pueris infeſtus.* βύρθακος βόρταχος βλίταχος, *idem.* Sic βραγχία βαραχνία. addito α, *branchia quibus piſces ſpirant, fauces.* νάρθηξ νάθραξ, *ferula, thyrſus, virgula.*

Latini in ſuis deriuatis R loco mutant. νεῦρον neruus. ἅρπαξ rapax. ἁρπάζω rapio. μορφὴ forma. καρκίνος cancer granchio Etruſce. ἑκάτερος vterque. τέρην tener. ῥὶν. ῥινὸς naris. Καρχηδὼν quaſi Καρδηχὼν Carthago. παῦροι parui, pro pauci. κρέας caro. στρωννύω ſterno. Περσιφόνη Proſerpina. κρίκος circus. ἀριστερὸς ſiniſter. κρίνω cerno. Nam qui iudicat cernere debet. ἔρση ros. ἄντικρυ contra.

Punice Rauh. pl. aruah αὖρα aura. Mertha μέτρον. Balaur βήρυλλος beryllus. Vard ῥόδον. vel Æolice βρόδον, *roſa.* Syriace Qerac ἄκρα arx. Etruſce rocca. & Iaraq ὠχρός, *pallidus, luteus.*

Sic Sippor paſſer. Biqr virgo. Darag gradus Mecar mercor Ert tera Elmara mulier.

Anbar

Anbar ambra Etrusce. Carmes cremesi. Azraq zorq Hispa. zarco & garco guercio. Guirnalda ghirlanda. Rizeq richeza. παρωνυχία pannareccio vel patareccio, *Latinè reduuia morbus.* Succidus subdicio. & sync. sozzo. Bornos sbernia. & bernusso. ἴασπις. δος. diaspro, *Iaspis.*

Aliæ etiam literæ sua sede mouentur. λακέρυζα κελάρυζα, *latrans, garrula.* τήγανον τάγηνον, *sartago.* ἀπειρέσιος ἀπερείσιος, *infinitus, immensus.* βάλσαμον βλάσαμον, *Balsamum.* Nicand. ἔκπαγλος pro ἔκπλαγος, *horribilis, stupendus.* ἐκπαγλότατος pro ἐκπλαγώτατος, *mirificentissimus.* ab ἐξεπλάγην, *obstupui.* Ιλ. α. φάσγανον, *ensis.* à σφάττω, *iugulo, macto.* ὀθνεῖος, *externus, alienus.* à νόθος, *nothus.* λοιγός, *pernicies.* ab ὀλίγος, *paucus.* σκάλοψ, ἀσπάλαξ addito α, *talpa.* ἄοροι ὄαροι, *uxores.*

Sic Latinè κῦδος decus, χιτὼν tunica à Qetan Punico, vel Syriaco Qituna. ταχὺ cito, αὐλὼν vallis, τὲ &, ποθῶ opto, μῶν num, vt Etrusce Interim mente, νῆσσα anas, δηλέω ῶ lædo ψύλλα, Æol. πύλλα pulex, ἄκυλος ilicis glãs, σίαλος saliua, σκέπω, tego. σκοπῶ specio, speculor, specto, σφῶ vos, vt νῶ nos, ἐμὸς meus, σφέτερος vester, σφέτερον πατέρ' ὑμνείρυσαι, *vestrum patrem celebrantes carminibus.* vel à σφωΐτερος, σφάκελος fascis fasciculus, κάχληξ calculus, φλέγω fulgeo, ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει, *flos autem auri fulget.* Pind. ἄρχω rego, ἀρχὸς rex regis, εἰλαπίνη epulum epulæ, εἰλαπινάζειν epulari. sic δύναμαι δύναμις dominor, dominatio. τρίτος τέρτος Æolice, & τρίτη τέρτα, ex quo tertius, ἔτι item, ποτὶ apud, Colurnus pro corulnus, ἀλίκα Æol. qualis.

Et forsitan μόνος omnis, nam significatio non aliena est, & λοπὰς, δος patella. Punice Sene ἔνος annus, Azca ἀξιῶ, *dignor.* Simca Syriace, σῆγμα, *litera nomen.* Soca coxa. sic Cast τόξον, *telum.*

Etrusce Cumulus colmo, Palus, dis padule, λαγὼν gallone, *Ilia, lateris cauitas, lũbus, scissura.* sic cosi,

hoc

hoc vel hocce cio, Illhic quello, Veſpertilio vipiſtrello, Agger aggerem argine. vt Spem ſpene, κικκαβὴ ciuecca, Etruſce ciuetta. Hiſpan. Miraculũ milagro, Parabola palabra, Obliuio oluido, Periculum peligro. Syriace tabo, Etruſce botta bufo.

Ρ Latinè videtur verti in D, κηρυκεῖον, Dor. καρυκεῖον caduceum, λαμπρὸς limpidus, contra Meridies pro medidies.

Etruſce Rarus rado, Quæro chiedo, πορφυρίτης porfido, *nigricans in modum purpuræ vt Porphyritis ficus, Plin.*

In L, βάκτρον baculus, ἀκρὸς aquilo. Syriace Parur parolo, vel paiuolo, vt Latinè Rarus rarulus dim. rallus, Ruber rubellum.

Etruſce Satur ſatollo, Peregrinus pellegrino. Hiſpanice Papyrus papel, Temperatus templado.

ΣΙΓΜΑ, Dorice ΣΑΝ.

Huius literæ ſonus inſuauis ſemper eſt habitus, cum tamen è conſonantibus nulla ſit crebrior. Itaque Euripidis verſiculus, ἔσωσά σ᾽ ὡς ἴσασιν, *ſeruaui te vt ſciunt.* ab omnibus laceratur. Quidam etiam è veteribus vocauit σίγματα Εὐελπίδου. Pindarus oden ἄσιγμον, *ſine ſigma*, edidiſſe fertur, & Poëta neſcio quis è tota Odyſſea exemiſſe omnia ſigmata.

Δ ob ſyncopen in σ, ᾔδειμεν ᾖσμεν, *ſcieramus.* Euripid. Hecuba ᾐδείτην ᾔστην, *ſcieerant duo.* Ariſtoph. Auibus. ᾔδειτε ᾖστε, *ſcieratis.* Sophocl. Colchis. ᾔδεσαν ᾖσαν, *ſciuerant.* Eurip. Rheſo. ſic fortè Latinè παιδίον puſio.

Laconicè θ in σ, θεὸς σιὸς, ex quo Σίβυλλα, σιο εἰ θεοῦ βουλή τις, *tanquam Dei conſilium.* & σίσυφος quaſi θεόσοφος, *in diuinis peritus, Theologus.* & τὼ σιὼ, *duo dij.* τὼ διοσκούρω, *Iouis duo filij Caſtor & Pollux.* Attice, Heſych. σιὸρ, *Deus.* θεῖος σεῖος, *diuinus.* ἀγαθὸς ἀγασὸς, *bonus.* πιθάκνη πισάκνα, *doliolum.* θαμινὰ σαμινὰ, *crebro.*

θέρμοι σέρμοι, *lupini.* θεῖν σεῖν, *currere.* Ionice βυθὸς βύσσος, *profundum, gurges, pars ima.* ex quo ἄβυσσος. Syriace Athon aſina, *Latinè, abyſſus, vorago.*

Etruſ. ἀριθμητικὴ ariſmetica, *Arithmetica.* θεῖος, zio, *diuinus, patruus, auunculus.* πάθος vel ἐμπάθεια, *affectus, commotio.* pazia, θήκη zecca, vbi percutitur moneta. Hiſp. ἐρέβινθος, *cicer.* garuanço. Syr. Pitha peza pezo, Thana zana & zaino, nam ea litera ſono ad S proximè accedit.

Dorienſes in primis plur. omnium modorum ν in ς, τύπτομες, *verberamus.* λέγομες, *dicimus.* εἵρπομες, *ſerpebamus.* Cretenſes ἦν ἦς, *erat.* αἰὲν αἰὲς, *ſemper.* μὲν μὲς, *quidem.* καλὴν καλὰς, *pulchram.* σοφὸν σοφάς, *ſapientem.* Latinè πλέον plus, πρὶν prius.

Æolij in infin. inflexor. ν in ς, νοεῖν νόεις, *intelligere.* φιλεῖν φίλεις, *amare.* γελᾶν γέλαις, *ridere.* πεινᾶν πείναις, *eſurire.* ὑψοῦν ὕψοις, *tollere.*

In nomin. quintæ, δελφὶν δελφὶς, *delphinus.* ῥὶν ῥὶς, *naris.* μὴν μεὶς, *menſis.* poëtice. Megarenſes vertunt τ in ς, τὰ, σὰ id eſt τινὰ, *quædam.* vt σαμὰν, pro τινὰ μὲν, *quædam vero.* ex quo ἄσσα & ἄσσα, Attice ἄττα, *quæcunque, quæ:* ἤγουν ἅτινα. ἄττα verò pro τινὰ vel ποτὲ, *aliquãdo.* vt πηνίκ' ἄττα, *ecquando.* τῆτες, *hoc anno.* Doric. σᾶτες, Ariſtoph. interpres. Cyprij σίβολε pro τὶ βούλει, *quid vis.* Heſych.

Latinè ὀστέον os oſſis, ῥητίνη reſina, ἄρκτος vrſus extrito κ. Sic Tentus fartus, recentiores tenſus farſus. Sic Merto, Pulto, merſo, pulſo.

In deriuatione, ἐνιαυτὸς ἐνιαύσιος, *annus.* μίλητος μιλήσιος, *Mileſius.* Etruſce Sorptus, vt hauſtus ſorſo.

Z etiam in σ, Nam veteres dicebant, ζμίλη, *ſcalpellum, calum.* ἴζμεν, *ſcimus.* ζμῶσαι, *ferire, flagris examinare.* ζμικρόν, *puſillum.* ζμῆγμα, *medicamentum ad tergendum, ſmegma.* ζμάραγδος, *ſmaragdus.* ζεσαι, *abſuraſſe.* quæ nunc ſcribuntur cum σ, σμύρνα ζμύρνα, *myrrha.*

Puni

Punice Mezeg *μίσγω, misceo.* Zera ſero.

Tarentini, hoc eſt Itali magnæ Græciæ, verba in ζω barytona per duo σ pronunciant, *σαλπίζω σαλπίσσω, tubis cano, clango.* λακτίζω λακτίσσω, *calcitro, calco.* φράζω φράσσω, *dico, diſſero, eloquor, ſibilo, explodo.* quod Corinna Bœotice dixit φράττω. συρίζω συρίσσω, & Attice συρίττω, *fiſtula cano.*

Latinè μύζω muſſo. Sic Plautus Atticiſſat, Siciliciſſat, ex ἀττικίζει, σικελίζει, vel σικελικίζει. Terent. πατρίζω patriſſo, πιτίζω pitiſſo.

Æolij πτ præeunte breui vocali vertunt in duo σ, ἐμπίπτω ἐμπίσσω, *inuado, irruo.* ὄπτω ὄσσω, *reſpicio.* ex quo ὀσσόμενος, *intuens.* Homero familiare, πέπτω ex quo πέψω πέσσω, & Attice πέττω, *coquo, concoquo, maturo, pinſo.* non tamen τύπτω τύσσω, cũ υ longũ ſit.

Huc referatur κόψυφος, κόσσυφος, & κόττυφος, π cõuerſo in ς, *merula.* vt πταρνύω. ex quo πτάρνυμαι ſternuo.

Σ initio additur plenioris ſoni gratia. φῶ φάζω σφάζω, *iugulo, macto, immolo.* μέρδω σμέρδω, *video, oculos obuerto.* μῶ σμῶ, *quæro.* μήχω σμήχω, *abſtergo.* Sic μῦς σμῦς, *mus.* μυδρὸς σμυδρός, *candens ferrum.* quæ è priſcis auctoribus citat Heſychius.

Veteres Latini, vt docet Feſtus. dicebant ſtlites ſtlatũ ſtlocum: quæ nũc dicimus. lites latũ locum.

Latinè γρύτη ſcruta. ἀκίς. ἀκίδος ſagitta. εἰ ſi. ἐμμὶ ſum. Hiſpanice vmbra ſombra. Vmbella ſombrero. Etruſce μανία ſmania, *furor, inſania.*

Contra Ionice & Æolice tollitur. σμίλαξ μίλαξ, *hedera qua coronabantur poëtæ.* σμικρὸς μικρός, *paruus, humilis.* σιπύα ἰπύα, *arca panaria.* σμυκτὴρ μυκτήρ, *naris.* σμύραινα μύραινα muræna. σκεδάζω κεδάζω, *diſſipo, diſperdo.* σμάραγδος μάραγδος, *ſmaragdus:* poët. σφὶν φὶν, *ſibi.* ob metrum. Sic Σκάμανδρος Κάμανδρος, *fluuius Troiæ.* Sic Cyprij ἄγανα pro σαγήνη, *ſagena, rete piſcatorium.*

Latinè σφάλλω fallo. σμύρνα myrrha. σφενδόνη funda

ψηλαφῶ Æolice σπαλαφῶ palpo. ϛέγω tego. διδάσκομαι disco. Sic è Casmilla, camillam facit Virgilius.

In medio additur. θέμις θέμιδος θέμιστος, *ius, fas, munus.* θεμίστιος, *iustus.* θεστεύω, *Vaticinor, ius dico, leges fero.* πρεσβύτατος πρεσβύστατος, *natu maximus.* Nicand. ʃ Latinè At ast. Cadit. μαστεύω ματεύω, *inquiro, affecto, peto.* ὄπιθεν, *retro.* Ὀδυσεύς, *Ulysses.*

Lacones Argiui. Pamphylij. & Eretrienses σ eximere solent. pro quo aspiratum sufficiunt. μῶσα μῶά, *musa.* μυσικὴ μωϊκά, *Musica.* πᾶσα πᾶά, *omnis.* βυσόα βοῦα, *boum custos.* ποιῆσαι ποιῆαι, *fecisse.* εὖ σοι. εὖ οἷ, *bene tibi sit, Euoe.* quæ est bacchantium acclamatio. vnum in vsu cõmuni relictum est. σῦς ὗς sus.

Latini contrà aspiratum sæpe vertunt in S. ὑπὸ sub. ὑπὲρ super, supra. ἓξ sex. ἑπτὰ septem. ἱδρὼς sudor. ἕδος sedes. ἑκυρὸς ἑκυρὰ, socer socrus, ὕλη sylua, ἡμι semi, ἅλς sal, salum, ἕρπω serpo, ἅλλομαι salio salto, ἕρπυλλος serpyllum, οὗ sui, ἓ se. ὑάδες suculæ, Gellius.

Cretenses & Megarenses addunt in fine, οἴκαδε οἴκαδες, *ad domum.* ἄγε ἄγες, *duc, age.* φέρε φρὲς syncope, *fer.*

Huc referri debent, σχὲς, *tene.* ἐπίσχες, *intende.* à σχέω, *habeo, teneo.* σπές, ἐνίσπες, *refer, memora.* à σπέω, Imperatiui cum paragoge σ, vel à σχῆμι σπῆμι.

Ælius Dionysius duo addit, οἶσθα οἶσθας, *nosti.* ἦσθα ἦσθας, *eras.* quæ quidem ipse nunquam me legisse memini.

Poëticè contra in fine aduerb. metri causa exteritur, πολλάκι, *sæpe.* δηθάκι, *sæpius.* πλειστάκι, *sæpissimè, sæpenumero.* τοσαυτάκι, *toties.* χωρὶς, *seorsum separatim.* λίκριφι, *obliquè.* quæ omnia vsitate exeunt in ς. veteres Latini in versu elidebant s, *Versibu' quos olim Fauni vatésque canebant.*

Οὕτω sequente vocali accipit ς, οὕτως ἔχει, *sic habet.* non tamen apud Iones. Herod. οὕτω ἀπετέως, *sic*

faci

facilè, citra negotium. sic μέχρις οὗ. μέχρι τούτου, *donec vsque quo.* aliquando etiam ἄχρι & ἄχρις, *vsque, donec, prorsus.*

Æolij è nominib. primæ parisyll. tollunt ς. ὁ Ἀρχύτας. ὁ Πυθαγόρας. ὁ Ὑβραγόρας. ὁ Ἀρχύτα. ὁ Πυθαγόρα. ὁ Ὑβραγόρα. cum tenui: *Nomina virorum.*

Sic in contractis è gen. & vocat ὁ Σωκράτης. τοῦ Σωκράτου. τοῦ Ἀριστοφάνου. ὦ Σώκρατε. ὦ Ἀριστόφανε. sic Latini Archyta. Pelia. Hermagora. Anchisa. Chærea. Byrria. ô Sophocle, ô Ænea, ô Pericle.

Contra Græci Latinis in A masculinis addunt ς, Sylla ὁ Σύλλας, Catilina ὁ Κατιλίνας, Fimbria ὁ Φιμβρίας.

Dorienses dicunt ὁ pro ὅς, *qui.* sic ὅτις pro ὅστις, *quicūque.* Κλῦθι ἄναξ ὅτις ἐσσὶ, Οδ. ε. *audi rex quicūq; sis.*

In deriuatis aliquando desideratur, ἔγνωσται, *notum est.* γνωτὸς, *cōsanguineus, familiaris.* ἄγνωτος, *ignotus.* ἀλλόγνωτος, *alibi notus.* dicitur etiam γνωστὸς, sed alia significatione, *nam est notus amicus, dilucidus.* λύεσται, *perfectum est.* ἀνλύυτος, *inefficax, irritus.* δυσεξλύυτος, *inenodabilis.* ἔρασται, *amauit.* ἐρατὸς, *amabilis, blandus.* contra ἐραστὴς, *amator, studiosus.* σέσωται, *seruatus est.* ἄσωτος, pro ἄσωστος, *prodigus, insatiabilis.* & σωτὴρ, *cōseruator, vindex, liberator.* cōtra τὰ σῶστρα, *præmia salutis.*

In quibusdam abundat, ὤρχησται, *saltauit.* ὀρχηστὴς, *saltator.* ὀρχήστρα, *locus in theatro in quo Scenici actiones suas referebant, item vbi senatores sua habebant subsellia.* μέμνηται, *meminit.* ἀμνηστία, *obliuio.* κεχήρωται, *vastatus & orbatus est.* χηρωστὴς, *qui succedit in hæreditate viro viduo.* κέχρηται, *vsus est.* χρηστικὸς, *vtendi peritus.* χρηστήριον, *oraculum.*

In medio geminatur Æolicè & poëticè metri causa post breuem vocalem, ὀπίσω ὀπίσσω, *postea.* σεύω ἔσσευα ἐσσεύοντο, *Pello fugo, fugaui, pellebātur.* ὄμοσον ὄμοσσον, *iura.* ἐκάλεσα ἐκάλεσσα, *vocaui.* ἐγέλασα, *risi.* ἐτέλεσα, *perfeci.* ἔνασα ἔνασσα, *habitaui.* ἱλασσάμενος, *placās.*

καλέσσαι, *vocare.* μέσσον μέσον, *medium.* τόσσον, *tantum.* ὅσσον, *quantum.* τοσσοῦτον, *tantum.* ποσὶ ποσσίν, *pedibus.* ἐσσείοντο, *mouebantur.* ὑποσσείω, *ſuccutio.* περισσαίνω, *applaudo, adulor.* ἔσσομαι ἔσομαι, *ero.* ἐπισσείησιν. Ιλ. δ. *tendat, quatiat, concutiat, intendat.*

S à Latinis antiquis geminabatur, quoties media vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet: cauſſæ, caſſus, diuiſſiones Quint. Cadit, τιθασσὸς τιθασός, *manſuetus, mitis, cicur.* Syriace Buæ βύσσος byſſus. contrà πτισσάνη ptiſana.

Σ Latinè aliquando vertitur in C. πρασιὰ porca. Etruſce prace. Varro à Porriciendo. σὺν cum con. συμφέρω confero. βάρις barca. quaſi barſa, *nauigium.*

Syriace Siphra cifra, Auza oca anſer. Gallicè, ſimus *camus,* ſorba cormes, B in M, vt *Samedy* ſabbati dies. ſalzana, & ſalſitia ſalſiccia Etruſ. Mauruſia marocco.

Vt in G, βλαισὸς valgus pro valſus. Punice Caſſer ſcacciare, vel ſtiacciare frangere.

Laconice quidem dicitur ἀκκὸρ pro ἀσκὸς, σ in κ, & in fine ρ, *pellis in vtrem formata, vrna, follis.*

ΤΑΥ.

Poſt ν vulgo pronunciatur vt D, τὸν τόνον ton donon, *tenſionem, tenorem.* ἀντλῶ andlo, *exhaurio ſentinam, exantlo, & antlo.*

Attici σ ob ſoni inſuauitatem vertunt in τ, quod tamen faciendum cum iudicio, ne in iudicium vocemur à Luciano, γλῶσσα γλῶττα, *lingua.* τέσσαρα τέτταρα, *quatuor.* σήμερον τήμερον, *hodie.* φυλάσσω φυλάττω, *custodio.*

Θάλαττα, *mare.* πίττα, *pix.* ματτααλία, *Maſſilia.* Θετταλία, *Theſſalia.* & alia multa, potius Bœotica ſunt, quàm Attica.

Ante alterum τ more vetuſto, ἑστία ἑττία, *focus, ara, penates.* ἔστακαν ἔττακαν, Heſych. *ſteterunt.*

Dorienſes etiã, ſed parcius, σὺ τὺ tu, σὸς τεὸς tuus,

εἴκοσι εἴκατι viginti, *εἰσὶν ἐντὶ* sunt, & Æolice *εὔτι*, *sunt.* *τέσσαρες τέτορες, τέσσαρα τέτορα, quatuor. τέτορ᾽ ἥβων, quatuor annis.* Bœoti, *ἴσω ἴττω, sciat.* Latinè *ὡς* vt, *τόσα* tot, *μυρσίνη* myrtus.

κ in τ Dorice, *κεῖνος τῆνος, ille. ἐκ τῶν ἐτήνων, ex quibus, ex illis.*

Etrusce fasciculus fastello, marculus martello, *βόσκημα* forte bestia, *κυψέλη τυψέλη, alueare, vasis vel mensuræ species.* sic Schiauo schiacciare, Etrusce Istiauo istiacciare.

Initio Ionice & Dorice in articulis subiunct. abundare solet, præter *ὅς, ἥ, ut. οὗ τοῦ, ᾧ τῷ, ὃν τόν. ἧς τῆς, τῇ, τήν. ὃ τὸ, τοῦ, τῷ, τό, qui, quæ, quod, cuius, cui, quē, quā, &c.*

Sic *ἅμα θαμὰ, simul, vna. θαμειὸς, frequens. θαμίζω, frequento. αὔσιον ταὔσιον τηὔσιον, inanem.* Hom. *τῆτες, τῷ ἔτει*, vt Hispanice Ogano, Etrusce vguanno, hoc anno.

Quædam aduerbia cum *ἀνταποδοτικὰ, seu relatiua* sunt, accipiunt *τ, ὅτε, τότε, cum, tum. ἡνίκα τηνίκα, quando, tum, iam. ἕως τέως, quousque, quamdiu. ἦμος τῆμος, quam, quando, tum.* & *τημοῦτος, tunc. ὡς τώς, vt, sic. ὄφρα τόφρα, interim, aliquando.*

Huc referatur, *ὅσος τόσος, quantus, quicunque.* & *τοσοῦτος, tantus. οἷος τοῖος, hic talis.* & *τοιοῦτος, ἡλίκος, qualis. τηλίκος* & *τηλικοῦτος, tantus, tam senex.*

Cyprij & veteres Attici τ interiicere solent nominibus & verbis, *πόλις πτόλις, vrbs. πόλεμος πτόλεμος, bellum. πόρθος πτόρθος, ramus, stirps, germen. ἀνύω ἀνύτω, expedio, perfungor. ἀρύω ἀρύτω, traho, haurio.* ex quo *ἀρύταινα, cyathus. κλέπω*, quo veteres Latini vsi sunt, *κλέπτω, furor, fallo.* sic *κύπτω, perpendeo. κόπτω, cado, percutio. τύπτω, verbero.* pro *κύπω, κόπω, τύπω. πέκω* pecto. sic identidem, pro idem.

Hoc modo tria illa nomina in obliquis accipiunt τ, *νὺξ νυκτὸς, nox. ἄναξ ἄνακτος, rex.* ex quo *ἀνακτόρειον, templum, palatium. γάλαξ*, vel vsitate *γάλα*

γάλακτος, *lac.* ſic Latinè à Lino linteus. Macedones pro ἐρινύσι, dicunt ἀραντίσιν, *furijs.* Heſych.

Cadit aliquando, τήγανον ἤγανον, *ſartago.* Ionic. ἄρκτος, *vrſus.* ἄρκιος, *Septentrionalis.* πόρτις πόρις, *vitula.* Lycoph. Zeres πόῤῥις. τέτταρα τέταρτος, *quatuor.* ſic Latinè πτέρνα perna, τέττα tata, *vox minoris ad maiorem.*

Geminatur Æolice & poëtice, ὅτι ὅττι, poëtice ὅττι, *quod.* Latini poëtæ, littus, rettulit, quottidie, littera.

Etruſce Batuo batto, μάταιος matto, ματαιότης matteza, Verutum verretta, Brutus brutto.

Τ Latinè in B, λίτρα libra, τέρετρον terebra, τριττὺς tribus, vnde tribuo.

Forte etiam in R, χατέω careo, vt Patricida parricida, πόρτις πόῤῥις.

Additur in fine à Latinis, τρέμει tremit, βρέμει fremit. Punice Au aut.

Υ ψιλὸν, Æolice ὖμ.

Pronunciandum vt V Gallicum, vel vt qui nidorẽ naribus auide hauriunt, quod Ariſtophanes vno verſiculo feſtiuiſſimè imitatus eſt in Pluto.

ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ.

Latini quidem in V fere vertunt, φῦκος fucus, fruges à φρύγω, *torreo, frigo.* Priſcianus, τρυτάνη trutina, κόλυμβος columbus, μύλλος mullus, κυρτὸς curtus, τύρβη turba, βότρυς botrus, μύτιλος mutilus, λύω luo, ῥυτὴ ruta, ὕδος, Æolice ὕδος, ex quo vdus, σπήλυγξ, γος ſpelunca.

Ι in υ raro, τριφάλεια τρυφάλεια, *galea quæ tres habet criſtas.* ἀμφικτιὼν ἀμφικτυὼν, *qui circum circa habitat.* Syriace Celifa κέλυφος, *cortex exterior, putamen, teſta.*

Α etiam raro, τέσσαρες πίσυρες, *quatuor.* σάρκες σύρκες, *carnes.* Æolice. vt γλάφω γλύφω, *fodio, ſcalpo.* Latinè ἀγκύλος vncus.

Punice faza φύζα, *fuga, timor.* Taf, Etruſce tuffo, ταρβῶ turbor, τάρβος perturbatio. ſic Labor lubri

bricus, Calco conculco, Salto exuito.

Æolij ο sæpe mutant in υ, ὄνομα ὄνυμα, *nomen.* ὀνυμαίνω, *nominatim voco.* quod in compositis fit communiter, ἐπώνυμος, *eiusdem nominis, gentilis.* ὁμώνυμος, *nomine conueniens.* καλινδοῦμαι κυλινδοῦμαι, *versor, assiduus sum.* ἀσσότερον ἀσσύτερον, *propius.* ἀγορὰ ἄγυρις, *nundinæ.* ὅμοιος ὕμοιος, *similis.* ὀμφαλὸς ὔμφαλος vmbilicus, μόγις μύγις, *vix, ægrè.* Eustath. addit ὄπλιος ὕπλιος, & cõmuniter ὕπλιος, *supinus.* τροφαλὶς τρυφαλὶς, *serum, caseus.* ἄποθεν ἄπυθεν, *longè.* ἀπέστροφον ἀπυστρόπεον, *auertebam.* Hesych. Acheronte Acherunte veteres. Freto fretu Lucret.

Latinè νομάδες Numidæ, βολβὸς bulbus, vt in fine θεὸς Deus, δόλος dolus, ἄντρον antrum. Quidam πολύχρους pulcher, Πολυξένη Pulyxena veteres.

Ω in υ aliquando. χελώνη, *testudo, genus nummismatis.* χελυώνη, *labiũ.* ἀμύμων, ἢ, οῦ ἄμωμος, *laudabilis.*

Υ Æolice & Ionice facit epenthesin. sed tenui spiritu. ἔκηλος εὔκηλος, *securus, pacificus, quietus.* ὅρος οὖρος, *meta, limes.* ὅλος οὖλος, *totus, integer.* εὖνις, *orbata, viduata.* ab εἷς. ἑνός, *vnus.* ἄρηκτος αὔρηκτος, *infractus.* ταλαύεργος, *fortis, audax.* à τάλας, *miser.* & ῥίν, *naris.* ἴαχεν ἴαυχεν, *resonuit.* φάσκω φαύσκω. & cum ρ φραύσκω. ex quo πιφαύσκω, *existimo, fateor.* γηθέω Dor. γαθέω gaudeo. ἀρύω haurio. μάπηλος caupo. nis. L in N. μαπηλεύω cauponor. Syriace Thama θαυμάζω, *miror.* Thema θαῦμα, *miraculum, visu mira, res noua.*

Poëtice ἀχέων ἀχεύων, *tristis, dolens.* ἀτὰρ αὐτάρ, *At, ast, si, quando.* ἐδένησεν ἐδεύησεν, *indiguit.* Οδ. ν. δέομαι δεύομαι, *indigeo, rogo, supplico.* ἐπιδεὴς ἐπιδευής, *deficiens, indigus.*

Cretenses. ἔα εὔα, *sine.* ἔαζον εὔαζον, *finiro.* ἀέλλαι αὔελλαι, *ventorum turbines.* ἀίδετος, *obscurus, inuisibilis.* ab α & εἴδω, *video.* ἀόρατος, *Inuisus, non spectabilis.* Huius generis sunt. ναὸς ναῦος, *nauis.* ἀὼς αὔως, *aurora.* ἀὴρ αυὴρ, *aer, aura, caligo.*

Verbis in εω & αω Dorienses veteres addunt υ. βυσσοδομέω βυσσοδομεύω, *profunde cogito, molior aliquid.* ἀμφιπολέω ἀμφιπολεύω, *complector, oberro.* ζητέω ζητεύω, *indago, capto, peto.* ἡνιοχέω ἡνιοχεύω, *aurigor.* οἰνοχοέω οἰνοχοεύω, *ministro pocula.* ψάω ψαύω, *tango.* χράω χραύω, *ferio, exulcero, item scalpo, & appropinquo:* ἐλάω ἐλαύω. & epenthesi ἐλαύνω, *accommodo, commodo, prædico.*

Cretenses multis detracto λ addunt υ. ἀλκυὼν αὐκύων, *alcyone.* ἀλκὴ αὐκὰ, *subsidium, præsidium, remedium.* ἄλσος αὖσος, *nemus, saltus, lucus, hortus.* θέλγεσθαι θεύγεσθαι, *demulceri, oblectari.* sic forte Toral. Etrusce Altouaglia. nam R & L inter se cognata. Gallice Alter *autre.* sic poëtæ exempto υ. sufficiunt υ. ἀγαυὸς ἀγαυὸς, *pulcher, splendidus, clarus.* ἀνίαχος αὐίαχος, *resonans, tumultuosus.* Sic καυάξαις Hesiod. pro κατάξαις à κατάγνυμι. detracto τ. *confringeres.*

Iones o micro sæpe addunt υ. κόρος κοῦρος, *filius, puer, Iuuenis, mas, germens, ramus.* ὄρος οὖρος, *mons.* ὀρεὺς οὐρεὺς, *mulus, mula.* οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο pro ὀρέας, *mulas quidem primum inuasit.* ὄα οὖα. *sorba, fructus.* νόσος νοῦσος, *morbus.* κολεὸς κουλεὸς, *vagina, culeus.* πολὺς, πολύ, πουλὺς, πουλὺ, *multus.* Πολυδάμας Πουλυδάμας. Ne mihi Pulydamas. sic Virg. Vpilio pro opilio. vt si scriberetur ου. πολύπους, *multipes, piscis, & tuberculum in nare præter naturam.* Attice πούλυπος. Ionice & Dorice πώλυπος. -veluti, Balbinum Polypus Agnæ. θουρὸς, *impetuosus, libidinosus,* à θορῶ, *terreor. salio, curro.* ὀλοὸς poëtice οὐλοὸς, *perniciosus, teter.* ὀλομένη οὐλομένη, *pestifera, noxia.* ὄλυμπος οὔλυμπος, *Olympus, mons Thessaliæ.*

In quibusdã verbis deriuata facit. πλήθω πληθύω, *plenus sum, farcio, intumesco.* ἔπω ἐπύω. & mutato ε in η. ἠπύω. Dorice ἀπύω, *Iubeo. clamo.*

Latine V sæpe accedit presertim pro denso spiritu ἑσπέρος vesper. ἐλετοὶ Velia ἑστία Vesta. εἵλω voluo vtrunque à Vale Punico.

Sine denso. οἶνος vinum. κλεὶς. κλᾴξ Dorice. clauis. ἐμῶ vomo. ἔμετος vomitus. ἰξὸς viscum. χόω cauo & vacuo. χεία cauus. ἰταλὸς vitulus & Italia. λεῖος leuis. αἰὼν æuum. εἴδω video. ἔαρ ἦρ ver. ἐαρινὸς ἠρινὸς vernus. ὔλω valeo. οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, & rectè *vale, & magnum gaudere*. εἴκοσι. Dor. εἴκατι viginti. ὠὸν ouum. οἶς ouis. δῖος diuus. βιῶ viuo. βοῦς. βοὸς bos bouis. κόραξ coruus. ἶν ἰνὸς vena. ἶς ἰνὸς vis. ἄορνος Auernus. λοέω vel λούω lauo. ὠνὴ venum, ex quo veneo & vendo. ἐσθὴς vestis. κεραὸς ceruus. ἐλαία & ἐλάα oliua. ἐννέα nouem. Δᾶος Dauus. λαιὸς læuus. σκαιὸς Scæuola. πρόγονος priuignus. νέος nouus. ἴον viola. pro via. νικῶ vinco. metath. ἄντης Æol. vetus.

Sed hæc omnia melius ex digamma Æolico intelligi possunt. de quo in Accentibus dicemus.

Syriace ghera litigare. contendere. Etrusce gara & guerra. ghisa latus. modus guisa. gastar guastada. phiala ὦκα auaccio.

In compositis à πους, *pes*. poëticè υ aliquando cadit. ἀελλόπους ἀέλλοπος, *velox*. ἄρτιπος, *valens pedibus*. δίπον, *bipes*. τρίπον, *tripes*. τέτραπον, *quadripes*.

Sic αὖλαξ. κος. ἄλοξ. κος, *sulcus*. βαθεῖαν ἄλοκα, *profundum sulcum*. διὰ φρενὸς καρπούμενος, *profundum sulcum in animo possident*. Æschylus ex quo ἀλοκίζω, *sulco, aro*.

Latinè παῦρον parum. παυρόν περ parumper.

Cretenses pro ἄρκευθος ἄργετος, *iuniperus*. αἰγὰρ οὖν. pro εἴθε. αἴγαρον, *vtinam enim*. Bœoti οὐ πείθομαι ὀπίττομαι. *non credo*. Hesych.

Latinè υ aliquando in α. κύων. κυνὸς canis. μυδάω madeo. κυψέλη capsa capsula. γένυς gena. τρύπανον trapano. Etrusce κύλιξ. κος calix, λύγος laqueus. Hispanicè succutere sacudir.

In O, νὺξ nox, μύλη mola.

In E, ῥυμὸς remus, ῥυμουλκῶ remulco.

In œ, λάγυνον lagœna. vt δύο, poëticè δοιοί.

Duo

Duo υυ in vnum contrahuntur, ταχὺ & ὑποπτικὸς, ταχύποπτος, *ſuſpicioſus*. Ariſtotel.

Φ f.

Craſſius & quaſi ſpumoſius pronunciandum quàm F Latinum. Quod in Fundani nomine à Græculo teſte pronunciato, qui tamen Romanus videri volebat, animaduertit ac deriſit Cicero, vt oſtendit Quintilianus.

Pœni etiam retinent hanc pronunciationem, Fone φόνος, *cædes, homicidium*. Fene φένω, hoc eſt φονεύω, *interficio, damno capite.*

B aliquando in φ, ἀμφιλαφὴς, pro ἀμφιλαβὴς, *abunde ſuppeditans, copioſus*. ςροβῶ ςρέφω, *tumultuor, verſo, exploro, torqueo, verto*. βρέμω fremo, βασκαίνω faſcino, βάσκανος faſcinator.

Punice Gibben κυφὸς gibbus, Barra foras. Etruſc. Sibilus zufolo, Bubulcus bifolco. ſic à Bubone buffone, vt σκώπτω, *cauillor, illudor, irrideo, facetijs vtor.* ἀπὸ τῶ σκώπτων. σκώψ *auis eſt ex noctuarũ genere. Pli. li. 10.*

Cõtra φ in B, σφίν ſibi, φρύγες Bruges apud priſcos.

Æolice θ abit in φ, θλίβω φλίβω, *comprimo, frango, altero, ſtringo*. ex quo φλίψεται, *teret*. Hom. θῆρες φῆρες, *feræ*. φηρσὶν ὀρεσκώοισι, *feris montanis*. Latinè feræ. Atticæ θλᾶν φλᾶν, *frangere, tundere*. ſic ψαθυρὸς, ψαφαρός, *fragilis, ſqualore obſitus.*

Latinè θύρα foris fores, θεῶ fio, ex quo ſuffio, θυμιᾶν fumare & fumus.

Iidem Æolij χ vertunt in φ, αὐχένα αὐφένα, *ceruicem, fauces, iugulum, collum*. Quod Hiſpani in multis Punicis verbis faciunt, quæ in ſuam linguam traduxerunt. Alchaiat alfaiate, ſarcinator. Alchilel alfilel calamiſtrum, Alchorg alforias, hippopera.

Sic ex ἔχις, *vipera*. factum eſt ὄφις, *ſerpens*. ex ἰσχὶς ἰσφυς, *lumbus*. κόψιχος κόψυφος, *merula*.

Latinè φ in V conſonantem, φύσκα veſica, νιφὰς nix, niuis, σφῶ vos, quaſi nifis, fos. Syriace Of auis.

Con

Contra Punice Neu νέφος nubes, Vag facies.

Pro φ ponitur aliquando aspiratio, φαύω αὔω, *ſicco, areſacio, accendo.* Vt Hiſpani pro F ſæpiſſimè addunt aſpirationem, Harina, Harto, Hedor, Hermoſo, Heruor, Hongo, Hormiga, Humo, Hurto, pro farina, fartus, fœtor, formoſus, feruor, fungus, formica, fumus, furtum. ſic φεῦ heu Latinis.

Φ in verbo φημὶ decidit, ἠμὶ, *dico.* Aor. ἦν, ἦς, ἦ, pro ἔφην ἔφης, ἔφη, *dixi, dixiſti, dixit.* Ex quo ἦν δ' ἐγὼ, *inquam ego.* & ἦ δ' ὅς, *qui dixit.* in dialogis vſitatiſſima.

Φ Latinè in F, nam Ph Latini veteres ignorabant, φύλλον folium, φρύγες fruges Ennius. ἔφυν, ἔφυς, ἔφυ, fui, fuiſti, fuit. Athenæus Februarium, ἀπὸ τῶν καταχθονίων φόβων, *à ſubterraneis timoribus.* quaſi φοβερὸν, *terribile,* ducit.

X Ĩ

Vulgo pronunciatur vt Ch Gallicum, quod exiſtit in quibuſdam verbis Etruſcis, πρόχυτη, *genus vaſis, primitiæ, aqua quæ in aurem victimæ fundebatur.* prochyta Procida inſula. χῖος ſcio, *chius.* τρίχες, *capilli.* treccie. dicitur tamen σχίζα ſcheggia, vt ſi ſcriberetur ſqeggia, *ſcheda, rima.*

Ipſe lenius pronunciandum exiſtimo, vt octauam literam Hebræorum, quod veteres oſtendũt in νῶχος, ἀχιτόφελ, πάσχα, quæ in ſua lingua ſcribuntur ea litera, quæ vocatur Heth, & duplicis aſpirationis vim habet.

Quinetiam Lah eſt Græcè λείχω, *lingo.* quod hac litera ſcribitur. & Helbana χαλβάνη, *Galbanum.* Χ in Ch, βραχίων brachium.

Latini χ in V conſonantem, cuius ſonus non multum diſſidet ab F. (Nam Galli dicunt pro Seruo *ſerf,* pro Ceruo *cerf.*) βραχὺς breuis, μαλάχη malua, quaſi brefis, malfa, qui pronunciandi mos Germanis familiaris eſt.

X initio aliquando decidit, χλιαρὸς, *tepidus.* λιαρὸς, *callidus, temperatus.* χλιαίνομαι λιαίνομαι, *tepesco, concalesco.* vt χλαῖνα læna, *uestis hyemalis, toga.* & forsitan χαμαὶ humi, quasi chumi, ex quo humus, vt è χάζω, *concedo, euito.* fit ἅζω, *colo, veneror.* secundum Eustathium. μέναιχμοι Menæhmi, Plauto. ὀχῶ, & Æol. Fοχῶ veho, χάω, *hio.* ex quo χάος, *chaos, confusio.* χάσμα, *hiatus, rictus.*

X aliquando in G, ἄγχω ango, χαλβάνη galbanum, ὄνυξ, ὄνυχος vnguis.

In C, σικχὸς siccus, ὄρχη orca, λόχος locus. nã λόχος Homero locũ insidiis accommodatum significat.

Cadit in medio, ἀράχνης araneus.

Ψ Ι

Æolij soluunt in πς, πέλοψ πέλοπς. *Pelops.* κύκλωψ κύκλωπς, *Cyclops.* quos Latini imitantur.

Iidẽ initio literas transponũt, ψέλλιον σπέλλιον, *armilla.* ψαλὶς σπάλις spilla Etrusc. ψύλλα σπύλλα pulex.

Contra coalescit è πς. ὀπίσω. syncope. apocope. & trope. ἄψ, *retro, rursus, à tergo, posthac, post, postea.*

Sic σφὲ metathesi φσέ. & Dorice ψέ. ex quo ipse. ipsa. ipsum.

Cadit initio. ψάμαθος ἄμαθος, *arena, & littus, Homero.*

Latinè vertitur aliquando in bs. ὄψον obsonium. ἄψυρτος Absyrtus. ἀψίνθιον absinthium.

Ω ΜΕΓΑ.

Quomodo esset pronunciandum, diximus in o micro.

Fit Dorice ex οε. ὁ ἐγώ. ὢ γὼ, *ego qui.* Theoc. Idyl. 2. ὁ ἐξ ὢξ, *qui ex.* ὁ ἕτερος ὥτερος, *alter.* τὸ ἔνδυμα. Attice τοὔνδυμα, *amictus.* Dorice τὤνδυμα. sic Marci pueri. Publij pueri. marcipores publipores. nam o est u breue. è duobꝰ οο. θερμοόδων θερμώδων, *nomẽ fluminis.*

Ionice & Dorice ex οα. βόαξ βῶξ, *Box, piscis.* ὁ Ἄδωνις ὤδωνις, *Adonis.* τὸ ἀμπέχονον τὠμπέχονον, *palla*

mulie

muliebris. τὸ ἄγαλμα τὤγαλμα, *statua, imago, exemplar.* & τῷ ἀγάλματι τὠγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος. τὼ 'πόλλωνος, *Apollinis.* Call. τὸ ἀπό. τὠπό, *quod* ἀ. ὁ ἄνθρωπος ὤνθρωπος, *homo.* ὁ ἄειστος ὤειστος, *optimus.* Æolice cum tenui. nam Ionice diceretur ὤειστος. vt ὁ ἄλλος ὤλλος, *alius.* Latinè coago cogo coagito cogito.

Iones etiam ex οη. βοήσω βώσω, *clamabo.* νοήσω νώσω, *intelligam.* ἐννοησάμενος ἐννωσάμενος, *recordatus, meditatus.* νοήθητι νώθητι, *cogita.* βοηθεῖν βωθεῖν, *iuuare.* τὸ ἥμισυ τωμισὺ, *dimidiũ.* ὀγδοήκοντα ὀγδώκοντα octoginta.

Sic è νη priuante particula & ὀδοὺς, *Dens.* νηοδὸς νωδός, *edentulus.* νη & ὄνομα. νηόνυμος νώνυμος, *obscurus, ignobilis.*

Poëtæ in circunflexis secundæ mutant α in ω. ἡβάω ἡβώω, *pubesco.* εἴθ' ὡς ἡβώοιμι, *vtinã sic pubescerem.* δράω δρώω, *facio.* ζάω ζώω, *viuo.* μνοινάω μνοινώω, *Gestio, destino, propono.*

Bœotice, vt docẽt Grammatici. ἀρχόμενος ὠρχμενος, *incipiens.* ἄειστος ὤειστος, *optimus.* Latine ἀρῶ & ἀρῶμαι oro.

Punice Ba βῶ. ex quo βαίνω, *eo.* Qittan cottone.

In grauitonis poëtice vertitur ε in ω & fiunt circunflexa secundæ. τρέπω τρωπάω ῶ, *verto.* νέμω νωμάω ῶ, *diuido.* στρέφω στρωφάω ῶ, *verto.* τρέχω τρωχάω ῶ, *curro.*

Sic πλέω πλώω, *nauigo.* sed grauitonum. & ῥέω secundum quosdam ῥώω, *fluo.*

Η in ω propter sonum pleniorem. πτήσσω πτώσσω, *formido.* ψήχω ψώχω, *rado, stringo, permulceo.* ῥήγνυμι, *frango.* ἔρρωγα, *fractus, ruptus.* ῥωγαλέος, *riminosus, lacer.* ῥωχμός, *rima, hiatus.* συνοχέω συνώχηκα. συνωχηκώς. συνώχωκα, *simul vectus.* κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε, *curui, in pectus compressi.* οἴχω οἰχήσω ᾤχηκα & ᾤχωκα, *recedo, recedam, recessi.* μεμέληκε vel μεμόληκε μέμβλωκε, cum epenthesi β, *venit, profectus est, iuit.* παρμέμβλωκεν. Ιλ. δ. *presto fuit.* quidam addunt πέπλωκα, à

πεδῶ, *ligo, vincio.* πεπέδηκα, syncope & trope πέπτωκα, *cecidi.*

Sic μαιῆτις Ion. μαιῶτις, *Mæotis palus.* communiter, ἀρηγὸς ἀρωγός, *defensor, vindex.* Latine πρηνὴς pronus, ἢν io.

Attici in nominibus tertiæ mutant ο in ω, & α purum in ε, λαὸς λεὼς, *populus.* ναὸς νεὼς, *templum.* κάλος κάλως, *rudens, funis quo velum trahitur.* Non mutant tonum nisi in duobus, λαγὸς λαγῶς, *lepus.* ὄρφος ὀρφῶς, *cernua piscis, orphus.* quidam addunt ταῶς, *pauo.* Athen. scribendum dicit λαγώς ὀρφώς.

Sic δοτὴρ δωτὴρ, *dator.* θεοὶ δωτῆρες ἐάων, *Dij datores bonorum.* πότης πώτης, *potor, potator.* πόμα πῶμα, *potus.* Nicander, ἔκπωμα communiter, *cyathus, poculum.*

Poëtæ in verbis tertiæ contractorum mutant ο in ω, δόω δώω, δώομεν, *do, damus.* Ιλ. η. χόω χώω, *facio irasci, peruium reddo, molesto.* σόω σώω, *seruo, abscondo.* ex quo fit σώζω, *libero, custodio.* vt μύω μύζω, *claudo, occulto, nicto.* Latini μόρα mora, *fructus.*

Dorienses ο in ω, ὄρος ὦρος, *mons.* κόρος κῶρος, *filius, puer.* πολύπους πώλυπος, *polypus.* πολέομαι πωλέομαι, *reseco.* πωλεύμενοι. Οδ. β. γόνατα γώνατα, *genua.*

Huc pertinet δόμα δῶμα, *domus.* Διόνυσος Διώνυσος, *Dionysius.*

Ionice δεῦρο δεῦρω, *huc.* Æolice ὅσσα ὤσσα, *quæ.* ὅμοιος ὤμοιος, *similis.* vt supra ὕμοιος, vt alia sit natio.

Quædam in compositione ο mutant in ω, ὄνυξ, *vnguis.* πολυώνυξ, *vnguibus numerosus.* ἐξώνυξ, *vnguibus carens.* ὀρύσσω, *fodio, obruo.* διώρυξ, *fossa per muros.* κατώρυξ, *defossus altius.* τυμβωρύχος, *spoliator mortuorũ.* φρεωρύχος, *fossor puteorum.* τοιχωρύχος, *fur nocturnus, effractor parietis.* at τυμβορύχης, φρεορύχης, τοιχορύχης, quia sequitur syllaba positione longa. ὄνομα, *nomẽ.* ἐπώνυμος, *gentilis, eiusdẽ nominis.* ἀνώνυμος, *sine nomine.* πολυώνυμος, *multis nominibus vocatus.* secundum ο in υ. ὄρος, *mons.* ἀκρώρεια, *iugum montis.* ὀβολός, *obolus.*

τριω

τριώβολον, *tres oboli.* ὀβελός *veru.* πεμπώβολον, *veru quinquepartitum.* ὄλλω, *pereo.* ἀπώλεια, *perditio, abolitio.* ἐξώλης, *perditus, exitiosus.* ὀμνῦ, *iuro.* ἀπώμοτον, *vetitum, abiuratum.* ὁρκώμοτος, *quod iureiurando pollicemur.* ἀντωμοσία, *iusiurandum de calumnia ex parte rei: vt* διωμοσία *ex parte actoris.* ὀφθαλμός, *oculus.* ἐπώφθαλμον, *inoculatum.* στοὰ, *porticus.* πρόστῳον, *vestibulum.* στωϊκός, *Stoicus.* ὀδύνη, *dolor, cruciatus.* ἐπώδυνος, *dolorē inferens.* ὄροφος, *culmen tectorum.* διώροφος, *habens duo culmina, vel tabulata.* τριώροφος, *habens tres contignationes*: cum breuis syllaba antecedit, alioqui χρυσόροφος, *domus lacunaribus aureis.* ὑψόροφος, *excelsus.* αὐτόροφος, *seipsum contegens per o micron.*

Sic ὄλεθρος, *strages, cædes.* ἀνώλεθρος, *expers interitus, immortalis.* ἐπώλεθρος, *exitio proximus.* at ψυχόλεθρος, *pernicies animarum.* ἀνθρωπολέθρος, *homicida.* γηροβοσκός, *senum nutritor.* γηροκόμος, *senum curator.* sequentibus duabus consonantibus, γηροκτόνος, *senum interfector.* γηροτρόφος, *senum nutritor.* στόμα, *os.* diminut. στωμύλος, *multiloquus, facundus, dicax, facetus.*

ΑΥ Dorice in ω, αὖλαξ ὦλαξ, αὔλακα ὦλκα, *sulcus, sulcum.*

Ionice τραῦμα τρῶμα, *vulnus.* Latinè Plaustrum plostrum, Claudius Clodius, Punice Baucal βαύκαλις, *vas ad refrigerandum.* boccale, τραῦλος *balbus.* apud nos troglio, Claustrū chiostro, Audio odo.

Sic ου Ionice & Dorice in ω: οὐκοῦν ὦν, *igitur certè.* γοῦν γῶν, *quidem, quippe.* βοῦν βῶν, *bouem.* βουσὶ βωσὶ, *bobus.* σάου σάω, *serua.* Dorice οὐρανὸς ὠρανὸς, *cœlum.* δοῦλος δῶλος, *seruus.* βουλὴ βωλὰ, *consilium.* λουτρὸν λωτρὸν, *balneum, lauacrum.* λουτροχόος λωτροχόος, *Balneator.* μοῦσα μῶσα, *Musa.* λιποῦσα λιπῶσα, *quæ relinquit.* ὁρῶσα ὁρῶσα, *quæ videt.* λαλοῦσα λαλῶσα, *quæ loquitur.* sic δυώδεκα, metathesi δούδεκα δώδεκα, *duodecim.*

Attici veteres aliquādo ω interponūt, ἀφεῖκα ἀφέωκα, διῄρημαι, *diuisi, diuisus sum.* εἶθα εἴωθα & ἔωθα, *consue…*

Ω ſyncope aliquando tollitur, ὀπίσωθεν ὄπιθεν, *retro, ponè.* προσώθεν πρόσθεν, *elonginquo, coram.* πρώιω πρῳὼ, & Dorice πρᾶν, *paulo ante.*

Et poëticè ἑκατέρωθεν ἑκάτερθεν, *vtrinque.* κυνώτερον κύντερον, *impudentius.*

Latinè κορώνη cornix, X additur vt μήτρα matrix, ἀλώπηξ vulpes. nam Æolice additur digamma, Ϝαλώπαξ.

Ω in v, φῶρ, ϕὸς fur. Syriace Mot muto moueo.

De Diphthongis.

E diphthongis duæ recte pronunciantur, αυ au, ευ eu, vt apud Latinos audio, Eurus.

Reliquæ perperam: nam vulgo inter αι & ε: ει, οι, η, υι, ι, υ, nullum diſcrimen exiſtit. Quod omnino abſurdum eſt. Nos coniecturas & rationes noſtras natiuæ pronunciationis quibus nitamur in medium proferemus. Dionyſius enim de his nihil omnino ſcribit, cùm ſingulas literas diligenter ſit perſecutus.

Αι, Latinè Æ.

Pronuncianda, vt ai raptim, vt qui eiulat. Theocrit. Id. τ. νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον αἶ αἶ, *nunc hiacynthe profer tuas litteras, & amplius heu, heu.* Quæ eſt vox eiulantis, atque eadem prima Αἴαντος ſyllaba, quam hyacinthi foliis inſculptam fuiſſe poëtæ fabulantur. Eſt præterea particula apud Pœnos male ominantis & minantis, Vai, Græcis οὐαὶ, Etruſcis guai, *Væh.*

Cum itaque ſoni naturales, vt lugentium, ridentium, ſuſpirantium nunquam varientur, quis non videat pronunciandum ai, quæ vox lamentationi aptiſſima eſt, à neminéque nõ agnoſcitur?

Quinetiam Καῖσαρ, *Cæſar.* in vetuſtiſſimis Arabum libris ſcribitur Caiſar, atque hoc modo ab omnibus pronunciatur, vt Latinè Αἴας Aiax, Μαῖα Maia. Poſtremo Quintilian. docet Græcos αι

ſem

ſemper pronunciare per a & i.

Hoc recepto, quod meo quidem iudicio infirmari non poteſt, facile erit in aliis rationem reperire. tametſi, πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι, *multi ſunt in Arcadia homines qui glandibus veſcuntur.* Quod præſertim inuentis frugibus nõ humanum eſt, ſed ſuillum. Hæc tamen dicimus, non vt è vulgi ore hunc morem deprauatũ extorqueamus (facilius enim Herculi clauam) ſed vt ingenioſis veram rationem, ſi poſſit fieri, oſtendamus.

Ει itaque, eſt ei cito expreſſum, θεῖος theios, *diuinus, item patruus.* εἶα eia.

Οι oi, vt hoi Hebræorum, οἴμοι, *hei mihi.* oime Etruſ. Τροία Troia, biſyllabum vtrunque, vt Troia gaza, triſyllabum.

Ου vt *ou* Gallicum, οὗτος houtos, *hic.*

Omnes diphthongi aliqua interiectione exprimi poſſunt, αι ai eiulantis, αυ hau, ει hei, ευ heu, οι oi Etruſce, vt ου ou.

Fit ex αϊ, πάϊς παῖς, *puer.* Sic apud Varr. Phaëton Phæton, ſed duriuſcule. errant qui putant à Virgil. æripedem pro aëripide ſcribi, cùm expreſſerit χαλκόποδα, *æripidem.*

Η Ionice & poëtice in fine nominum quorundam mutatur in αι, addito etiam α, νίκη νικαία, *victoria.* ἀλκὴ ἀλκαία, *ſubſidium, vires, robur.* ἀκτὴ ἀκταία, *ora maritima, littoralis.* προνομὴ, *pabulum, paſcua.* προνομαία, *proboſcis elephanti.* εὐνὴ, *lectus.* εὐναία, *ſtrata lecti.* φώκη, *vitulus marinus, phoca.* φωκαία, *ciuitas Ioniæ.* σελήνη σεληναία, *luna.* καλάμη καλαμαία, *calamus, ſtipula & locuſtæ genus in ſtipulis naſcentis.* vel η, ἀρχὴ ἀρχαίη, *initium, principium item magiſtratus.* ἀνάγκη ἀναγκαίη, *neceſſitas, fatum.* Ἀθήνη Ἀθηναίη, *Minerua.* γαλήνη γαληναίη, *tranquillitas.*

Æolice μιμνήσκω μιμναίσκω, *commemoro.* θνήσκω θναίσκω, *morior.* ἡμίονος αἰμίονος, *ſemiaſinus, mulus*

Ησίοδος Αἰσίοδος, *Hesiodus.* νὴ ναί, *na, sanè, ita.* vt poëtice χρησιμῶ χραισμῶ, *iuuo, auxilior, prosum.*

Attici in verbis poëticis αει contrahunt in αι, φαείνω φαίνω, *claro, declaro, ostendo, indico, accuso, reum ago.* ἀείρω αἴρω, *tollo.* ἀεικίζω αἰκίζω, *contumelia afficio, crucio.* sic Hom. ἀείρας αἴρας, *tollens.* sic Δηάειρα Δαῖρα, *Proserpina.*

Dorienses in penultima verborum, ει in αι, φθείρω φθαίρω, *corrumpo, vexo, infesto, perdo.* κτείνω κταίνω, *occido.* Sic εἶκε αἶκα, *sicuti.* εἴθε αἴθε, *vtinam.* κύπειρον κύπαιρον, *iuncus quadratus, cyperus.* Cretes ὄνειρος ὤναιρος, ο in α, *somnium.* βλητὴ βλαιτὴ Laconice, *attonitus.* Æoles φησὶ φαισί, *dicunt.* Latini σκηνὴ scæna. sic forte εἰκὸς æquus Latinè, ex quo ἐπιείκεια æquitas.

Additur in hoc verbo, κραίνω κραιαίνω, *perago, exequor, perficio, adsum, impleo, præsum, impero.*

Cadit, αἰγυπιὸς γὺψ, γυπός, *vultur.* vt Etrusce, Æramen rame, Ærugo ruggine.

Diuiditur propter metrũ, δαΐς δαΐς, *conuiuiũ ingeniosè exstructũ.* Latini aulaï, aquaï, terraï, frugiferaï.

Eliditur, ὅσαι ἡμέραι, *quot dies.* ὁσημέραι, *quotidie, semper.* βούλομαι ἐγώ, *volo ego.*

Fit Attice ex α articuli, & iota nominis, τὰ ἱμάτια θαμάτια, *vestimenta.*

Αι aliquãdo in E breue, ἔλαιον oleum, ἐλαία olea, βεβαιῶ vouco. & in I breue. βασκαίνω fascino.

A Υ.

Fit ex αε, ἀέξω αὔξω, *augeo, intendo, amplifico.* & soluitur. αὐσταλέος ἀϋσταλέος, *squalidus.* εἶκεν ἀϋσταλέος, *si vtique macie confectus.* Od. τ. contra ἀΐω αὔειν. Ιλ. λ. pro ἤϋε, *clamo, inclamo, dico, exuro, diffundo.* mutatur aliquando α in η, γραῦς γρηῦς, *anus, vetula. pellicula in lacte concreto.*

E I.

Fit è duobus εε, vt Δημοσθένεες Δημοσθένεις, ποίεε ποίει, *fac.*

Fœmi

Fœminina in η, Ionice producuntur aliquando in εια, Πηνελόπη Penelope, Πηνελόπεια Penelopea. κολώνη κολώνεια, *collis, columna, mons.* ἐρήμη ἐρήμεια, *solitaria.*

Æolij η in ει, Πηλεὺς Πείλευς, *Peleus.* Νηρεὺς Νείρευς, *Nereus.* πένης πένεις, *pauper.* paroxytona. Attici κηρύλος κείρυλος, *carylus auis: halcionum mas.*

Bœoti, vt docet Heraclides, nunquam vtuntur η in sua natura, sed mutant in ει, τίθημι τίθειμι, *pono.* κίρνημι κίρνειμι, *misceo.* ἵστημι ἵστειμι, *sto.* ἠμὶ & ἦμι, εἰμὶ, *sum.* & εἶμι, *eo.* τέθηκα τέθεικα, *posui.* Quæ tria in communem vsum peruenerunt ἥρωες εἵρωες, *herois.*

Prisci Attici οι in ει, δυοῖν δυεῖν, *duarum.* Thucyd. ποῖος πεῖος, *qualis.* οἴκοι οἴκει, *domi.* Eust. In vno ευ in ει, ἐλεύθω, *venio.* εἰλείθυια, pro ἐλεύθεια, *Lucina.*

Nomina composita ab ἦθος, *domicilium, natale solum, sedes, item vultus, mos, indoles.* κέρδος, *lucrum.* παθεῖν, *pati.* μαθεῖν, *discere.* in penultima habent ει, cum tono in tertia à fine. Et eadem ι tantum cum acuto in penultima, ἀήθεια, ἀηθία, *nouitas insolentia.* φιλοκέρδεια φιλοκερδία, *cupiditas lucri, auaritia.* εὐπάθεια εὐπαθία, *bona corporis habitudo, oblectatio, voluptas.* εὐμάθεια εὐμαθία, *docilitas, acumē ingenij.* & alia pauca. ὠφέλεια ὠφελία, *vtilitas, profectus, emolumentū.* εὐμάρεια εὐμαρία, *facilitas, procliuitas, clementia.* εὐφυΐα εὐφύεια, *bona indoles, ingenij dexteritas.* Alexis, εὐτυχία εὐτύχεια, *bona fortuna.* Soph. In omnibus vsitatius est ι. vt ἀμαθία, *ignorantia, imperitia.* οἰκωφελία, *priuata frugalitas.* κοινωφελία, *publica vtilitas.* cum ι tantum.

Quæ ducuntur à mascu. in ης, vt præcipit Theodorus, in εια proparoxytona, εὐγενὴς, *generosus.* εὐγένεια, ἀσθενὴς, *infirmus, infirmitas.* ἀσθένεια.

Ionice autem cum iota paroxytona, εὐγενία. ἀσθενία.

Nomina quæ ducūtur à verbis in ευω, in penul. habēt ει, δουλεύω, *inseruio.* δουλεία, *seruitus.* πρεσβεύω, le-

gationem obeo. πρεσβεία, *legatio.* excipiũtur προεδρεύω, *gero magiſtratum.* προεδρεία, *prima ſedes.* προσεδρεία, *perſeuerantia.* συμβουλεύω, *ſuadeo, conſilium do.* συμβουλία, *conſultatio, cõſilium.* παρθενεύω, *Virginitatem ſeruo.* παρθενία, *Virginitas.* ἀσωτεύω, *luxu diffluo.* ἀσωτία, *luxuria, ſuperfluitas, laſciuia.* ἡγεμονεύω, *impero, principatum teneo.* ἡγεμονία, *imperium.* φιλανθρωπεύω, *beneuolentia proſequor.* φιλανθρωπία, *humanitas.* quæ habent ι,

Quæ ducuntur à præſentibus, μήδω, *ſuadeo.* Μήδεια, *Medea.* θέρω, *calefacio, comburo.* θέρεια, *æſtas.* Quæ veniunt à maſcul. in ηρ, σωτὴρ σώτειρα, *ſeruator, ſeruatrix.* πίηρ πίειρα, *opimus, opima, fœlix.* ἀνὴρ, *vir.* δηϊάνειρα, *Deianira, quaſi virago.*

Et quæ exeunt in ρος proparoxytona verbalia, μάττω, *pinſo, ſubigo.* μάγειρος, *coquus.* πέττω, *coquo, maturo, mollio.* πέπειρος, *maturus.* Poſſeſſiua & ſimilia poſſeſſiuorum, οἶκος, *domus.* οἰκεῖος, *domeſticus.* ἀνὴρ, *vir.* ἀνδρεῖος, *virilis.* θεός, *Deus.* θεῖος, *Diuinus.* ἄνθρωπος, *homo.* ἀνθρώπειος, *humanus.* Ἀριστοτέλης ἀριστοτέλειος, *Ariſtoteles, Ariſtoteleus.*

Aduerbia multa in ει deſinunt, cum antecedit pura vocalis, vel θ, λ, μ, ξ, χ, ψ, αὐτοβοεὶ, *ſtatim ſublato clamore.* ἀμοχθεὶ, *ſine labore.* ἀσυλεὶ, *tutò.* πανδημεὶ, *paſſim, vulgo.* αὐτολεξεὶ, *ad verbum.* ἀμαχεὶ, *ſine pugna.* αὐτοψεὶ, *ipſo aſpectu.* prçter ἀνυστὶ, *abſolucẽdo.* πρωὶ, *mane.* ἀνωνυμὶ, *ſine nomine.* cũ ι. ſi alia litera præcat, ι. prçter ἀθαμβεὶ, *intrepide.* ἀκηρυκτεὶ, *ſine præcone.* ἀναφανδεὶ, *aperte.* ἀπονητεὶ, *negligẽter.* πανθοινεὶ, *per omne conuiuiũ.*

Attici aliquando εο contrahunt in ει, πλέον πλεῖν, *plus.* δέον δεῖν, *oportere, neceſſe.*

Ει Poëtice aliquando abundat, ἑξῆς ἑξείης, *deinde, ordine, gradatim.* ᾔδει ἠείδει, vel ſoluta diphthongo additur ε, ᾔδει ᾔδει, & ἠείδη, *nouerat.*

Attice in quibuſdam verbis eliditur, ὀφείλω ὀφλω, *debeo.* ἐγείρω ἔγρω, *excito, ſuſcito, incendo.* ἀγείρω ἄγρω, *congrego.*

Diui

Diuiditur, εἴκω εἴσκω ἐΐσκω, ἐΐκτην dualis pro εἰκάτην, assimilor, assimilabatur.

Ionice ε mutatur in η, ἀγγεῖον ἀγγήϊον, receptaculum. κλεὶς κληΐς, clauis.

Ει Latinè in I longũ, Θάλεια Thalia, Δαρεῖος Darius, λείβω libo, δείκω dico. Nam nihil aliud est dicere, quàm ostendere animi sententiam.

Et veteres Latini I longum scribebant ei, vt capteiuei, puerei, mendacei. In E breue, πειρῶ vel πειρῶμαι perior ex quo experior.

In E longũ, Ἀλεξάνδρεια, Alexãdrea supplex. Hor.

ΕΥ.

Ου Æolicè & Doricè in ευ, ποιούμενος ποιεύμενος, faciens. ἀκούμενος ἀκεύμενος, audiens. δέκου δέκευ, accipe, expecta. Ionice, ἔρεβος ἐρέβους ἐρέβευς, Erebus, Erebi, tenebræ, barathrũ. ἐμοῦ ἐμεῦ, mei. σοῦ σεῦ, tui. οὗ εὗ, sui. Ιλ. ω. ὅτε οὗτε εὖτε, cum, dum.

Ex εο fit ευ, θεὸς θεῦς, θεὸν θευῦ, Deus, Deũ. ἐκχέοντα ἐκχευῦτα, effundentem. πλέονες πλεῦνες, plures. πλέονος πλεῦνος, pluris. πλέον πλεῦν, plus. ἀξιοῦμαι ἀξιεῦμαι, dignũ cẽseo. δικαιοῦμαι δικαιεῦμαι, mulctor. ἐδικαίευ, mulctabaris. ἐξανδραποδιεῦνται, Ionice, dirimẽt, captiuos diuendent.

Ω in ευ Dor. ἠγάπων ἠγάπευν, amabam. sed rarò, ἐπλώμενος ἐπλεύμενος, assutus. Theoc. θεώμενος θεύμενος, contemplans. Herod. Diuiditur, εὖς, ἐὺς, bonus, formosus. παῖς, puer. Ἀγχίσεω, Anchisæ. & ἠὺς ἠέος, & hyperthesi ἠῆος, boni, formosi.

Vertitur aliquando in I breue, πεύκη picca.

Οι Latinè œ.

Contrahitur ex ο & ι, οἶς, φθοῖς, Attice οἶς, ouis. φθοῖς, placentæ genus. τὸ ἱμάτιον θοιμάτιον, vestimentũ. Et aliquando diuiditur, οἴω, ex quo οἴομαι, ὀΐω & ὀΐομαι, puto, existimo. κοῖλον κόϊλον, palpebra inferior. Æolice. χροία χροΐα, color. Callim.

Ω à Bœotis vertitur in οι, ἡρῷος ἡροῖος, Heroïcus. αἰδοῖος αἰδοῖος, venerabilis, castus. ἠῷος ἠοῖος, Eous, matuti

nus. πατρῷος πατρῶιος, *patrius.* γελοῖος γελοῖος, *scurra.* quæ tamen Attici recipiunt. ſic Latinè κωμῳδία comœdia, τραγῳδία tragœdia.

Æoles verò ει in οι conuertunt, ὄνειρος ὄνοιρος, *ſomnium.* Et ου in accuſatiuo plur. τοὺς ἵππους τοὶς ἵπποις, *equos.* Sed potius videtur antiptoſis. Et in inſin. tertiæ cõtract. ὑψοῦν ὕψοις, *tollere.* χρυσοῦν χρύσοις, *inaurare.* paroxytonè. Cretẽſes αὐτοῦ αὐτοῖ, *illic, ibi.*

Syracuſani mutant ω in aduerbiis in οι, ἀρμῶ ἀρμοῖ, *semper.* ἔξω ἐξοῖ, *extra.* ἐνταυτῷ ἐνταυτοῖ, & trope ἐνταυθοῖ, *hic, ibidem.*

Quæ ducuntur à nominib. in ος, habent ſæpe οι inflexum, ἄλλος ἀλλοῖος, *alius.* ὁμὸς ὁμοῖος, *ſimilis.* ἕτερος ἑτεροῖος, *alius, diuerſus, diſſimilis.* πᾶς, παντὸς παντοῖος.

Et quæ à nominibus in ους, νοῦς, *mens.* εὔνοια, *fauor, beneuolentia.* βοῦς, *bos.* εὔβοια, *Euboea inſula.* πλοῦς, *nauigatio.* εὔπλοια, *bona nauigatio.*

Οι abundat ſemel apud Homerũ in ἠοῖοι datiuo, ἠώς, ἠόος ἠοῦς, ἠοῖ ἠοῖ, addito οι ἠοῖοι· πρωῒ δ᾽ ὑπ᾽ ἠοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες, Ιλ. ς. *mane vero ſub aurorã armati.*

ΟΥ.

Fit ex οε Attice, & οο, & εο, λοέω λούω, *lauo.* τὸ ἔργον τοὔργον, *opus.* προέλεγον προὔλεγον, *prædicebam.* προέστη προὔστη, *præfuit.* τὸ ὄνομα τοὔνομα, *nomen.* ποιέομεν ποιοῦμεν, *facimus.*

Craſi ex οι υ. ἐμοὶ ὑποδυών ἐμοὐποδυών, *mihi ſubijt.* ευ in ου. ἀπηύρας ἀπούρας ſyncope. *qui abſtulit, eripuit.* Ιλ. α. vt Latinè Claudo cludo. Cauſa excuſo. accuſo. Et σπεύδω, *feſtino, accedo, incubo.* σπουδή, *ſtudiũ.*

Fit etiam craſi ex οι ε Ariſtoph. Veſp. ἔπειτα τούτοις τοῖς προβάτοισι μοὐδόκει. pro μοι ἐδόκει, *his ouibus mihi videbatur.*

Cæteræ diphthongi mutatione factæ ſunt. atque idcirco vocantur impropriæ.

ᾳ.

Fit ex αι in cõtractis. βοάει βοᾷ, *clamat.* Non tamẽ in

in infinitiuo. βοάειν βοᾶν, sed βοᾶν, clamare. καὶ ἂν κἄν, etsi. Nam vt docent Grammatici, ante ν nihil esse debet μὴ ἐκφωνούμενον, id est non sonans, seu quiescẽs. Tametsi Gaza vult diphthõgos in omnibus infin. βοᾷν, clamare. πεινῆν, esurire. διψῆν, sitire. præter ζῶν, viuere. In ᾳ autem. ῃ. ῳ iota vocatur μὴ ἐκφωνούμενον, quòd non pronuncietur.

Poëtæ ἀείδω oratores ᾄδω, cano.

Æolij verò iota non subscribunt, sed adscribunt separatim. βοάϊς. βοάϊ, clamat.

Poëtæ δαΐδες. δαΐδων ὑπολαμπομένων, tædis sublucentibus. oratores δᾷδες. sic ἀΐσσω ᾄσσω. & Attice ᾄττω, irruo, me impello, me moueo. ἀΐδης ᾅδης, Orcus.

Fit crasi ex η αι. ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ. ἐν τᾀθιοπίᾳ, in Æthiopia.

ᾳ Ionice in ηϊ. ῥᾴδιον. ῥηΐδιον. Θρᾷξ Θρηΐξ. Θρήϊκες ἀκρόκομοι, Thraces summas comas habentes moderate comptas. Θρᾷσσα Θρήϊσσα. Threissa fatigat Harpalice. Virgilius.

η.

Fit ex αι in incrementis. αἴρω. ἦρον, tollo, tollebam. Non tamen ἦρκα. ἦρα in quibus multi falluntur. Fiunt enim à futuro in quo nõ est ι. αἴρω. ἀρῶ ἦρκα ἦρα. Quod ostendit participium ἄρας ἄραντος, qui sustulit. alioqui rediret αι. vt αἰτῶ. ᾔτηκα αἰτήσας, peto, petiui, qui petijt. quia etiam in futuro seruatur ι. αἰτήσω. sic φαίνω. φανῶ. πέφηνα. ἔφηνα sine iota, appareo, apparebo, apparui.

Attici in tertia declinatione contract. ει in η. ἱππεῖς ἱππῆς, equites. βασιλεῖς βασιλῆς, reges.

Ex ηϊ. Νηρηΐδες Νηρῇδες, Nereides. crasi. ἠϊὼν ᾐὼν, littus. Θρήϊσσα Θρῇσσα. Me nunc Thressa Chloe regit. Horat.

Iones in datiuo plural. primę & secundæ αι in η. quod diserte Eustathius & Zetes præcipiũt, λῃσταῖς λῃστῇσι, latronibus. μούσαις μούσῃσι, Musis. Quod Attici in aduerbiis receperunt. Θύρασι. Ἀθήνησι. pro

Θήβαις ἐν Ἀθήναις, *Athenis*, *Thebis*.

Homerus hoc facit suauitatis causa. κραιαίνω. κραιανῶ. κραίαινον. imper. κρήηνον. Ιλ.α. κρῆνον, *perficio, perficiam, perficiebam, perfice*. Οδ.υ. à κραίνω. Sic καίω. ἔκηον, *uro, urebam*. Οδ.ι. μαίων μήων. μαιονία μηονίη, *viduus, vidua*.

Diuiditur aliquando poëtice. κληδών κληϊδών, *fama, sors, vocatio*.

Priscianus ait ει ab Æolibus in η verti. Δημοσθένει Δημοσθένη, *Demostheni*. εἶπον ἦπον, *dixi*. Vt ab Atticis, vel Ionibus. μεῖον μῆον, *minus*. πλεῖον πλῆον, *plus*. quod nunquam memini me legisse.

ῳ.

Fit ex αοι. βοάοιμι βοῷμι, *clamarem*. ἀοιδὴ ᾠδὴ, *Ode, carmen*. ἀοιδὸς ᾠδὸς, *cantor*. & ex αι καὶ οἶνος κῷνος, *& vinum*. καὶ ὁ χῷ, *& qui*.

Et ex οι α Ionice. οἱ ἄνθρωποι ὤνθρωποι, *homines*. & Dor. ex οι αι, οἱ αἰπόλοι ᾡπόλοι, *Caprarij*.

Ex ω οι, ἐγὼ οἶμαι ἐγῷμαι, *ego puto*. ἐγὼ οἶδα ἐγῷδα, *ego noui*. Attice.

Ex ωϊ. ἡρωΐναι ἡρῷναι Aristoph. *Heroïna, semidea*. Ἡρωΐδης Ἡρῴδης, *Heroïdes*. ὑπερώϊον ὑπερῷον, *cœnaculum, superior contignatio*. λώϊον λῷον, *melius*. πατρώϊον πατρῷον, *paternus*.

In incrementis verborum ex οι οἰκτείρω ᾤκτειρον, *misereor, lugeo*.

Homerus aliquando resoluit. πᾶσαι δ᾽ ὠΐγνυντο πύλαι, *omnes aperiebantur portæ*. Ιλ.θ. pro ᾤγνυντο ab οἴγνυμι, *aperio*. sic ὤϊξε. Ιλ.ω. pro ᾦξε vel ἔῳξε, *aperuit*.

Attice ex οι κλοιὸς κλῳός, *genus supplicij*.

Æolij in datiuo eximunt ι. τῷ σοφῷ τῶ σοφῶ, *sapienti*. vt Grammatici tradunt.

ΗΥ.

Reperitur ferè tantum in incrementis. εὔχομαι, *iacto, opto, oro*. ηὐχόμην. εὕδω, *dormio*. ηὗδον, *dormiebam*.

Contrahitur Dorice ex αι ᾳ. καὶ εὖ κῆυ, *& bene*.

Theo

Theocr. κἤνυμὸυ τὰ γλαύκας ἀγκρούομαι, *& quidem bene carminis Glauces præludium facio.* & ex η δ. ἐὰν δὲ μὴ ὕρω. Ariſtophan. pro μὴ εὕρω, *ſi non inuenero.*

υ.

Nunquam ſcribitur niſi ſequente vocali, idque ferme in penultima μυῖα ἅρπυια, *Muſca. Harpyia.*

Propriè in partic. fœm. actiui & medij paracimeni, τετυφυῖα τετυπυῖα, *quæ verberauit.*

In verbis raro. ὀπυίω ὤπυιον, *vxorem ducebam.* Cæteris temporibus caret. & errant qui ea formant, vt Gaza qui format ζδυγνύμλω. Cum. vt diximus ante conſonantem non ſcribatur.

Pronunciatur vt ui in Cui monoſyllabo. vt docet Terentianus.

Ωυ. ou.

Propria eſt Ionum, qui ο αυ contrahunt in ωυ, ὁ αὐτὸς ὡυτὸς, *ipſum.* τὸ αὐτὸ τὠυτὸ, *idipſum.* quod fit quoties duæ voces coëunt. Cum vnũ eſt verbum, diuiditur, vt Euſtathius docet, θαυμάσιος θωϋμάσιος, *mirabilis.* ἑαυτοῦ ἑωϋτέω, *ſuiipſius.*

De Syllabis quibuſdam.

Syllabæ quædam ſic aliis particulis affiguntur, vt nunquam ſeparatæ cernantur. De quibus pauca dicere, vt earum vis intelligatur, à re non erit credo, alienum.

Quædam ſunt, quæ initio affixæ ſignificationem augent & inſigniorem faciunt, idque tantum apud poëtas.

Ερι, ἐρίτιμος, *honorificus.* ἐρίγδουπος, *ſonorus.* ἐριστάφυλος, *vinum ex generoſa vua expreſſum.* Phauorino. Αρι, ἀρίδηλος, *manifeſtus.* ἀρίγνωτος, *valde notus.* ἀριδείκετος, *inclytus.* Ζα, ζάπλουτος, *valde diues.* ζαχρειὴς, *valde vtilis.* ζαμενής, *robuſtus.* Βρι, βριήπυος, *late ſonãs.* βριαχος, *clamoſus.* βριάρεως, *Gigas quidam.* Δα, δαφοινὸς, *valde rubicundus, cruentus.* à φόνος, *cædes.* Βου, βουπάις, *adultior.* βούπεινα, *inmodica fames.* βούλιμος, *ingen*

ſum

fames. βέπαις, *grandis puer.* Ἀγα, ἀγακλυτὸς, *per nobilis.* Ἀγαμέμνων, *Agamemnon.* ἀγάζηλος, *inuidus.* ἀγακλεὴς, *perccelebris.* ab ἄγαν, *valde, nimis, anxie.* vt ἀγάννιφος, *valde niuosus.* ἱππο apud medicos, ἱπποσέλινον, *pullum, olus, Columellæ.* ἱππομάραθον, *fœniculum syluestre.* ἱππολάπαθον, *hippolapathum.*

Duæ negant, νε, νη.

Νέποδες, *sine pedibus.* ἤγουν οἱ ἄποδες ἰχθύες, *pedibus carentes pisces.* vt Latinè nefandus, nefastus, neuter, nequeo. νήποινος, *impunis.* à ποινὴ, *pœna, vindicta.* νήπλεκτος, *non plicatus.* à πλέκω, *plico, texo.* νηπειθὲς, *tristitia carens.* à πένθος, *tristitia, dolor.*

Contrahitur sequente vocali: νη & ὄνομα, *nomen.* νώνυμος, *obscurus.* νη & ὀδοὺς, *dens.* νωδὸς, *edentulus.* νε & ἀριθμὸς, νήριθμος, *innumerabilis.* νε ἐσθίω, *comedo.* νῆστις, *ieiunus.* νε ἄνεμος, *ventus.* νήνεμος, *tranquillus.* νηνεμία, *tranquillitas.* νε ἔλεος, *misericordia.* νηλὴς, *immisericors.* vt Latinè ne volo nolo. ne vllus nullus. ne homo nemo. cadit aspiratio. vt præhibeo præbeo. Sic νε ἁμαρτῶ, *pecco.* νημερτὴς, *inerrabilis, verus.* ἀκεστὸς, *medicabilis.* νήκεστος, *insanabilis.*

Lacones vtuntur in suis compositis particula ἄδα ab ἄδην, *satis, abunde.* quæ auget. αὔρα, *aura ventus lenior.* ἀδαύρα *aura & flatus vehemens.* αὖον, *siccum aridum.* ἀδδαυον, *aridissimum.* ἄζαν. id est, ἔβλαψαν, *læserunt.* ἀδάζαν, *valde læserunt.*

In fine φι, vel φιν.

Frequens apud poëtas ad explendum metrum, idque in omnibus ferè casibus. ὁδὸς ἑτέρηφι. pro ἑτέρα, *via altera.* Hesiod. Ergis. ἀπὸ νευρῆφιν, *à neruo arcus.* νευρῆς, *neruus.* Ιλ. θ. ἐπ' ἐσχαρόφιν, *apud focum.* ἐσχάρα, *focus.* Οδ. ε. ἐς ἔνηφι, *vsque ad veterem & nouam lunam.* ἔνη. Hesiod. Erg. οὐρανίηφι φίλη, *Vrania amica.* ω οὐρανία. πρὸς κοτυληδονόφι, *iuxta coxendicem.* κοτυληδόσι. Οδ. ε. παρ' αὐτόφι, *apud ipsas.* αὐτάς. Ιλ. ν. ἐκ ποντόφιν. *ex Ponto.* πόντε. Οδ. ω. ἐπ' ἰκριόφιν, *super*

tabu

tabulata. ἰκρίω. Οδ.Γ. ἀπ' ὀστεόφιν, *ab ossibus.* ὀστέων. Οδ.ξ. δακρυόφιν, δακρύοις, Οδ.ε. *lachrymis.* ὀστεόφιν, ὀστᾶ, accu. Οδ.π. *ossa.* ἐξ ἐρέβεσφιν, ἐρέβους. Οδ.ι. *ex Erebo.* ἐν ἀκροπόλεσιν ὄρεσφιν, ὄρεσι, *in excelsis montibus.* Οδ.τ. παρὰ ναῦφιν, νηῶν. Ιλ.μ. *à nauibus.* ἀμφὶ στήθεσφι, στήθη. Ιλ.β. *circa pectora.* Vrbanus.

Cum articulo, ἧφι βίηφι, *sua vi.* ἤγουν τῇ αὐτοῦ βίᾳ, *siue sua vi.* Ιλ.χ.

Pro pronomine, θύρηφι, *foris, foras.* ἤγουν ἔξω, *ergo extra.* Hipp. de Superf. θύρηφι τῶν αἰδοίων, ἤγουν ἔξω.

Δε, Σε, Ζε.

Hæ tres syllabæ in fine additæ aduerbia ad locũ significant, οἴκαδε, *domum.* μέγαράδε, *ad Megaram.*

Poëtæ quidem accusatiuis addunt, οὐρανόνδε, *in cœlum.* ἀγορήνδε, *in forum.* οὔλυμπόνδε, *in Olympum.* οἶκόνδε, *domum.* τέλοσδε, *ad finem.* semel genitiuo, ἄϊδόσδε, *ad inferos.* vt semel pronomini ὑμέτερόνδε, *ad nostrã.* Ιλ.χ. ἤγουν δῶμα, *domum.* ἐκεῖσε, *illic.* πόσε, *quò.* ἑτέρωσε, *alio.* ἄλλοσε, *alio ad alium locũ.* Θήβαζε, Ἀθήναζε, χαμᾶζε, ἔραζε, *ad Thebas, Athenas, terram.*

Θεν motum è loco.

Ἀθήνηθεν, *Athenis.* Θήβηθεν, *Thebis.* οἴκοθεν, *domo.* ἔνθεν, *hinc.* πόθεν, *vnde.* ὁπόθεν, *vndecunque.* ἐνθένδε etiam. nam simplex est ἔνθεν, *hinc.* βοτάνηθεν, *ab herba.* ἀγρόθεν, *rure.* ἀπὸ κρῆθεν Hesiod. ἤγουν, τῆς κεφαλῆς, *à capite.* ἐξ οὐρανόθεν, ἀπ' οὐρανόθεν, *è cœlo.* poëticè abundat præpositio.

Θ Α.

Ab Æoliis paragogicè additur secundis personis verborum, Præsens ποθορῆσθα, *aspicias.* Theocr. χρὴ χρῆσθα, *oportet.* Laconice. διδοῖσθα, Ιλ.τ. *noui.* Imperfect. ἦς ἦσθα, *eras.* Perfectum οἶδα, οἶδας, οἶδασθα, sync. οἶσθα, *nosti.* Plusquam perfect. ᾔδεισθα, *noueras.* Hom. Fut. εἶσθα, Οδ.τ. vel præsens pro futuro, *is, vel ibis.* Opt. κλαίοισθα, Ιλ.ω. *lugeres, plangeres.* φεύγοισθα. Οδ.χ. *profugeres.* Subiũct. ἐθέλῃσθα. Ιλ.λ. *libes, liberes.*

In

X I.

In fine raro abundat, ἢ, ἢχι, Dorice ᾆχι, vt ᾆχι λίχα μέγα σᾶμα, ἤγουν ὅπου τοῦ λίχου τὸ μέγα μνημεῖον, *vbi Lichi magnum monumentum.*

Ναὶ, ναιχὶ, *certè.* Theod. & Etym. Sic οὐ οὐχὶ Attice, Ionice οὐκὶ, *non.*

Δ Η Ν.

Aduerbia quædam, ἀριστίνδην, *per electionem, habito virtutis respectu.* ἀγχιστίνδην, *iuxta propinquitatē.*

Δ Α.

Nomina ludorum aduerbij forma, μυΐνδα, *lusus genus.* δραπετίνδα, *ferè idem.*

Θ Ι.

Poëtæ imperatiuos etiam grauitonos aliquãdo terminant in θι, δείδω, *timeo.* medium præterit. δέδια, *timui.* imper. δέδιε δέδιθι & δείδιθι, *time.* ἀνώγω, *impero.* ἄνωγε ἄνωχθι, γ in χ, *iube.* κράζω, κέκραχα, κέκραχε, κέκραχθι, *clamo clamaui, clama.* Aliqui tamen à κεκράγηθι, ἀνώγηθι, syncope, ab ἀνώγημι, κεκράγημι. κλῦε κλῦθι, *audi, senti, ausculta.* δῦε δῦθι, *intra, ingredere.* inflexa: quidam ducunt à κλῦμι, δῦμι. πίω, *bibo.* πίε πίεθι, & syncop. vel crasi potius πῖθι, *bibe.* A circunflex. πλέω, πλεῖθι, *nauigo, nauiga.* Ionice, ζῶ, ζῆθι, *viuo, viue.* vel à πλῆμι, ζῆμι.

Aduerbia quædam in loco exeunt in θι, οὐρανόθι, *in cœlo.* πόθι, *vbi.* αὐτόθι, *ibi.* & syncope αὖθι, ἑτέρωθι, *alibi.*

Syncope.

Quoniam verò ad syllabas syncope spectare videtur, de ea quoque hoc loco aliquid dicendum.

Hæc Ionibus & poëtis familiaris. πλέονες, Ion. πλέες. πλέονας πλέας, *plures.* ὀρόδαμνος ὄραμνος, *ramus surculus.* ἐξαίρετος, poëticè ἔξαιτος, *eximius, electus, exceptus.* μονώνυξ μώνυξ, *simplex, vnicum vnguem habens.* κακόμορος κάμμορος, *infortunatus, cruciatus.* ὁμόπατρος ὄπατρος, *vterinus.* ὁμοέτεας οἰέτεας, *ætate pares.* ὁμότριχας

ὄτρι

ὄτριχας, *pilis similes*. omnia cum tenui. ὁμογάστριος ὀγάστριος, *eadem matre natus*. ὁμόξυλον ὄξυλον, *ex uno ligno, eiusdem speciei*. ἀμφιφορεὺς ἀμφορεύς, *Amphora*. οἴμημα οἶμα, *impetus*. παχύτερον πάχετον, *crassius*. Cretes, αὐτὸς αὖς, *ipse*. Æoles, ἀνεμώνη ἀμώνα, *genus papaueris, anemone*.

In verbis.

Ηλυθον ἦλθον, *veni*. ἥλατο ἆλτο, *saltauit*. cũ tenui. ὤρετο ὦρτο, *prodijt, impulsus est*. δεδάηκα δέδαα, *didici*. vt ἕστηκα ἕσταα, *steti*. βέβηκα βέβαα, *ini*. Ionice. μέμηκα μέμαα, *propensus fui*. Participia, δεδαὼς, ῶτος, *qui didicit*. ἑσταὼς, ῶτος, *qui stetit*. βεβαὼς, ῶτος, *qui iuit*. μεμαὼς, ῶτος, *qui propensus est*. & ἑστὼς, βεβὼς, μεμώς. Fœm. ἑσταῦια, μεμαῦια, βεβαῦια. & ἑστῶσα, μεμῶσα, βεβῶσα. At γεγαὼς & γεγὼς, *natus*. & γεγαῦια γεγῶσα. non à γέγηκα, sed à γέγονα, *natus sum*. veteres ducunt, sublato ν, & verso ο in α. quidam à γλυῶ, γεγλύηκα γέγλυα γέγαα, *sum, fui*. Laconice κατάβηθι καβάσι, *descẽde*. θ in σ. πεπόνηθε πέποσε, *laborasti*. ἠρήκαμεν ἤρημεν, *cœpimus*. κατάκτανε impera. κάκτανε Βελλεροφόντην, *interfice Bellerophontã*. ἐπεπλώκας ἐπέπλως, *applicuisti, aduenisti*. φθάρθητι φθάρθι, *morere*. στερηθῆναι στέρθεμεν Æol. *priuari*. ἔφαετο φάο, ἄφετο ἄφε, *admisisti*. ὀπίσω, ἄψ, *retro*. ἠπειλησάτην ἀπειλήτην, *insultarunt*. ἀλεξήσασθαι ἀλέξασθαι, *inisse*. ἐκιχησάτην κιχήτην, *inuenerunt, accesserunt*. ἐβεβάεισαν βέβασαν, *ierant*. ἐμεμάεισαν μέμασαν, *prompti fuerant*. ἐμεμάειτε μέματε, *prompti fueratis*. ἑστήκεισαν ἕστασαν, *steterunt*. ἀνάστητε ἄναστε, *surgite*. ἵστασο ἵστω Attice. *sta*. ἀνήκαμεν ἄνημεν, *reliquimus*. δεδίαμεν δείδιμεν, *metuimus*. φιλῆσαι φίλαι, *ama*. εἰδηκὼς εἰδὼς, *qui nouit*. ἐγρηγόρατε ἐγρήγορθε, *vigilastis*. κεντῆσαι κένσαι, *pungere*. ἐστέλλετο στεῦτο, *promisit*. ἐργάσῃ, *facies*. ἐξελάσῃ, *expelles*. σκεδάσῃ, *disperges*. ἐργᾷ, ἐξελᾷ, σκεδᾷ, Bœotice & Ionice, ἀνέκαθεν ἔκκαθεν, *ab origine*.

Apocope.

Ἄλλοτε ἄλλο, *alias, alibi*. ὅτι ὅ, κάρηνον κάρη, *caput*.

κρῖμνον κρῖ, *hordeum.* δάκρυον δάκρυ, *lachryma.* ῥᾴδιον ῥᾷ, *facilè.* βελαρον βε̃, *particula imendentis.* Ευμεσσήνη μέσση, *Messene vrbs.* ἧλος ἧλ, *clauus.* Eustath. quæ omnia non flectuntur. δῶμα δῶ, *domum.* τρόφιμον τρόφι, *plenum.* γλαφυρὸν γλαφυ, *antrum.* παῦσαι παῦ, *sedasse.* Dorice ex Ælio Dionysio. ἱδρῶτι ἱδρῶ, *sudori.* κατάβαθι κατάβα, *recede.* ἀνάβαθι ἀνάβα, *ascende.* τραύματα τραῦ, *vulnera cominus.* σάωζε σάω, *serua.* Ἀπόλλωνα Ἀπόλλω, *Apollinem.* κυκεῶνα κυκεῶ, *potionis genus.*

PARTES ORATIONIS OCTO.

Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, Præpositio.

Casus quinque:

Annotatiuncula in partes orationis per casus declinabiles.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. siquidem Ablatiuo carent Græci.

Numeri tres:

Vsus numeri dualis.

Singularis, Dualis, Pluralis. [2] Vtimur Duali, quum de duobus est sermo. [3] In duali vox eadem nominatiui, accusatiui, & vocatiui; itidem genitiui & datiui. Sic in plurali semper nominatiuus idem cum vocatiuo.

Orationis partes, & earum accidētia Græcè & Latinè.

[1] LIBVIT Hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græcò sermone subiicere: vt Græca Græcè possis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἀντωνυμία, ἄρθρον, ἐπίρρημα, σύνδεσμος, πρόθεσις: *nomen, verbum,* &c. vt in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia sunt, εἶδος πρωτότυπον καὶ παράγωγον, *species primitiua & deriuatiua*: σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παρασύνθετον, *figura simplex, composita, & decompositia*: (tamen figura decomposita, id est, quum dictio deducitur ab alia compo-

Species.

Figura.

compoſita, non habet locum in pronominibus aut articulis: neque etiam ſpecies in articulis, niſi velis deriuare poſtpoſitiuum à præpoſitiuo. ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικὸς: *numerus ſingularis, dualis, & pluralis:* πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, *perſona prima, ſecunda, tertia*: ſed perſona magis pronomini & verbo quàm aliis conuenit. Porrò partibus quæ per caſus declinantur, accidentia communia ſunt; γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον: *genus maſculinum, fœmininum, & neutrum:* (adde nomini κοινὸν καὶ ἐπίκοινον, *commune & promiſcuũ*) πτῶσις, εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: *caſus rectus ſiue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, & vocatiuus*: articuli tamen vocatiuum non habent. Verbo communia cum participio: χρόνος ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, * ὑπερσυντελικὸς ἀόριστος, καὶ μέλλων: *tempus præſens, imperfectũ, perfectum, perfectum, pluſquam perfectum, indefinitum, & futurum*: γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικὸν: *genus actiuum, paſſiuum, neutrum, commune ſiue medium, & deponens*. Verbum verò ſibi ſoli vindicat ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: *modum indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, ſubiunctiuum, & infinitiuum*. Sed de his hactenus.

Numerus.
Perſona.
Genus.
Caſus.
Tempus.
** Apud Græcos Grãmaticos paſſim reperies ὑπερσυντέλικος, proparoxytonως.*
Genus.
Modus.

[2] Poſſumus tamen vti plurali, quamuis de duobus tantummodo fiat ſermo: atque non rarò inuenies poëtas in eadem periodo nunc hoc nunc illo numero vſos: imò ſubſtantiuum interdum in vno, adiectiuum in altero numero collocant. idem iudicato de relatiuo cum ſuo antecedente, ac de verbo cum ſuo nominatiuo. Cæterùm confuſus hic dualis ac pluralis numeri vſus, habet tantummodo locum quum de duobus ſermo habetur. ſi enim de pluribus verba fiant, non poſſumus dualem admiſcere, ſed ſolo plurali erit vtendum. 2

Pluralis pro duali, non contrà.

[3] Aſſignat hîc generales quaſdam regulas, communes omnibus orationis partibus, quæ per caſus inflectuntur. his, ſi placet, adiice ſequentes: Genitiuus pluralis ſemper deſinit in ων: Accuſatiuus pluralis in ς, niſi in neutris: Genitiuus & datiuus duales in οιν, vel αιν; niſi in tribus pronominibus primitiuis, de quibus poſtea: & in quarta declinatione, quæ mutat οιν tertiæ in ων. Datiuus pluralis fit à datiuo duali, migrante ν in ς; niſi in quinta declinatione, & tribus illis pronominibus. Accuſatiuus ſingularis finitur in ν cum vocali nominatiui; niſi in quinta, & tribus pronominibus, ac neutris quibuſdam, quæ accuſatiuum nominatiuo ſimilem habent, ſecundùm 3

Annotatiuncula.

regulam neutrorum, quam assignat CLENARDVS in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis & datiuis singularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Cæterùm de datiuo singulari finito in ι, aut in diphthongum impropriam, ᾳ, ῃ, ῳ, vide authorem in Annotationibus in declinationes simplices.

Articuli præpositiui.

Latini inter declinandum vsurpant *hic, hæc, hoc*: Græci verò articulum, ὁ, ἡ, τὸ: quem vocant *Præpositiuum*, quòd nominibus præponatur.

Masculinus.

Inflectitur autem sic: Mascul. Sing. Nominatiuus, ὁ, *hic*: G. τοῦ, *huius*: D. τῷ, *huic*: A. τὸν, *hunc*. Dual. N. & A. τὼ, *hi & hos*, de duobus: G. & D. τοῖν, *horum & his*, de duobus. Plur. N. οἱ, *hi*: G. τῶν, *horum*: D. τοῖς, *his*: A. τοὺς, *hos*.

Fœmininus.

Fœm. S. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν: D. τὰ, ταῖν: P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Neuter.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό: D. τὼ, τοῖν: P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Annotatio de ὦ.

Articuli vocatiuũ ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ, ὁ.

De articulis vide plura post tractatum Pronominum.

DECLINATIONES NOMINVM QVINQVE.

Prima nominũ parisyllabicorũ declinatio.
ας, ης.

PRIMA est in ας masculinorum, ὁ Αἰνείας, *Æneas*: & in ης, partim masculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryses*:
1 [1] partim communium, ὁ καὶ ἡ λῃστής,
2 *hic & hæc latro*: quorum genitiuus in [2] ου, datiuus in ᾳ vel ῃ diphthongum impropriam, ac-
3.4 cusatiuus in αν vel [3] ην, [4] vocatiuus in α vel η,
5 secundum terminationem nominatiui.[5] Dualia & pluralia conueniunt cum articulo fœminino, ablato τ.

Elenchus terminationũ primæ.

6 S. {ας, ης,} ου, {ᾳ, αν, α. ῃ, ην, η.} D. α, αιν. P. αι, [6] ῶν, [7] αις, [8] ας, αι.
7.8

Exẽpla primæ.

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.
D. τὼ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνείαι, τῶ Αἰνειῶν, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνείαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.

ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ: & ita deinceps.

Quinq; Græcorum linguę præcipuæ; Communis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica: ex quibus Attici in omni declinatione vocatiuum similem formant nominatiuo, ὁ & ὦ Αἰνείας.

Annotatio de Dialectis.

Atticismus.

De Dialectis appendix.

ANTEQVAM De varietate huius declinationis secundum varia idiomata aliquid dicamus, priùs videndum quid intelligāt Græci per huiusmodi linguas, siue dialectos, aut idiomata: de quibus CLENARDVS in fine huius declinationis nonnihil attigit. Quinque enim linguas præcipuas esse apud Græcos ait, vtpote quæ à magni nominis authoribus fuerunt celebratæ, & quibus scripta penè infinita librorum volumina posteritati reliquerunt. Fuerunt verò & aliæ multæ, tot scilicet quot fuerunt nationes quæ Græco sermone vterentur; veluti Bœotica, Thessalica, Chalcidica, Macedonica, Pamphylica, Argiua, Laconica, Cypria, Cretica, Sicula, Syracusana, Rhegina, Tarentina; verùm minùs præcipuæ meritò dici possunt, quòd illis nulli libri, qui ad nostra vsque tempora peruenerint, scripti fuerunt. Itaque prorsus periissent, nisi alij authores suis libris quædam ex illis dialectis admiscuissent: vt Aristophanes, qui in suis Comœdiis, quamuis eas Attica lingua scripserit, inducit interdum personas alterius nationis propria dialecto vtentes: vt Bœotica Bœoticas mulieres. Alij quoque poëtæ propria quædam harum linguarum vsurparunt. Quare nonnulla adhuc illarum vestigia apparent, sed non vt earum quas author hoc loco præcipuas vocat. Vt autem totum huiusce rei negotium tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomata intelligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem omnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus ditioni Regis subditis versantur, neque solùm ibi, sed passim inter omnes ferme non omnino obscuros homines, Gallicè scribunt ac loquuntur: non tamen omnes ita tersè vt ij qui Regis ædes, aut Parisiense forum frequentant: vt iudicatu difficile non sit (si quis eos loquentes audiat, vel eorum scripta legat) ad quod idioma illorum sermo accedat. Vix enim fieri potest, quin

Linguæ Græcorum præcipuæ.

Linguæ minus præcipuæ.

Gallici idiomatis exēplo Græcarū dialectorū varietas exponitur.

aliquid è propria siue materna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus. Sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine præditi, qui quasi vernaculæ linguæ obliti, terso ac puro sermone vtuntur: imò peculiares quasdam phrases ac dicendi modos ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarum vrbium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam flosculis non raro sua scripta ornatiora reddunt.

Similitudinis ἀπόδοσις.

Eodem ferme modo in Græcia olim, omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis traduntur) loqui ac scribere nitebantur: sed in eis ferè semper aliquid proprij ac materni idiomatis deprehendebatur; vt in Hippocrate Ionici, vnde erat oriundus. neque enim illi, cùm in rebus magis quàm in verbis laboraret, curæ erat omnes voculas linguæ communis, quæ ad Atticismum maximè accedebat, obseruare.

Hippocrates.

At rursus aliqui verbis & phrasi non minus quàm rebus addicti, (quales fuerunt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solùm ad vnguem communis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur, ex aliis idiomatibus, præcipuè ex Attico, nonnullas loquendi formulas, vel etiam peculiares quasdam voces, aut vocum flexus, decerpebant: quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt.

Demosthenes. Plato. Lucianus.

Hæc autem intelligo de his authoribus qui prosa oratione scripserunt. nam poëtæ multo maiorem sibi licentiam permiserũt.

Poëtæ licẽtiosi. Demosthenes & Aristophanes Atticè & cõmuniter scripserunt.

Quum igitur audis Demosthenem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutum, quorũ stylus est longè dissimilis, quamuis eodem seculo floruerint, ne turberis. nam vterque communi lingua scripsit: sed Demosthenes, genere Atticus, quamuis communi sermone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitebatur; tamen certas quasdam voces ac dicendi formulas ex Attico sermone depromptas, sibiquè familiares retinere gaudebat, quò facundior videretur. Aristophanes verò, vt populo Atheniensi gratus esset, sermone plebi infimæ ac mulieribus familiari vti studebat. vt hodie Lutetiæ videre licet fabularũ actores, vt risum auditorum captent, vti sermone muliercularum, à communi Gallico nonnihil degenerante. nam r in s non raro commutant, reliquasque literas blesè ac compressis labiis enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quamuis purè ac propriè loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpãt, nonnihilq; ex Aureliano, vbi

vbi fortè legibus operam nauarunt, ac rurſus aliquid ex huius vel illius celebris ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domeſticorum ſermone depromptum; cauent tamen maximè, ne muliercularum more loqui videantur. ſi enim illarum ſermonem imitarentur, fabula omnibus eſſent, maximoque riſu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demoſthenis orationem cum ea qua vtuntur hodie patroni in foro Pariſienſi: Ariſtophanis verò Comœdias cum fabulis illorum hiſtrionum, qui agendo ſermonem Lutetianæ plebeculæ familiarem repræſentant. Itaque, vt eò vnde digreſſi ſumus, noſtra recurrat oratio, Grammatici per dialectos, Idiomata ſiue Linguas, nihil aliud intelligũt, quàm ſermonis quandam proprietatem, qua diſtinguitur loquelæ varietas, quæ ſemper ſolet contingere inter diuerſos eiuſdem nationis tractus: cùm hi paulo aliter loquantur quàm illi, ac cuique proprium quidpiam è natali ſolo ſit inſitum: quod ſi bene auribus ſonare videatur, alij quoque vſurpare gaudent: & quod vni vrbi aut nationis paruo tractatui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis interuallo in communem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuerſis variorum tractuum proprietatibus, quæ inſigne quiddam & auribus gratum continebant. Ne igitur mireris, ſi videas CLENARDVM, qui de Dialectis nihil prorſus in ſuis Inſtitutionibus præcipere decreuerat, ſed tantùm nonnullum communis linguæ vſum, non ſemel nunc Atticiſmos, nunc Ioniſmos atque alias dialectos inculcare.

Clenardi inſtitutũ in tractandis Dialectis.

annotat enim tantummodo quid ex quaque lingua decerpſerint ij authores qui communi lingua ſcripſerũt: veluti Demoſthenes, Lucianus, Plato, Ariſtoteles, ac reliqui ferè omnes qui ſoluta oratione ſcripſerunt: quamuis Atticè ſcripſiſſe dicantur, quòd ſcilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpſerint.

Demoſthenes, Lucianus, Plato, Ariſtoteles, qua dialecto ſcripſerint.

Herodotus verò & Hippocrates Ionicè dicuntur ſcripſiſſe, quòd plura ex Ionica proprietate quàm ex alia deſumpſerint.

Herodotus & Hippocrates qua lingua ſcripſerint.

Idem iudicato de reliquis. Nos verò in his Scholiis non ſolùm quæ ab oratoribus & communi vſu ex variis idiomatibus recepta ſunt, annotabimus, ſed ea etiam quæ poëtæ ex illis arripuerunt, vel ſua licentia, vt ſcilicèt metri hiatum implerent, vel etiam nulla carminis neceſſitate coacti, ſed potiùs vt τὴν τοῦ πεζοῦ λόγου φράσιν euitarent, vel quòd materna dialecto magis delectarentur: vt Ariſtophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Æolica Alcæus; quamuis

Poëtæ cur variis dial[illegible] [illegible] ſint.

Ariſtoph. Hom. Theoc. Alcæus, qua quiſq; lingua ſcripſerit.

Herodotus & Hippocrates.

vernaculæ ac ſibi familiari alias quoque admiſceant. Herodotus etiam & Hippocrates, qui ſoluta oratione ſcripſerunt, Ionica vterque vernacula ſunt maximè delectati. Cæterùm vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui ſchemate ſubiiciam, quid vnaquæque dialectus ſibi veluti proprium vindicet.

Generalia præcepta de Dialectis.

Attica ponit { ρ, τ, ξ } pro σ, {

- θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν, *confidere.* id fit dum ρ eſt ante σ, vt in hoc exéplo. ſic ἄῤῥην & πόῤῥω pro ἄρσην & πόρσω.
- γλῶττα, pro γλῶσσα, *lingua.* hoc ſemper obſeruatur, vbi eſt duplex σσ: atq; interdũ vbi eſt ſimplex, vt τήμερον, pro σήμερον, *hodie.*
- ξυμφέρον, pro συμφέρον, *conferens, vtile.* iſtud habet locum in cõpoſitis à prępoſitione σὺν, *cum.*

Gaudet præterea contractionibus; vt πατρῷος, pro πατρώιος, *paternus.* hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam poſſunt contrahi.

Contingit etiam duas dictiones in vnam, vt τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα, *nomen.* iſtud præcipue fieri ſolet præcedentibus τὸ, τὰ, καὶ, περὶ, & ſequente dictione quæ incipiat à vocali. Vide CLENARDVM circa finem Annotationum in verba.

Ionica { η, κ, π, τ } pro {

- α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, *dies.* hoc fit vbi communiter α eſt longum.
- π, κῶς, pro πῶς, *quomodo.* hoc fit in interrogatiuis & relatiuis.
- φ, θ, } ἀπαιρεῦμαι, pro ἀφαιρεῦμαι, *auferor.* Hoc obſeruatur in cõpoſitione. nam retinent tenues π, τ, vbi cõmuniter mutarentur in φ, θ, (vide CLENARDVM, vbi agit de augmento imperfecti.) Habet etiam locum aliquando in ſimplicibus; vt δέκομαι, pro δέχομαι, *capio:* τύκω pro τύχω ſeu τεύχω, *paro.*

Ad hæc Ionica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, ſed ποιέω, *facio*, ſine craſi.

Dorica { α, α, η } pro {

- η, ἀμέρα, pro ἡμέρα, *dies.* ſic pro φήμη dicit φάμα, *fama.*
- ω, μουσᾶν, pro μουσῶν, *Muſarum.* hoc fit in genitiuo plurali primæ & ſecundæ declinationis.
- α, ζῆν, pro ζᾶν, *viuere.* iſtud habet locum

locum in contractionibus, quæ cõmuniter ex αε & αη in α, & ex αει & αῃ in ᾳ fierent, Doricè verò in η monophthongum.

Dorica η pro ει, λαβῆν, pro λαβεῖν, *cepisse, sumpsisse.*

ω pro ου, μῶσα, pro μοῦσα, *Musa.* hoc habet locum in nominibus, & aliquãdo etiã in verbis, quũ nulla est crasis.

ευ pro ου, Δημοσθένευς, pro Δημοσθένους, *Demosthenis.* hoc obseruatur quoties ου contractum est ex εο vel εου, & quoties ου in verbis haberet accentum circumflexum, quamuis non veniat ex contractione: vt ἅλλομαι, *salio*, futurum medium ἁλοῦμαι, & Doricè ἁλεῦμαι, *saliam.*

οι pro ου, τύπτοισα, pro τύπτουσα, *verberans.* hæc mutatio fit in participiis fœmininis barytonorũ. Æoles quoque eodem modo ω, ευ, & οι, pro ου ponunt. Æolismus.

τ pro σ, τὺ, pro σὺ, *tu.*

σ pro θ, σιὸς, pro θεὸς, *Deus.*

ς pro ν, τύπτομες, pro τύπτομεν, *verberamus.* hoc fit in primis personis pluralibus finitis in μεν. sic ἧς, pro ἦν, *erat.*

α pro ε, αἴκα, pro αἴκε vel εἴκε, *si*: & πόκα, pro ποτὲ, *aliquãdo.* [fortè melius, vt Sylburgius: πόκα pro πότε, *quãdo, interrogatiue.* nam infinitum sine accentu frequẽtius effertur, vt apud Theocr. Idyl. 18. Ἐν ποκ᾽ ἄρα Σπάρτα. Et Id. 15. χιμάρως δύο πρᾶν ποκ᾽ ἔθυσα.]

αι pro ει, αἰ, pro εἰ, *si.* sic compos. αἴκε & αἴκεν, pro εἴκε & εἴκεν, *si*: αἴθε, pro εἴθε, ὁ *si, vtinam.*

ω pro οι, πωμενικὸς, pro ποιμενικὸς, *pastoralis.*

τ pro κ, τῆνος, pro κεῖνος vel ἐκεῖνος, *ille.*

κ pro τ, † πόκα, pro ποτὲ, *aliquando*: ἄλλοκα, pro ἄλλοτε, *aliâs.*

Detrahit quoque ι ex diphthongo ει, vt † λάβεν, pro λαβεῖν, *cepisse.* [pro λάβεν, alij habent λαβεν, vt ποιεν in verbis circũflexis pag. 2[illegible]3, 36. ?[illegible]εν enim Æolicũ magis esset quam Doricum. nam Æolij tales infinitiuos cir-

cumflexos, paroxytonως efferũt, vt κάλλην, φίλην, φρόνην, pro καλεῖν, φιλεῖν, φρονεῖν, teste Corintho. Ideoq; fortassis infra versu 24 scribendũ ἔλθην pro ἐλθῆν nam ἐλθῆν videtur esse Doricum, vt κοσμῆν apud Theocr. Idyl. 15: vbi etiam ἕρπην inuenies, & καθεύδην; nec non δωείσδην: pro κοσμεῖν, ἕρπειν, καθεύδειν, δωείζειν.

In diphthongis impropriis ᾳ, ῃ, ῳ, iota subscriptum negligit; vt τῶ αἰνεία, pro τῷ αἰνείᾳ, *Ænea*.

Vtitur etiam interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmininis, vt καλαὶ, pro καλὴ, *formosa*.

Geminatis quoque σσ, ττ, ππ, pro simplicibus vtitur; vt ὅσσον, pro ὅσον, *quantum*: ὅττι, pro ὅτι, *quòd*: ὅππη, pro ὅπη, *vbi, quò*.

Æolica	α	pro	η, ἀμέρα, pro ἡμέρα, *dies*. id fit Dorum more: sed Doricè huiusmodi α producitur, Æolicè corripitur.
	ω		ου, ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα, *conspicata*. hoc fit præcipuè in participiis fœmininis in ουσα, quæ communiter circumflectunt ου.
	ω		ο, ὤμοιος, pro ὅμοιος, *similis*.
	ππ		μμ, ὄππατα, pro ὄμματα, *oculi*.
	η		ει, ἐλθῆν, pro ἐλθεῖν, *venisse*.

Retrahit etiam accentum acutum ab vltima syllaba in penultimam in disyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis: vt κάλος, pro καλὸς, *pulcher*: πόταμος, pro ποταμὸς, *fluuius*.

Addit quoque ι accusatiuis quorundam nominum fœmininorum, vt καλαὶς, pro καλὰς, *pulchras*.

Præterea β ante ρ ponit; vt βρόδον, pro ῥόδον, *rosa*.

Vtitur etiam præpositione κατὰ, pro μετὰ, *cum*.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas tenui spiritu afficit; vt ἤλιος, pro ἥλιος, *Sol*.

Dialectorum varietati vbi sit locus.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne verò credas ea quæ hîc diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent nisi in certis quibusdam vocibus, & certis casibus partium orationis, quæ per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis & temporibus verborum: veluti planum vnicuique esse potest & ex iis quæ iam hoc loco attigimus, & ex iis quæ à nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. vsum enim eorum quæ hîc cum vnico duntaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis

colli

colligi non possit. Adiiciemus quoque nonnullas alias regulas minùs generales iuxta locorũ opportunitatem. Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto singulari & datiuo plurali primæ & secundæ declinationis mutare α longum vltimæ syllabæ in η, (exceptis quibusdam primæ, quorũ Dorica declinatio est in vsu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes simplices à nobis enumerabuntur) & contrà Dores mutare η in α. Atque ita fit vt Αἰνείας declinetur Ionicè sicut Χρύσης cõmuniter; & rursus Χρύσης Doricè sicut Αἰνείας communiter. Porrò in datiuo plurali, quum α Ionicè migrat in η, iota sequens subscribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: sic μούσῃς, pro μούσαις. *Musis.*

Annotatio.
Ionismus, α in η.
Dorism⁹, η in α.
Datiuus plur. Ionicus, αις in ῃς.

Nullum aliud nomen primæ declinationis est com- 1
munis generis præterquam ληστὴς: atque istud dicitur commune eadem ratione qua *latro* & *homo* à Latinis; cùm tamẽ vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto fœminino iuncta inueniantur, aut Græcè aut Latinè. Itaque dicito omnia primæ esse masculina. [2] Doricè α: 2
Æolicè & Bœoticè αο: Ionicè εω, accentu in antepenultima: [si videlicet nominatiuus sit barytonus, vt Γύγεω, à Γύγης. nam si nominatiuus sit oxytonus vel perispωmenos, genitiuus Ionicus est paroxytonus, vt ποιητέω pro ποιητοῦ, apud Lucianũ in libro De Dea Syria, à nominatiuo ποιητής. at βορέω, pro βορέεω, per syncopen, apud Hesiod. in Theogon. Νόσφι νότου βορέω τε, καὶ ἀργέστεω ζεφύρου τε, ab Ionico nominatiuo βορέης, pro βορέας, boreas.] Poëticè verò ω, ex Ionico per crasim. [3] Ionicè 3
interdum εα. [4] Si plura de vocatiuo desideras, vide 4
Annotationes in declinationes simplices, circa principium. [5] Id est, si ex articulo fœminino dualis ac plu- 5
ralis numeri auferas τ, habebis terminationes primæ declinationis in iisdem casibus & numeris: sed cùm articulus careat vocatiuo, sumenda erit nominatiui eiusdem numeri terminatio. eandem enim habent terminationem, vt iam ab authore dictum est. [6] Doricè 6
ᾶν: Æolicè & Bœoticè άων: Ionicè έων. [7] Datiuis plu- 7
ralibus cuiuscunque declinationis in ς desinentibus additur ι, Atticè, Ionicè & Æolicè. [8] Ionicè interdum εας. 8

Communia in prima non inueniuntur.
Genitiuus sing.
Accusatiuus.
ANNOTATIO.
Genitiuus plur.
Datiuus.
Accusat.

SECVNDA declinatio tantùm est fœmininorum, quæ desinunt vel in α, ἡ μοῦσα, *musa:* vel in η, vt τιμὴ, *honor:* genitiuus in ης, datiuus in ῃ diphthongum, accusatiuus in αν vel ην,

Secunda declinatio.
α, η

vocatiuus in α vel η, iuxta terminationem nominatiui. Dualia & pluralia perinde se habent atque in prima declinatione.

Elenchus terminationum secundæ.

1 S. {α, η,} ης, ῃ, {αν, α. ην, η.} D. α, αιν. P. αι, ῶν, αις, ας, αι.

Exempla.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Annotatio.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum, (hoc est, quod non subsequitur consonantem) faciunt genitiuum in ας, datiuum in ᾳ diphthongum: Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda*: Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha*: ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies*: φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia*.

Genitiuus plur.

VARIETATEM Dialectorum recipit omnino vt genitiuus pluralis primæ. In aliis casibus nulla est varietas, quam ex his quæ iam dicta sunt, non possis colligere. Hoc tamē sciendum, multa huius declinationis nomina syllabæ φι vel φιν adiectionem apud poëtas recipere: quod dum fit, quæ desinunt in α, modo illud retinent, modo Ionico more in η mutant, vt Οὐρανία, Οὐρανίαφι, *Vrania*: βία, βίηφι, *violentia*. quæ vero in η desinunt, nihil mutant: vt εὐνὴ, εὐνῆφι, *cubile*. [Nimis anguste præcipit de nominibus quæ (vt Etymologus loquitur) per syllabam φι ἐπεκτείνονται: simul in quorundam accentu allucinatur. Primum igitur hæ ἐπεκτάσεις non modo per omnes declinationes fiunt, sed etiā ferè per omnes numeros & casus. Deinde ad accētum quod attinet, paroxytonως efferuntur, quum præcedit ο: alias natiuum accentum retinent, & ι etiam subscriptum in datiuo singulari flexionis parisyllabæ, si nulla vocis integræ fiat mutatio. Exemplis id planum faciamus. Nominatiuo sing. secundæ parisyllabæ, Hesiodus Ergois dicit, – ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν Κρείσσων, pro ἑτέρα ὁδὸς, *altera via* (sic enim Etymolog. quoque accipit: Eustathius autem aduerbialiter ἑτέρηφι, *altera parte*) Vocatiuo apud Etymolog. & Vrbanum, Οὐρανίαφι φίλη, *cara Vrania*. Genitiuo, Homerus Il. θ. & alibi, ἀπὸ νευρῆφι, pro ἀπὸ νευρᾶς, *à neruo*: Odyss. ζ. ἐξ εὐνῆφι, pro ἐξ εὐνῆς, *è cubili*. Datiuo, Odyss. ζ. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, *cū aurora*: Odyss. [illegible] ἐπιδεξιόφι, *in manu dextra*: Odyss. ε. ἐπ' ἐσχαρόφι, pro ἐπ' ἐσχάρᾳ, *super foco*. Accusatiuo, Hesiod.

Paragoge syllabæ φι in secunda, tertia, & quinta.

ANNOTATIO.

Etg. ἐστ᾽ αὔριον ἔστ᾽ ἐννῆφι, pro ἐς ἔνην, *in perendinum*. Plurali num. Iliad. ν. παρ᾽ αὐτόφι, pro παρ᾽ αὐτὰς, ſ. τὰς ναῦς, *apud ipſas naues*. In tertia pariſyllaba, genitiuo ſing. Odyſſ. ω. ἐκ ποντόφιν, pro ἐκ πόντου, *è ponto*. Iliad. φ. Ἰλιόφι κλυτὰ τείχεα, pro Ἰλίου, *Ilij, Troiæ*. Datiuo, Odyſſ. γ. νηὸς ἐπ᾽ ἰκριόφι, pro ἰκρίῳ, *ſuper tabulato nauis*. Iliad. μ. εὕρησι παρ᾽ αὐτόφι, *reperiat apud ipſum*, pro παρ᾽ αὐτῷ. Plurali genit. Odyſſ. ξ. ῥινὸν ἀπ᾽ ὀστεόφιν ἐρύειν, *pellem oſſibus deripere*, pro ἀπ᾽ ὀστῶν. Datiuo, Odyſſ. ε. ὄσσε δακρυόφι τέρσοντο, pro δακρύοις, *lacrymis*. ſic θεόφι μήστωρ ἀτάλαντος, pro θεοῖς, diis, apud Heſychium, qui ſimiliter ζυγόφι & πασσαλόφι reperiri tradit. Accuſ. Odyſſ. π. φθινύθει δ᾽ ἀμφ᾽ ὀστεόφι χρὼς pro περὶ τὰ ὀστᾶ, *circum oſſa*. Cadunt etiam in declinationem impariſyllabam. Genit. ſingul. Iliad. ι. ἔκλυεν ἐξ ἐρέβευσφι, pro ἐξ ἐρέβους, *ex Erebo, ex inferno*. Genit. plural. Iliad. μ. παρὰ ναῦφιν ἐλασσόμεθα, pro ἀπὸ νηῶν, *à nauibus*. Datiu. Odyſſ. θ. πρὸς κοτυληδονόφι, pro πρὸς ταῖς κοτυληδόσι, *ad acetabula, ſeu in acetabulis*. Iliad. κ. ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο, pro ὑπὸ κρασὶν, (vt paulo ante) *ſub capitibus*. Sic Odyſſ. τ. ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσφι, pro ὄρεσι, *mõtibus*. Et Iliad. ε. παρ᾽ ἵπποισι καὶ ὄχεσφι, pro ὄχεσι, *curribus*. Accuſ. Iliad. β. ἀμφὶ στήθεσφι pro περὶ τὰ στήθεα, *circa pectora*. Plura ſi requiras, inuenies apud Vrbanum in ſecunda pariſyllaba, & apud Etymolog. in φρήτρηφι, vbi etiam annotat, has ἐπεκτάσεις, ſi accedant caſibus, vocemq́; ſeruẽt eandem, (hoc eſt immutatam) ſeruare eandem quoque ſcripturam: ſin vocem mutent, mutare etiam ſcripturam. Prioris generis exemplum eſt ἧφι βίηφι apud Homer. Iliad. φ. pro τῇ αὐτοῦ βίᾳ, *ſuis viribus*: nam ἧ & βίη, vt vocem, ſic ſcripturam quoque retinẽt eandem. Poſterioris exemplum eſt αὐτόφι apud eundem in locis paulo ante citatis, modo pro αὐτῷ, *ipſi*: modo pro αὐτὰς, *ipſas*: apud Aratum vero in Phænom. ἐπ᾽ αὐτόφι Scholiaſtes exponit ἐπ᾽ αὐτὸν ſuper ipſo, ſ. lychno. Quæ vero mutationes ſoleãt fieri, tũ ex præcedentib. poteſt colligi, tũ ex Anteſignani obſeruatione.] Idem enim, inquit, accidit quibuſdã nominibus tertiæ: ſed ex ος & ον, ς & ν prius abiiciuntur: vt στρατὸς, στρατόφι, *exercitus*: ὀστέον, ὀστέοφι, *os, oſſis*: ſic in pronomine αὐτὸς, αὐτόφι, *ipſe*. In quinta quoque declinatione neutra quædam in ος, & fœminina in ὼν, idem patiuntur: ſed in ος, ο prius vertitur in ε, vt στῆθος, στήθεσφι, *pectus*: in fœmininis verò in ὼν, prius facimus genitiuum in όνος, ac deinde migrante ς in φι, fit nomen poëticum; vt ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, vnde κοτυληδόνοφι, *acetabulum*.

Ponte

Apocope in tribus declinationibus.

ANNOTATIO SYLB.

Porrò huiuſmodi nomina poëtica, ſunt indeclinabilia. Patiuntur præterea hæ tres declinationes apocopen: vt in ſecunda, γλὼ, pro γλήνη, *pupilla.* [*de γλὼ per apocopen ex γλήνη facto nihil inuenio apud Græcos lexycographos*] in tertia, γλάφυ, pro γλαφυρὸν, *antrum.* [*non immerito dubitari poteſt an γλάφυ per apocopen ſit factum ex γλαφυρόν. nam γλαφυρὸν ſignificat* cauum, profundum, teres, *adiectiuè: at γλάφυ ſubſtātiuè* cauernam, *vt γλάφυ πετρῆεν apud Heſiodum Ergois, id eſt,* cauerna in ſaxo exſculpta: *ſicut ab Heſychio quoque exponitur σπήλαιον, ἄντρον, itemque ab Etymologo, qui vtrumque deriuat à γλάπτω* ſculpo, excauo.] ex κάρηνον verò Atticè fit κάρα, & Ionicè κάρη, *caput:*

ANNOTATIO.

[*κάρη & κάρα ex κάρηνον & κάρανον per apocopen facta, neutrius generis ſunt & ἄκλιτα: vt πολιὸν κάρη apud Homerum: apud Eurip. ξανθὸν κάρα,* flauum caput: *& σῷ κάρα,* tuo capiti. *Recentiores vero & genere & declinatione mutata dixerunt ἡ κάρα, τῆς κάρας, etiam in proſa, teſte Euſtathio & Etymologo*] in quinta δῶ, pro δῶμα, *domus*: quod non ſolùm in nominatiuo, ſed per omnes caſus ſingulares huius declinationis fieri ſolet: vt τοῦ Αἴαν, τῷ ἱδρῷ, τὸν Ἀπόλλω, pro Αἴαντος, ἱδρῶτι, Ἀπόλλωνα, id eſt, *Aiacis, ſudori, Apollinem.*

ANNOTATIO.

[*τοῦ Αἴαν mendoſum videtur, ac verum τοῦ Αἴα. nam Laſcaris tradit, à maſculinis in ας αντος, genitiuos reperiri in α. apud poëtas, metri cauſa, vt Αἴα, Θόα, pro Αἴαντος, Θόαντος: atque ab ὁ πελεκᾶς genitiuum Atticum eſſe τοῦ πελεκᾶντος, Doricum τοῦ πελεκᾶ, teſtatur ſcholiaſtes Ariſtophanis, p. 403. ita vt τοῦ Αἴα & τοῦ Θόα non tam poëtici quàm Dorici ſint genitiui, pro Αἴαντος & Θόαντος, pariſyllabi pro impariſyllabis, 265, 24.*] Huiuſmodi apocope fit potiùs ſyllabę quàm vnius tantùm literæ. in paucis enim perditur ſola litera, vt γάλα, pro γάλακ: *lac*: ἄλειφα, pro ἄλειφαρ, *vnguentum, adeps*: ſic γλὼ, de quo ſuprà.

Tertia declinatio.

1 TERTIA declinatio complectitur [1] maſculina, fœminina & cõmunia in ος, ὁ λόγος, *ſermo*: ἡ ὁδὸς, *via*: ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo*: & neutra in ον, τὸ ξύλον, *lignum*. vocatiuus in ε. genitiuus, datiuus & accuſatiuus, itē dualia & pluralia, ſequuntur articulum maſculinum & neutrum.

ος

ον

Elenchus terminationū tertia.

2.3 4 S. { ος, ον, } [2] ου, ῳ { ον, ε. ον, ον. } D. ω, [3] οιν. P. { οι, α, } ων, οις, [4] ους, οι α, α.

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.

ἡ ὁδὸς,

ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Annotatio de nominibus neutris.

Neutrorum tres casus similes: nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes in quinta declinatione, pluraliter autem semper exeunt in *α*.

1 *De nominum genere regulæ generales.*

Genus substantiuorum hîc solùm traditur.

LOCVS Hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quò possis discernere fœminina aut communia in ος, à masculinis. Ac primùm generales quasdam regulas subiiciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in aliis enim hæc generum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Cæterùm de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hîc itaque tantùm de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua. & propria quidem virorum siue deorum, mensium & fluuiorum, sunt masculina: propria verò mulierum siue dearum, vrbium, insularum, nauium & fontium fœminina. Appellatiua verò, quæ ad solos mares pertinent, masculina sunt, & cognitu facilia; vt ὁ πατὴρ, *pater*; quæ scilicet munus vel officium marium significant. sic quæ ad solas fœminas pertinent, fœmina sunt, vt ἡ μήτηρ, *mater*. quæ vero ad vtrumque sexum referuntur, sunt communia, vt ὁ καὶ ἡ παρθένος, *virgo mas vel fœmina*: ὁ καὶ ἡ θεὸς, *deus* vel *dea*: ὁ καὶ ἡ νεβρὸς, *hinnulus mas vel fœmina*. & sic de aliis, quoties vnica voce vtimur ad significandum vtrumque sexum: quamuis in quibusdam alia etiam sit vox ad significandam fœminam, vt θεὸς & θεά. per fœminam hîc intelligo non solùm mulierem, sed omniũ animalium fœmininum sexum. Præterea fœminina sunt arborum nomina: fructuum verò, neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in *ον*. hæc enim, spreta significatione, semper terminationis genus recipiunt, vt τὸ τέκνον, *filius* vel *filia*: τὸ θυγάτριον, *filiola*. Inueniuntur & alia, præcipuè arborum & fructuum nomina, quæ has regulas nõ exactè seruant: sed ea magis notanda quàm imitanda. id verò accidit aut licentia poëtica, aut propter quandam dialecti proprietatem. Restat nunc vt dicamus de

Masculina propria.
Fœminina propria.
Appellatiua masculina, fœminina, cõmunia.

Arbores.
Fructus.
Exceptio.
Annotatio de finitis in ον.

genere substantiuorum in ος huius declinationis tertię, quum significatione illud dignosci non potest. Subiiciemus itaque ordine alphabetico primum fœminina: deinde communia, quæ passim legendis authoribus occurrunt. quæ verò hîc non enumerabuntur, masculina censeantur.

Aliæ exceptiones.

FOEMININA.

ἄγχιλος, *abscessus inter nares & maiorem angulum oculorum.*
ἄκατος, nauis genus.
ἄμαθος, *arena, puluis.*
ἄμμος, *arena, sabulum.*
ἄμφοδος, *biuiũ, circuitus.*
ἄνοδος, *ascensus, reditus.*
ἄσφαλτος, *bitumen.*
ἀτραπὸς, siue ἀτραπιτὸς, *callis, semita trita.*
αὔλειος, *vestibulum.*
βάτος, *rubus.*
βύβλος, siue βίβλος, *papyrus, charta, liber.*
γέρανος, *grus.*
δοκὸς, *trabs, tignum.*
δόκησις, *consideratio, expectatio: apparentia.*
εἴρεος, *remigatio, seruitus.*
εἴσοδος, *introitus, ingressus.*
ἐπάνοδος, *reditus.*
ἔρημος, *eremus, solitudo.*
ζυγὸς, *iugum libræ.*
ἤπειρος, & Doricè ἄπειρος, cõtinẽs, id est, terra firma.
ἵππος, *equitatus*, vel *equa*: pro equo masculinũ est.
κάρδοπος, *mactra.*
κιβωτὸς, *arca.*
λαοφόρος, *via publica seu regia.*
λεωφόρος, idem Atticè.
μέθοδος, *breuis via.*
μίνθος, *stercus humanum.*
νειὸς, *nouale.*
νεὸς, idem.
νῆσος, *insula.*
νόσος, & Ionicè νοῦσος, *morbus.*
ὄαρος, *uxor*: pro confabulatione masculinum est.
ὁδὸς, *via.*
περίοδος, *circuitio.*
πρόοδος, *progressus.*
ῥάβδος, *virga.*
σήσαμος, *sesamum*, frumenti species.
σορὸς, *loculus, conditorium.*
σποδὸς, *cinis sordidus.*
στρόφος, *tormen*, dolor intestinorum.
τήβεννος, *toga.*
τρίβος, *semita.*
τρίοδος, *triuium.*
τροχήλατος, *locus vbi agitatur rota.*
ψάμαθος, *arena.*
ψάμμος, *arena.*
ψῆφος, *calculus.*
ψίαθος, *storea, teges, & ipse scirpus è quo contexitur matta.* Suidas Aristophanem & τοὺς ψιάθους masculinè dicere scribit.

ANNOTATIO SYLBVRGII.

E fœmininorum catalogo sustuli βένθος *toga* εἰκὸς ἐστιν, κύφος *vas insculpium*, σωρὸς *aceruum*: nam, vt à posteriori exordiar, σωρὸς *aceruus* masculinum est, vt post

poſt receptos autores Suidas quoque teſtatur: at σορὸς fœmininum pro *loculo ſeu conditorio*, vt ὡραίας σορῦ, *pulchræ ſandapilæ*, id eſt, *pulchræ vetulæ*, apud Ariſtophanem. κῦφος autem neutrius eſt generis, non modo pro *exſculpto & concauo vaſe*, (vt & affine σκύφος apud Homerum) ſed etiam pro *gibbo* apud Hippocratem: at κυφὸς adiectiuum eſt, ſignificans *gibboſus, curuus, inflexus*, fœm. gen. κυφὴ, neutro κυφόν. Altera duo planè ſunt mendoſa. etſi enim vulgati lexicographi (quorũ veſtigia ſequitur Anteſignanus) ad fictitiam ſuam εἰκὸν ſtabiliendam ex Ariſtophane citant τὰς εἰκοῦς, cogitare tamen debebant, terminationẽ οῦς cadere non tantum in tertiam pariſyllabam, ſed etiam in quintam impariſyllabam ſiue contractam. nam vt in ea dicimus τὰς Λητοῦς, ſic etiam Ariſtophanes, Nebulis, τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων, *effigies anguillarum*, à nominatiuo ſingulari ἡ εἰκὼ, qui etiam accuſatiuus eſt apud Eurip. Medea, quum dicit, ἄψυχον εἰκὼ προσγελῶσα, *in animo ſimulacro arridẽs*. nam ab εἴκω duplex eſt verbale, ἡ εἰκὼν όνος, & ἡ εἰκὼ όος οῦς. Quartum βένθος & in hoc ordine pro *toga*, & in ſequẽti pro *anate*, poſitum erat falſo. nam toga Græcis eſt τήβεννος, vt ſuo loco reſtitui, & anas βρένθος. βένθος autem, neutrius generis, apud poëtas eſt idem quod in proſa βάθος, *profunditas*, vt θαλάσσης βένθεα πάσης, *vniuerſi maris profunditates*. Od. α. Vt vero de reliquis etiam nonnihil dicam, αἴγιλος pro *abſceſſu inter nares & maiorem angulum oculorum*, vnde ſit, ignoro: nam abſceſſus hic à Galeno, Paulo, Actuario, Celſo quoque, dicitur αἰγίλωψ, genere maſculino, nec non ἀγχίλωψ, ab ἄγχι prope, & ὢψ *oculus*, teſte Galeno, quia propter oculos extuberat. αἴγιλος autem, (per iota in ſecũda ſyllaba) apud Theocritum *frutex eſt, capris gratus*, vt & cytiſus, lentiſcus: Idyll. ε, Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι, incerto genere, etiã apud Scholiaſtem. apud Heſychium vero & Etymologum legitur αἰγωλὶς, expoſitum λύγος, *vitex*. ita vt αἴγιλος, ſiue αἴγωλις, plantæ ſit ſpecies, παρὰ τὰς αἶγας denominata, à capris ſcilicet, quibus iucundum ſit pabulum. ἄκρατος communis eſt generis. nam vt in Epigramm. eſt ληθαίης ἀκράτου, ſic ex Herodoto affertur ἐν τοῖσι ἀκράτοισι. εἶρος Suidæ, Etymologo, Euſtathio, & Scholiaſtæ Homerico eſt *captiuitas, ſeruitus*, nulla generis mentione. apud Heſych. vero non tantum εἴρεος, ſed etiam εἴρερος. αὔλειος per ſe adiectiuum communis generis, ſubſtantiuè & fœmininè ponitur interdum, ſubaudito ſcilicet fœminini generis ſubſtantiuo θύρα,

eſt

estque propriè *atriensis ianua, ianua atrij*. Similiter cum sequentibus ἔρημος, ἤπειρος & νῆσος, subintelligitur γῆ vel χώρα: itemque ὁδὸς, cum λαοφόρος & τριχήλατος. omnia enim hæc sua natura sunt adiectiua cõmunis generis. Commune etiam est γέρανος: & cæteri Græci dicunt ἡ βάτος, Attici vero ὁ βάτος, vt Thomas in suis ἐκλογαῖς testatur σήσαμον Theophrastus & Dioscorides genere neutro dicunt, & Columella inter Latinos. στρόφος quoque, & pro *fune loroue torto, & pro ventris tormine*, masculini sæpius quàm fœminini generis esse censeo, vt τρόπος, πλόκος, πόνος, & similia deriuata, in hac terminatione & flexione masculino tantum genere leguntur vsurpata. nam στροφὴ, πλοκὴ, τροπὴ, & consimilia, cum genere mutant etiam flexionem.

COMMVNIA, SIVE INCERTI AVT DVBII GENERIS.

ἄβυσσος, *abyssus.*
βάδος, *iter, gressus.*
βρένθος, *anas auis.*
κάμινος, *fornax.*
κάπετος, *fossa.*
κλῆρος, *sors.*
κόπρος, *fimus.*
λιμὸς, *fames:* Atticè ὁ, Doricè ἡ.
μήρινθος, *funiculus.*
ῥάμνος, *rhamnus*, virgultum spinosum.
ῥάφανος, *raphanus.*
ῥινὸς, *pellis, scutum.*
σορὸς, *loculus, conditorium.*
στάμνος, *vrna, calathus.*
στρατὸς, *exercitus.*
συνοδὸς, *comes.*
ὕαλος, & Atticè ὕελος, *vitrũ.*
χηλὸς, *arca, loculus.*
χιλὸς, *pabulum.*
ψάμμαθος, *arena.*

ANNOTATIO.

In communium numero βάδος, κλῆρος, στρατὸς, χιλὸς, apud receptos autores masculina sunt: κάμινος, κάπετος, κόπρος, μήρινθος, ῥάμνος, ῥάφανος, σορὸς, fœminina: itemque ψάμμαθος, sicut ἄμμαθος supra: quamobrem hæc duo postrema in fœminorum numerum rectè sunt relata. ἄβυσσος quoque substantiuè fœmininum est, vt Psalmo 134, ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις: & Apocalyps. 9. τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου: adiectiuè autẽ communis est generis. βρένθος pro *anate* apud Arist. est potius masculinum, vt λάρος, κέπφος, κόσσυφος: pro *fastu* certè masculinum est apud Athenæum, vt synonymum τῦφος. Ita ex isto communium numero ῥινὸς tantum, στάμνος, συνοδὸς, verè communia erunt. nam ἡ λιμὸς Doricum & poëticum est pro communi ὁ λιμὸς: & ἡ ὕαλος Atticum, pro communi ὁ ὕελος. Pro illis igitur hæc poterũt substitui: ἀγγεῖος, ἀκάνθιος seu

ſeu *acatium*: βάτος, *rubus*: κνῆκος, *cnecus* herba: μάρμαρος, *marmor*: οἶμος, *via*: ὀρίγανος, *origanum*, herba: σπάρτος, *ſpartum, frutex*: χάλκανθος, *chalcanthum*. tria ſequentia, ἄσβολος *fuligo*, βῶλος *gleba*, στρύχνος *ſolanum*, communiter maſculina, Atticè ſunt fœminina, teſte Euſtathio. His adde quæ pro ſignificatione variant genus: ζυγὸς pro *iugo* maſculinum, pro *ſtatera* fœmininum, Ammonio: θόλος *teſtudo ſeu fornix ædificij* commune, pro peculiari apud Athenienſes loco fœmininum: κρύσταλλος pro gemma commune, pro glacie maſculinum: κύανος pro lapide cæruleo commune, pro colore cæruleo maſculinum: λέκιθος pro *piſo* maſculinum, pro *vitello oui* fœmininum: λίθος pro *lapide* maſculinum, pro gemma commune: πάπυρος pro *planta* commune, pro *charta* fœmininum: χοῦς pro *terra aggeſta* commune, pro *congio* maſculinū. Fœmininis quoque inter alia poſſunt addi quæ ſequūtur: ἀσάμινθος, *ſolium, ſcapha, balneatoria ſcilicet vel potoria*: βάλανος, *glans*, vt & comp. μυροβάλανος, *glans vnguentaria*: γύψος, *gypſum*: δέλτος, *liber*: δρόσος, *ros*: λήκυθος, *ampulla olearia*: μίλτος, *rubrica*: νάρδος, *nardus*, vt & comp. ψευδόναρδος: πύελος *ſolium* ſeu *ſcapha balneatoria*: σχῖνος, *lentiſcus*: σχοῖνος, *iuncus, funis*: τίτανος, *calx*. ſic adiectiua ſubſtantiuè capta, ſubintellecto ſcilicet fœminini generis ſubſtantiuo: vt ἀντίδοτος & ἔμπλαστος, ſ. δύναμις: λυσιμάχιος, πόα, βοτάνη: quæ interdum etiam neutro genere ponūtur, ſubauditis ſubſtantiuis neutris φάρμακον, βοτάνιον, φυτὸν, & ſimilibus.

Inuenientur fortè quædam alia fœminina communiáve, quàm quæ hîc enumerātur: ſed certè pauciſſima, eaque pręcipuè aut nomina herbarum, aut animalium: vt ἡ φλόμος, ſiue ἡ φλόνος, *verbaſcum herba*: [*apud Dioſc. eſt* ἡ φλόμος, *lib.4.c.99.apud Ariſtot.* ὁ πλόμος *pro eodē, vt putatur, Hiſt. Anim: lib.8. c.20.* φόνος *pro* atractylide. 36. *ambigui eſt generis apud Theoph. Hiſt. pl. lib. 6. cap. 4.* γλαύος *apud Ariſtot. maſculinum eſt, Animal. lib.8.c.5.*] ἡ φόνος, *atractylis, fuſus agreſtis*: ſic ἡ ἄμπελος, *vitis*, cum ſuis compoſitis: vt ἡ ἀγριάμπελος, ſiue per ſyncopen ἀγρίαμπελος, *labruſca, vitis agreſtis*: ſic ὁ vel ἡ γλαύος, *glanus fera*, quę & hyena. quę omnia recenſere noluimus, quòd maxima ex parte nimis eſſent incerta, neque illa fœmininis epithetis iūcta legiſſemus. ſunt enim parum vſitata. Inuenientur rurſus quædam huc congeſta, quæ in lexicis alterius generis eſſe deprehendentur. Verùm illis hac in re non eſt omnino fides adhibenda. nam ſunt plerunque deprauata. Idem iudicato in nomini-

Herba.
Animalia.

ANNOTATIO.

bus quintę, quę suo loco eodem modo enumerabimus.

Genitiuus sing. 2 Porrò genere variantia quære inter Heteroclita. [2] At-
Genitiu⁹ dual. 3.4 ticè, Ion. & Thessalicè οιο : Dor. ω. [3] Ion. οιιν. [4] Doricè
Accusat. plur. ως & ος.

Quarta declinatio.

1 QVARTA declinatio [1] Atticorum est propria, vertentium vocales præcedētis declinationis in ω: alioqui genere consentit. nam continet masculina, fœminina & cōmunia in *ως*, ὁ Μενέλεως, *Menelaus*: ἡ ἅλως, *area*: ὁ καὶ ἡ ἄγρεως, *fertilis*: & neutra in *ων*, τὸ ἄγρεων, *fertile*. Omnes ca-
2 sus [2] desinunt in ω : vertitur enim ο in ω, οι in ῳ subscribēdo iota, ου in ω abiecto υ. Neutrorum quoque α migrat in ω : hoc modo;

Elenchus terminationum quarta.

3.4 S. {ως, ων,} [3]ω, ῳ, ων, [4]ως. ων, ων. D. ω, ῳν. P. ῳ, ω, ων, ως, ως, ῳ, ω, ω.

Exempla.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεως.

ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.

ὁ καὶ ἡ ἄγρεως, τοῦ καὶ τῆς ἄγρεω, τῷ καὶ τῇ ἄγρεῳ.

τὸ ἄγρεων, τοῦ ἄγρεω, τῷ ἄγρεῳ, τὸ ἄγρεων.

Declinationes parisyllabicæ.

Quatuor prædictæ declinationes appellantur parisyllabicæ, quòd obliqui sint nominatiuo pares syllabis.

Atticorum declinatio in quibus nominibus recepta sit ab iis qui cōmuni lingua scripserunt.

1 [1] HAEC Atticorum declinatio à communibus in quibusdam tantùm nominibus est recepta: nempe in iis quæ hic & in Annotationibus in declinationes simplices à CLENARDO recensentur, atque in his quæ sequuntur:

† ἄνεως, ὁ, ἡ, *mutus*.
γάλως καὶ γαλόως, ἡ, *glos*, soror viri.
ἵλεως, ὁ, ἡ, *propitius* : vnde ἀνίλεως, ὁ, ἡ, *inclemens*.
κάλως, ὁ, *funis, rudens*.
ὄρφως, ὁ, *orphus*, gen⁹ piscis.
πλέως, ὁ, ἡ, *plenus* : vnde ὁ καὶ ἡ ἀνάπλεως, ἔκπλεως, ὑπόπλεως, idem quod πλέως.
σῶς, ὁ, ἡ, *saluus, integer*.

χρέως, τὸ, pro χρέος, *debitum*: vnde ὁ ὑπόχρεως, *debitor*: & ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως, *fide dignus*.
His adde quędā cōposita à γέα siue γαῖα, *terra* : quæ penultimam corripiunt, vt alia huius declinationis omnia ; veluti.
ἀνώγεων, τὸ, *cœnaculū*. quasi ἄνω τῆς γῆς ὄν, supra terram

exi

existens, siue à solo subductum. erant enim cœnacula in superiori ædiũ parte. in tertia dicemus ἀνώγαιον per diphthongum αι: sed quarta in his magis recepta est.
βαθύγεως, ὁ, ἡ, *profundam terram habens.*
λυπρόγεως, ὁ, ἡ, *macram habens terram.*
Sic quędã cõposita à κρέας, *caro*, & κέρας, *cornu*: vt
ἀπόκρεως, ὁ, *carnis-priuium.*
δίκερως, ὁ, ἡ, *bicornis.*
εὔκερως, ὁ, ἡ, *pulchra habens cornua.*
πολύκερως, ὁ, ἡ, *multicornis.*

ANNOTATIO.

σῶς crasin duntaxat Atticam habet, ex σάος in nominatiuo singulari, ex σάους in accusatiuo plurali. itemque σῶν ex σάον in accusatiuo singulari masculini generis, necnon in nominatiuo & accusatiuo neutrius. In fœminino genere contrahitur solus accusatiuus pluralis, teste Thoma in Atticis ἐκλογαῖς, nimirum σῶς ex σόας vel σάας. neutro plurali σῶα dicimus sine contractione, vt Xenoph. τὰ σώματα σῶα ᾖ; vt masculino σῶοι apud Demosth. legitur.

SVNT Et alia in ως, quæ per quartam vel quintam declinationem flectuntur: de quibus vide tractatum Heteroclitorum. Sunt præterea multa propria, quorum Attica declinatio est in vsu: præcipuè verò quæ communiter desinerent in αος, vel εος, vt Μενέλεως, Ἀνδρόγεως, pro Μενέλαος, Ἀνδρόγεος: & monosyllaba circumflexa, vt Κῶς, *Cos* insula. [2] Id est, habent in vltima syllaba ώ. [3] Poëticè ωο, vel ῳο, puncto subscripto, ab Ionico tertiæ οιο. [4] Vocatiuus est similis nominatiuo, more Attico, vt dictum est in prima declinatione.

Finita in ως quarta vel quinta.
Propria in αος & εος.
Monosyllaba circumflexa. 2
3
Genitiuus sing. 4
Vocatiuus sing.

QVINTA declinatio imparisyllabica cõplectitur [1] omnia genera, & terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuum superat, exiens in ος, datiuus in ι, accusatiuus in α: vocatiuus [2] sæpe idem cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, genitiuus οιν. Pluralis nominatiuus ες, genitiuus ων, datiuus σι, accusatiuus ας. At neutrorum plurale in α.

Quinta declinatio. 1
2

S. {No. / var. ος, ι, α, {Voc. / vari⁹. D. ε, οιν. P. ες, / α, ων, σι, ας, ες / α, α.
1 2

Elenchus terminationum quintæ.

Exemplum.

S. ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν. D. τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε. P. οἱ Τιτᾶνες, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες, *Titan.*

Genera.

1 [1] QVOMODO Hæc genera ſignificatione dignoſcantur, ſatis abundè diximus, quum de tertia declinatione ageremus. ea verò quæ authoritate ſolùm vel terminatione percipi poſſunt, in ſequentibus indicabimus, ſingulas terminationes eo ordine, quo ab Authore diſpoſitæ ſunt, diſcutientes, ac vnicuique illarum ſuum genus aſſignantes. Quamuis autem hæ terminationes variæ ſint ac multiplices, poſſunt tamen ad nouem reduci; quatuor ſcilicet vocales, α, ι, υ, ω, & quinque conſonantes, ν, ξ, ρ, ς, ψ. nam nullum nomen Græcum deſinit in ε, ο, ζ, λ, μ, aut in aliquā mutam; exceptis Barbaris aut Hebræis, vt ἱεμψαλ, *Hiempſal*: ἀδὰμ, *Adam*, &c. quæ tamen reduci poſſent ad declinationem Græcam, nempe ad tertiā, & finirētur in ος, ἱέμψαλος, (vel ἱέμψας, vt ἀννίβας, ἀσδρούβας) ἄδαμος, &c. 11, 16. Porrò finita in α non reperiuntur in quinta declinatione; ſed omnia

Terminationes quintæ nouem, α, ι, υ, ω, ν, ξ, ρ, ς, ψ.

2 ſunt ſecundæ. [2] Circa finem huius declinationis indicabuntur ea nomina quę vocatiuum nominatiuo ſimilem non habent. ibi etiam agetur pluribus de accuſatiuo ſingulari, & datiuo plurali.

Vocatiuus.

Terminationes quintæ declinationis.

Genitiuus quintæ. α, ατος.

1 [1] Finita in α, formant genitiuum in ατος: τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, *altare, tribunal, ſuggeſtum.*

Annotatio.

2 [2] Nomina literarum, ſunt indeclinabilia, τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι, ιτος.

3 ι, ιτος, [3] vnum ſubſtantiuū, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel.* Adiectiua neutra, communium legem ſeruāt: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratioſus, a, um*: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriæ ſtudioſus, a, um.* ſic etiam τὸ τὶ, τινὸς, vt commune ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς, *aliquis, aliqua, aliquod vel aliquid.*

Adiectiua in ι.

ι, ιος.

3.4 ι, [3] ιος: τὸ σίνηπι, σινήπιος, *ſinapi*: de quo [4] aliâs.

υ, υος.

5 υ, [5] υος: τὸ γόνυ, γόνυος, *genu, geniculum.*

υ, εος.

5 υ, [5] εος: τὸ ἄστυ, ἄστεος, *urbs*: τὸ πῶϋ, πώεος, *grex ouium, ouile.* Sic neutra maſculinorum in υς: ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέος, *iucundus, um, ſuauis & ſuaue.*

Adiectiua neutra in υ.

ώ,όος: ἡ Λητὼ, Λητόος, *Latona*,[6] est declinationis contractorum. 6

ώ,όος.

[1] FINITA In α, ι, vel υ, omnia sunt neutra absque vlla exceptione. Sic finita in ω, omnia sunt fœminina. 1 [2] De finitis in α videtur author tantùm intellexisse, 2 non autem in genere de omnibus literarum nominibus: quamuis locum quoque habeat in reliquis, exceptis quatuor, quarum nomen adiectiuo indicatur; nempe ε ψιλὸν, υ ψιλὸν; ο μικρὸν, ω μέγα, quæ declinantur more adiectiuorum ψιλὸν, μικρὸν, & μέγα, quod facit in genitiuo μεγάλου, vt habes in tractatu Heteroclitorum circa finem. olim tamen harum vocalium nomina erant, ε, υ, ο, ω, vt Latinarum, e, i, o: verùm postea his addita sunt epitheta ad indicãdum aliquod discrimen, vt ε vocatum sit ψιλὸν, id est *paruum* vel *tenue*, ad differentiam η vocalis longæ, quæ vt e ferme proferebatur: veluti diximus pagina 2, versu 27. sic υ dictum fuit ψιλὸν ad differentiam diphthongi ου. olim enim (vt loco citato attigimus) υ & ου proferebantur vt u Latinum; υ quidem, vt u hodie pronuntiatur à Gallis: ου verò, vt u sonat hodie Italis. Cæterùm ὁ & ω, quæ eodem fermè modo proferebatur, varia epitheta sortita sunt iuxta quantitatis differentiam: ο quidem μικρὸν, id est *paruum*, dictum est, quia breuem facit syllabam: ω verò μέγα, id est *magnum*, quod sua natura syllabam producat. [3] Rectè dicit, vnum. nam ea quæ 3 faciunt ιος, vt σίνηπι, barbara sunt, & non propriè Græca. Inueniuntur tamen composita è μέλι, quæ etiam faciunt ιτος, vt οἰνόμελι, *vinum mulsum*: ὀξύμελι, *acetum mulsum*: ὑδρόμελι, *aqua mulsa*. 12, 7. [4] In secũda declina- 4 tione contractorum. [5] Proponuntur ab authore in hac 5 declinatione multæ nominatiui terminationes, quarum singulæ varias genitiui formas recipiunt, vt υ, υος, εος: de quibus quidam Grammatici prolixè tractarunt: nos tamen hæc curiosè persequi noluimus, quòd & nimis longum esset, & quia in multis id fieri non possit, nisi adducatur syllabaria vocalium ancipitum quantitas, aut accentuum ratio, aut generum notio: quæ multò minus nota sunt, quàm ea propter quæ declaranda adducuntur. Quod quamuis Grammatici vulgò factitare soleant, ego semper ridiculum existimaui: cùm omnis disciplina à facilioribus & magis notis ad obscuriora & minùs nota progredi debeat. Quare nominum quorundam genus & accentum, vocaliumque

Finita in α, ι, υ, neutra sunt, in ω fœminina.

Nomina literarũ quatuor declinabilia: & quare declinentur.

ε, η.

υ, ου.

ο, ω.

Substantiua in ι, barbara sunt, præter μέλι cum compositis.

De diuersitate terminationum genitiui certæ regulæ vbique tradi non possunt, nisi velimus per se satis nota per minùs nota explicare.

ancipitum quantitatem, potiùs per genitiui terminationes (quæ per ſe ſatis notæ ſunt, ſi quis nonnullum huius linguæ vſum, authorũ lectione ſibi compararit) quàm cõtra genitiui terminationes per illa, quæ multò ſunt difficiliora, cenſeo eſſe explicanda. velim tamen interdum, ſi commodè id fieri poſſit & cum aliquo lectorum emolumento, adduci dictionum genus, accentum, & quantitatem, ad deſignandam quandam terminationum notiam: vt ſi hoc loco dicam, Subſtantiua in υ, penultimam corripientia, faciunt υος: quæ verò penultimam producunt, faciunt εος, cum omnibus adiectiuis. hac quidem regula nõ poteris facilè cognoſcere quare τὸ δάκρυ, id eſt *lacryma*, potiùs faciat δάκρυος, quàm δάκρεος: cùm penultimæ quantitas non ſit cuiuis cognitu facilis: in δόρυ verò, id eſt *haſta*, quiuis cognoſcet penultimam eſſe breuem, cùm ſit ὀ μικρὸν: quare ſtatim dicet τοῦ δόρυος. Itaque hæc regula non fuerit omnino inutilis, ſed non ſatis certa. Hanc verò inutilem prorſus iudicauerim, Finita in ας acutitona, άδος in genitiuo faciunt: quia nullo modo potes ſcire quæ finita in ας vltimam acuant, niſi ex genitiui terminatione. cogêris enim in Accentuum tractatu conuerſam hanc regulam audire, hoc modo: Finita in ας, facientia in genitiuo άδος, vltimam acuunt. Ex quibus regulis nihil certi potes colligere. Itaque, velis nolis, ad vſum alterutrius recurras neceſſe fuerit. Faciliùs verò vſus te docebit quæ nomina in ας, άδος faciant (vnde acutitona eſſe concludes) quàm noſſe quæ in ας acutitona ſint, vt inde inferas, declinari per άδος. Vides igitur eſſe multa vſu percipienda, nec poſſe omnia (niſi ridiculi ſæpenumero velimus eſſe) regulis comprehendi. Quare ne mireris, ſi interdum ad huiuſmodi varium eiuſdem terminationis genitiuum indicandum regulis certis vtamur, interdum verò nihil certi præcipiamus: ne ſcilicet facilia per difficilia, & per tenebras lucem videamur indicare.

Regula de finitis in υ non omnino inutilis.

Regula de finitis in ας, prorſus inutilis.

Vſu multa percipienda.

6 [6] Vide quartam declinationem nominum contractorum.

αν, ανος.

αν, ανος: ὁ παιὰν, παιᾶνος, *pæan, genus cantilenæ in laudem Apollinis*: ὁ Πὰν, Πανὸς, *Pan, deus paſtorum*: τὸ μέλαν, μέλανος, *nigrum, atramentum.*

αν, αντος.

αν, αντος, participia ſunt: τὸ τύψαν, τύψαντος, *verberans, vel quod verberauit.* Sic adiectiuũ τὸ πᾶν, παντὸς, *omne*, more maſculini πᾶς, παντὸς, *omnis.*

Annotatio de finitis in αν.

Dvo Hîc notanda: primùm, Omnia ſubſtantiua in *αν*, eſſe maſculina: adiectiua verò ſiue participia (vt ſuo quoque dicetur loco) eſſe neutra: deinde, Participia in *αν*, & adiectiuum *πᾶν*, facere in genitiuo *αντος*: reliqua verò omnia *ανος*. Porrò huiuſmodi participia ſunt aut aoriſti primi vocis actiuæ quorumcunque verborum; aut præſentis, vel aoriſti ſecundi eiuſdem vocis, ſecundæ coniugationis verborum in *μι*.

Participia in αν vbi inueniãtur.

εν, ενος.

εν, ενος: τὸ τέρεν, τέρενος, *tenerum*.

εν, εντος.

εν, εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, *gratioſum*, vt maſculinum χαρίεις, *gratioſus*. ſic participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, *verberatus, verberatum*.

Notio de finitis in εν.

Observabis Hîc, omnia in *εν* eſſe neutra, atq; adiectiua vel participia: & quæ ſunt ab *ην*, facere *ενος*, reliqua *εντος*. Cæterùm hæc participia ſunt vel alterius aoriſti paſſiui, vel præſentis ſiue aoriſti ſecundi vocis actiuæ verborum primæ coniugationis in *μι*.

Participia in εν vbi inueniãtur.

ην, ηνος.

ην, ηνος: ὁ ἕλλην, ἕλληνος, Græcus: ἡ σειρὴν, σειρῆνος, ſiren apis ſeu volucris inſecti genus, & Siren fabuloſarum mulierum vna.

ην, ενος.

ην, ενος: ὁ ποιμὴν, ποιμένος, paſtor: ἡ φρὴν, φρενὸς, mens:[1] *ὁ καὶ ἡ τέρην, τέρενος, tener, tenera:* cuius neutrum τὸ τέρεν, τέρενος, *tenerum*. 1

Regula de ην.

Disyllaba In *μην*, & adiectiua quæcunque in *ην*, cum his ſubſtantiuis ὁ ἀδὴν, *glandula ſiue globoſus ſub cute tumor*: ὁ ἀζὴν, *barba*: ὁ αὐχὴν, *ceruix*: εἴρην, *adoleſcens*: & ἡ φρὴν, faciunt *ενος*: reliqua *ηνος*. atque hæc, quæ *ηνος* faciunt, fœminina ſunt, præter ὁ κηφὴν, *fucus, veſpa ſterilis*: ὁ σφὴν, *cuneus*: ὁ σωλὴν, *canalis, tubus*: atque ὁ καὶ ἡ χὴν, *anſer*. nam alia maſculina, ſignificatione dignoſcuntur, vt ὁ ἕλλην, cum compoſitis. Quæ autem per *ενος* flectuntur, maſculina ſunt, præter ἡ φρὴν, & adiectiua, de quibus ſuo loco.

ενος, ηνος. *Fœminina.* *Maſculina.*

1 Annotatio.

[1] Laſcaris quoque agnoſcit ὁ καὶ ἡ τέρην, Euſtathius vero tantum ὁ τέρην, quum fœmininum ſit τέρεινα apud Homerum, Hipponactem, Euripidem, & alios.

ιν, ινος.

ιν, ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος, delphin piſcis: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, radius: cuiuſmodi nominatiuus etiam per *ις*, δελφὶς, ἀκτίς.

ιν, vel ις. *Maſculina.*

Composita, Maſculina ſunt, atque hæc tria, ὁ θὶν, *litus vel aceruus*: ὁ ἰκτὶν, *miluus*: ἶν, *genus menſuræ*: quum

Fœminina.

verò significat fibram, aut vim, est fœminini. reliqua simplicia, fœminina. δελφὶν verò, quamuis ab authore veluti masculinum ponatur, ab aliis tamen commune dicitur, ὁ καὶ ἡ δελφίν. Notat tamen Sylburg. composita in ιν communis (vel etiam omnis) esse generis, vt χρυσάκιν, χαλκογλώχιν. Similiter θὶν quoque, siue θὶς, pro *aceruo* apud Homerum masculino, apud Plutarch. fœminino genere positum legitur. ἲν pro fibra seu vi fœmininũ est: pro *mensura* neutrũ est apud Epiphanium, (dicit enim τὸ μέγα ἰν, & τὸ ἅγιον ἰν) & ἄκλιτον, vt quũ Eustathius scribit ἡμίνα videri esse τὸ ἥμισυ τοῦ ἰν. apud Iosephũ vero est ὁ εἶν, Antiq. Iud. lib. 3. c. 9. & 10. forsan eam ob causam quia Hebræus sermo neutrũ genus ignorat.

ANNOTATIO SYLBVR.

ον, ονος.

ον, ονος: τὸ μεῖζον, μείζονος, *maius:* à cõmunib⁹ in ων.

ον, οντος.

ον, οντος, Participia sũt; τὸ τύπτον, τύπτοντος, *verberans.*

ουν, οδος.

ουν, οδος, τὸ δίπουν, δίποδος, vt cõmune δίπους, *bipes.*

ουν, ουντος.

ουν, ουντος, Participia sunt: τὸ τυπουν, τυπουντος, *verberaturum.*

ον & ουν neutr.

OMNIA In ον & ουν, neutra sunt, atq; vel adiectiua à communibus in ων & ους: vel participia. & in adiectiuis quidẽ, ον facit ονος, & ουν, οδος: in participiis verò, ον, οντος, & ουν, ουντος. Cæterùm participia in ον, sunt vel præsentis, vel aoristi secundi, vel futuri primi Barytonorum vocis actiuæ; aut præsentis secundiue aoristi eiusdem vocis verborũ tertiæ coniugationis in μι: finita verò in ουν, sunt & ipsa vocis actiuæ, sed vel futuri secundi in qualibet cõiugatione, vel primi in quinta, vel præsentis in prima & tertia verborum Circumflexorũ. Reperiuntur etiam adiectiua neutra in οῦν, contracta ex puris in όεν: quorum masculina in οῦς, contracta sunt ex όεις. hæc eandẽ cũ participiis flexionẽ habent: vt ῥοδοῦν, μελιτοῦν.

ονος, οδος.
οντος, ουντος.
Participia in ον.
Participia in ουν.

υν, υνος.

υν, υνος: ὁ μόσυν. μόσυνος, *turris vel domus lignea:* in Γόρτυν, *Gortyn, ciuitas Cretæ*: quorum nominatiuus etiam in υς desinit: ὁ Φόρκυν, vel [1] Φόρκυς, *Phorcys, Neptuni filius & Medusæ pater.*

υν, vel υς.

ῦν, ῦντος.

ῦν, ῦντος, Participia sũt: τὸ ζευγνῦν, ζευγνῦντος, iungens.

υνος.
Masculina.
Participia in ῦν.

FINITA In υν, omnia faciunt υνος, nisi sint Participia: sunt quoq; omnia masculina, nisi significatio impediat (vt in Γόρτυν, quia est propriũ vrbis) aut participia fuerint: quæ neutra sunt, atq; præsentis temporis vocis actiuæ, quartæ coniugationis verborum in μι.

[1] Hoc etiã declinatur per υος, τοῦ Φόρκυος. vel Doricè ὁ Φόρκυς, τοῦ

τοῦ Φόρκυ, τῷ Φόρκυ, ablato ς, vt multa alia, de quibus in Annotationibus in declinationes ſimplices.

ων, ωνος: ὁ κλὼν, κλωνὸς, *ramus*: ὁ αἰὼν, αἰῶνος, *æuum*: ὁ Πλάτων, Πλάτωνος, *Plato*: ἡ μήκων, *pàpauer*: † ἡ Σιδὼν, *Sidon, vrbs Phœnicia*. ων, ωνος.

ων, ονος: ὁ πρίων, πρίονος, *ſerra*: ἡ χελιδὼν, χελιδόνος, *hirundo*. & cõmunia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, *felix*: & ita comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior*: quorum neutra in ον, τὸ εὔδαιμον, εὐδαίμονος, *felix, beatum*: τὸ κρεῖσσον, κρείσσονος, *melius*. ων, ονος.

ῶν, ῶντος: ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, *Xenophon*. ῶν, ῶντος.

ων, οντος: δράκων, δράκοντος, *draco*: & Participia, ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans*. ων, οντος.

NOMINA In ων, quorũ genus ſignificatione dignoſci non poteſt, maſculina ſunt, præter ſequẽtia fœminina, *In ων maſcul.* *Fœminina.*

ἀκροχορδὼν, *verruca*.	σηπεδὼν, *putredo*.
ἅλων, *area*.	σιαγὼν, *maxilla*.
βοὼν, *cuſtodia*, apud Alexãdreos.	σινδὼν, *linteum*.
εἰκὼν, *imago*.	τηκεδὼν, *tabes*.
ἠιὼν, *litus*.	τρήρων, *columba*.
ληθεδὼν, *obliuio*.	τρυγὼν, *turtur*.
μελεδὼν, *cura*: at pro curatore, cuſtode ſeu præfecto, maſculinũ eſt vel cõmune.	χελιδὼν, *hirundo*.
	χθὼν, *terra, ſolum*.
	χιὼν, nix.

His adde omnia finita in ηδών. *In ηδὼν fœm.*

ANNOTATIO.

E fœminorum catalogo tollit Sylburg. ἀμπελὼν vinea, ἀνθερεὼν *mentum*, ἀρραβὼν arrha, τρίβων palliũ attritum, χλιδὼν armilla, χιτὼν tunica. *ſunt enim maſculina. de* βοὼν *vero quod dicat, (inquit) non habet.*

Nunc de genitiui varietate, ſi non omnia, tamen aliquid dicamus: quamuis & hoc vſu potiùs quàm præceptis diſcere præſtabat. nihil enim certi de his poteſt præcipi, niſi (vt antea dixi) per ſe ſatis nota per difficillima velimus explicare. Faciunt igitur ωνος per ω μέγα omnia ferè ſubſtãtiua maſculina, & fœminina vrbium, quæ non deſinunt in ηδών. Nam omnia finita in ηδὼν, atq; adiectiua, & ſubſtantiua fœminina, faciunt ονος per ο μικρόν. Ex adiectiuis excipe αἴθων, *ardens*; & εἴρων, *cauillator, diſſimulator, non vera dicens*: itemq; compoſita ab αἰὼν, χιτὼν, & ſimilibus: ex fœmininis verò ἅλων, βοὼν, μελεδὼν, μήκων, τρήρων: quæ faciunt ωνος per ω μέγα. Porrò *Genitiuus.* *ωνος.* *ονος.* *Exceptio.*

ῶντος. *ontis.* *οντος.*

pauca sunt quæ faciant ῶντος per ω μέγα: eaque omnia sunt masculina, & maxima ex parte propria virorum circumflexa, quæ à Latinis per *ontis* declinantur: vt Xenophon, Xenophõtis: sic Demophoon, &c. In οντος verò per ο μικρὸν faciẽtia, vix alia inuenias appellatiua quàm hæc quatuor, δράκων, λέων, γέρων, θεράπων, *draco, leo, senex, famulus*: & participia actiuæ vocis in ων non habentia circumflexum: quæ sunt vel præsentis temporis, vel futuri primi, vel aoristi secũdi: priora duo genera Barytona, posterius Oxytononũ. quę verò accẽtu circumflexo notantur & habent neutrũ in οῦν, (quæ enumerauimus quum de οω ageremus, 136, 25.) ea οῦντος faciunt. de illis autem nullam mentionẽ fecit hoc loco CLENARDVS. At quorum neutrum similiter in ῶν per ω μέγα circumflexum desinit, per ῶντος flectuntur, & ω μέγα seruant: suntq; præsentis temporis vocis actiuæ, secũdę cõiugationis verborũ Circumflexorũ. Id autẽ accidit propter crasim, quæ fit ex α & ο in ω, vt suo videbimus loco.

Participia in ων. *οῦντος.* *ῶντος.*

ξ in {κος. γος. χος.}

ξ, in κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, *pectus, thorax*: ἡ κύλιξ, κύλικος, *calix*: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax*: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *vulpes*, mutat η in ε: ἡ θρὶξ, τριχὸς, *capillus*,[1] pro aspirata sumit tenuem, τ pro θ. ὁ ἄναξ, ἄνακτος, *rex*: ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox*, interiecto τ.

ξκτος.

Genus finitorũ in ξ.

FINITA In ξ, masculina sunt, aut fœminina, aut cõmunia: neutra verò nunquã: & fœminina quidẽ pauca sunt, at cõmunia paucissima, si cum infinita masculinorum multitudine conferantur. Itaque fœminina & communia siue incerta, quorum genus significatione cognosci non potest, hîc enumerabimus: reliqua verò intelligentur masculina. Hæc igitur sunt fœminina,

Masculina. *Fœminina.*

ἀλώπηξ, *vulpes.*
ἄντυξ, γος, *ambitus, orbis.*
αὖλαξ, *sulcus.*
θρίδαξ, *lactuca.*
κλίμαξ, *scala, seu scalæ.*
κύλιξ, *calix.*
κλῶμαξ, *cliuus arduus.*
κρὲξ, *capillus*, & *crex auis.*
λάρναξ, *urna, arca.*
μάσαξ, *mandibula, buccea, brucus*: at μύσταξ, *barba superioris labri*, mascul.
μάστιξ, γος, *flagellum.*
ὁ & ἡ ὄμφαξ, *uua acerba & immatura.*
ὄρτυξ, γος, *vrax auis.*
πήληξ, *galea, cassis*: at πήληξ Hesychio *fissura.*
ὁ & ἡ πίδαξ, *fons, scaturigo.*
πνὺξ, *consilij locus apud Athenienses.*
πτέρυξ, γος, *ala.*
πτὺξ, χὸς, *plica.*
σμῶδιξ, siue σμώδιγξ, *vibex. liuor tumórve ex percussione.*

ὁ &

ὁ & ἡ στύραξ, *styrax*, odoris genus: pro hastę annulo masculinum est.
τέτριξ, *tetrix auis.*
τρὺξ, γὸς, *fax.*
ὁ & ἡ ὕστριξ, χος, *hysthrix*, herinacij species.

φάλαγξ, γος, *phalanx* ordo militaris, & internodiũ in digitis.
φάραγξ, γος, *vallis.*
φοῖξ, *phoix auis.*
χάραξ, *vallus, palus*: at ὁ χάραξ, *vallũ.*
χοῖνιξ, *chœnix, semodius.*

His adde finita in ιγξ, & monosyllaba non desinentia in ωξ.

Excipiuntur tamen sequentia masculina, — *Masculina.*

βλὰξ, *stolidus.*
θρὴξ, *vermis lignũ corrodens.*
ἴξ, *vermis vitium.*
πρὼξ, *hinnulus, dama.*
σφὴξ, *vespa.*
τρὸξ, γὸς, *vermis leguminũ.*

Et sequentia communia, — *Communia.*

αἶξ, αἰγὸς, *capra.*
βὴξ, βηχὸς, *tussis.*
ῥὰξ seu ῥὼξ, γὸς, *acinus vua.*

Prater hæc, communia sunt.

ἄμπυξ, *reticulum muliebre.*
ἕλιξ, *vitium capreolus.*
πέρδιξ, *perdix auis.*
σκύλαξ, *catulus.*
φάρυγξ, γος, *guttur, faux.*

VSVS Te docebit, quæ declinentur per κος, & quæ per γος, aut χος: scito tamẽ multo maiorẽ esse numerum eorũ quæ κος faciunt, quàm quę γος aut χος: rursus plura per γος quàm per χος declinari. nam paucissima sunt quę habeãt χ in obliquis: nempe finita in ονυξ, ωνυξ, & ωρυξ, cum quibusdam aliis. In γος verò faciunt finita in πληξ, & quæ ante ξ habent γ, & superbisyllaba in υξ, modò habeant α in penultima, & quæ habent in penultima ο μικρὸν, modò nõ desinant in ονυξ, & quæ fiunt á verbis in γω, σσω, & ζω, & fœminina in υξ, cũ compositis: composita enim simplicium formam sequuntur. Reliqua vero, præsertim fœminina, & disyllaba communia, quę superiùs enumerauimus, habent κ in obliquis, præter μάστιξ, τέτριξ, & finita in γξ, quæ habent γ. Horum omniũ exempla tibi passim legendis authoribus occurrẽt. — *Genitiuus.* — χος. — γος. — *Composita.* — κος.

[1] Hoc fit propter aliam aspiratam χ aduenientem: in datiuo verò plurali rursus assumit θ, ταῖς θριξί. nõ enim sequitur aspirata χ, sed ξ, vt in nominatiuo. sic ὕσθριξ ὕστριχος: at ὕστριγος ab ὕστριγξ, sicut ὕσπληγξ. — 1

αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, *beatus*: ἡ δάμαρ, *vxor*: τὸ νέκταρ, *nectar, cibus vel (vt alij volunt) potus deorum.* — αρ, αρος.

αρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *iecur, hepar*: τὸ δέλεαρ, δελέατος, *esca, ad capiendum illecebra.* — αρ, ατος.

SVPERBISYLLABA In αρ faciunt ατος. idem accidit disylla — ατος.

disyllabis quorũ penultima est η aut diphthongus: quibus adde στέαρ, *adeps*: φρέαρ, *puteus*: poëticè στεῖαρ, φρεῖαρ. quorum autem penultima est ω, indeclinabilia sunt, vt ὁ μῶμαρ, *stultus*: sic τὸ ὄναρ, *somnium*, quamuis penultima sit ο μικρὸν. Reliqua, quæ hac regula non comprehenduntur, faciunt αρος. Porrò declinata per ατος, neutra sunt omnia: sic flexa per αρος, paucis exceptis, quorum genus sola significatione cognoscitur.

Indeclinabilia in αρ.

αρος. Neutra.

ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, *pedunculus*: ἡ χεὶρ, *manus*: ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ, *pollex*.

ειρ, ειρος.

MVLTA Componuntur ex χεὶρ, quæ omnia sunt communia: χεὶρ verò variat & genere, & genitiui terminatione: vt videbis in Heteroclitorum tractatu. Reliqua in ειρ, masculina sunt: sed pauca inueniuntur.

Communia.

Masculina.

ANNOTATIO SYLBVRGII.

ἀντίχειρ à Lascari quoque inter cõmunia numeratur, vt πολύχειρ, ἐπίχειρ & similia: sed incertum qua significatione. pro *pollice* masculinũ potius est quàm fœmininũ, subaudito scilicet masculino substantiuo δάκτυλος. nam ἀντίχειρ elliptice & κατ' ἔπονοιαν dicitur pro ὁ ἀντίχειρ δάκτυλος *digitus è regione manus situs*, vel tantum pollens quantũ reliqua manus: itemq; μέγας quoq; λιχανος & μέσος, subaudito eodẽ substãtiuo δάκτυλος, passim legũtur.

ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, *Ser, populus, & vermis nens sericum*: λετὴρ, λετῆρος, *peluis*: τὸ κῆρ, κηρος, *cor*.

ηρ, ηρος.

ηρ, ερος: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, *æther, id est, ignis elementũ*.

ηρ, ερος.

1 [1] in multis verò syncope: ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, *pater*: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, *mater*: sic compositum Δημήτηρ, *Ceres*: item θυγάτηρ, *filia*: γαστὴρ, 2 *venter*: at ὁ ἀνὴρ, *vir*, ἀνέρος, ἀνδρὸς, [2] assumit δ.

FOEMININA In ηρ, nulla sunt, quæ significatione cognosci non possint, prætèr γαστὴρ, κὴρ *fors*. Neutra verò duo tantùm, ἦρ *ver*, & κῆρ *cor*: quæ circumflectuntur, quia fiunt ex ἔαρ & κέαρ per crasim. Alia in ηρ, masculina sunt. Pauca sunt quæ flectantur per ερος, nempe quę à CLENARDO recensentur, atque ἀστὴρ, *astrum*: Πιὲρ, *Pier*, gentile: & φράτηρ, *tribulis*: pro quo vsitatiùs dicimus φράτωρ, φράτορος: ὁ ἀὴρ, *aer*, Æolicè inuenitur ἀηρ: sic ἡ αἰθὴρ, ερος, apud Homerum & cæteros poëtas.

Fœminina.

Neutra.

Masculina.

ηρ, ερος.

Æolismus.

1 Cætera in ηρ, faciunt ηρος. [1] Huiusmodi syncope habet tantùm locũ in iis quæ author enumerat. Notandũ autẽ, concisos casus ab oratoribus magis recipi, præte-

ηρ, ηρος.

De syncopen passis notio.

θυγατέρα. nam θύγατρα soli vsurpant poëtæ, qui metri gratia indifferenter vtuntur concisis vel integris, duobus exceptis, de quibus fiet mentio in Annotationibus in declinationes simplices. [2] Nunquam enim in eadem dictione ν ponitur ante ρ, vt diximus 7,13. & 10,22. 2

ορ, ορος: τὸ ἦτορ, ἤτορος, *cor, animus*: & inde cōpositum, ὁ μεγαλήτωρ, μεγαλήτορος, *magnanimus*. — *ορ, ορος.*

υρ, υρος: ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, *susurro*: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, *testis*: & neutrum, τὸ πῦρ, πυρὸς, *ignis*. — *υρ, υρος.*

Finita In ορ & υρ, paucissima sunt: & illa quidem neutra, hæc verò masculina, præter μάρτυρ & πῦρ, quæ ponuntur in contextu. atque hæc in υρ, antiqua sunt, & penè exoleta, præter πῦρ: vtimur autem illorum loco finitis in ρος tertiæ declinationis, vt ψίθυρος, ου, & μάρτυρος, ου, quod & μάρτυς, υος. — *ορ neutra. υρ masculina. Finita in υρ exoleta. υρος vel υς pro υρ.*

ωρ, ωρος: ὁ φὼρ, φωρὸς, *fur*: ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος, *aquosa humiditas, vel sanies tenuior*: τὸ ἕλωρ, ἑλωρὸς, *captura, præda*: τὸ τέκμωρ, τέκμωρος, *signum, finis*. — *ωρ, ωρος.*

ωρ, ορος: ὁ Νέστωρ, Νέστορος, *Nestor*: ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος, *Hector*: ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, *carens patre*: ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ, *carens matre*: πανδαμάτωρ, *omnia domans, vel omnidomans*. τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, *aqua*, [1] heteroclitum est. 1 — *ωρ, ορος.*

Monosyllaba In ωρ, & polysyllaba in λωρ, atq; ἰχὼρ & τέκμωρ, seruāt ω μέγα in obliquis: alia mutant in ο μικρόν. Cæterum neutra in ωρ pauca: nempe quæ ab authore afferuntur, & τὸ ἔλδωρ, siue ἐέλδωρ, *desiderium*. at τὸ σκῶρ, τοῦ σκατὸς, *stercus*, heteroclitum, vt τὸ ὕδωρ. Communia verò sunt multa, quæ significatione facilè dignoscuntur, quæ scilicet vtriq; sexui cōueniunt: quamuis raro fœmininis adiectiuis aut articulis iuncta inueniantur. Reliqua in ωρ, masculina sunt: nulla verò fœminina tantùm, præter ἡ ἄωρ, *coniux*, & ἡ ἀλέκτωρ, *lecti iugalis expers virgo*. [1] Vide Heteroclita. 1 — *ωρος. ορος. Neutra. Communia. Masculina.*

ας, αντος: ὁ Αἴας, Αἴαντος, *Aiax*: ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς, *omnis, cunctus*: ἡ πᾶσα, τῆς πάσης, *cuncta*: τὸ πᾶν, τοῦ παντὸς, *cunctum*: sic ἅπας, *omnis*: σύμπας, *vniuersus, omnis*. Duo in ανος: ὁ μέλας, *niger*: τάλας, *miser*: μέλανος, τάλανος: quorum fœminina ἡ μέλαινα, τάλαινα: neutra, τὸ μέλαν, τάλαν. 1 — *ας, αντος. ας, ανος.*

ας,

ας, άδος.
1 ας, άδος: fœminina sunt: ἡ μονὰς, μονάδος, *monas, vnitas*: λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas, lucerna*: aut cõmunia, ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος, *exul, profugus.*

ας, ατος.
1 ας, ατος, neutrum: τὸ γῆρας, γήρατος, *senectus*: τὸ ἅλας, ἅλατος, *sal.*

αις, αιτος.
2 αις, αιτος, vnum fœmininum, ἡ δαὶς, δαιτὸς, *conuiuium*: & vnum neutrum, τὸ σταὶς, σταιτὸς, *farina aqua subacta.* Commune autem, ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer, puella*, facit παιδός. sic composita eius, ἄπαις, *sine liberis, carens filijs*: εὔπαις, *liberis abundans, vel bonos habens filios, aut bona indole proles.*

αῦς, αός: vel ἦυς, ηός.
2 αυς, αὸς: ἡ ναῦς, (Ionicè νῆυς) *nauis*, τῆς ναὸς, † (Ionicè νηὸς:) sic γραῦς, *anus, vetula.*

ες, εος.
3 ες, εος, neutra communium in ης: τὸ ἀληθὲς, τȣ̃ ἀληθέος, *verum.*

ας, αντος, masc.
ας, άδος, fœmin. vel communia.
ας, ατος, neutra.
Æolismus αις pro ας.
Apocope poëtica.

1 NIHIL Facilius quàm nosse quæ finita in ας faciãt αντος, & quæ αδος, vel ατος. nam vel mediocris authorũ lectio hæc tibi demonstrabit. regulis autem hæc percipi facilè nequeunt. Hîc tantùm notabis, flexa per αντος, esse masculina: per άδος, fœminina: exceptis paucis communibus, quæ sola significatione facilè cognoscũtur) per ατος verò, esse neutra & quintæ declinationis contractorum, modò desinant in ρας vel ας purum: vt videbis in sequentibus. Sunt verò tria masculina quæ non declinãtur per αντος, nempe μέλας, τάλας, de quibus in cõtextu, atque ὁ λᾶας, τȣ̃ λάαος, & crasi λᾶος, *lapis.* Porrò Æoles masculina in ας per αις efferunt, dicentes μέλαις, τάλαις. Idem faciunt in participiis masculinis in ας, quæ per αντος declinantur, vt τύψαις pro τύψας, *qui verberauit.* Pro Αιας tamen non dicunt Αιαις, ne diphthongus geminetur. Cæterùm Poëtæ non rarò Dorico more ex genitiuis in αντος, per apocopen reiiciunt τος, τȣ̃ Αιαν pro Αίαντος. de qua apocope nonnihil attigimus, 124, 20, 23.

αις, αυς.
αυς, εως.
ηῢς, pro ἦυς.
Nominatiuus plur. similis nominatiuo sing.
ANNOTATIO.

2 [2] Finita in αις aut αυς non inuenies alia ab his quæ hoc loco enumerãtur. tantùm itaq; notato, finita in αυς declinari quoque per εως, έι, &c. & nominatiuũ monosyllabum ἦυς apud poëtas diuidi in duas syllabas, νηῢς, γρηῢς: atque nominatiuum pluralem similem reperiri nominatiuo sing. αἱ ναῦς, νῆυς: γραῦς, γρῆυς. [*Sed Sylburg.* potius accusatiuũ pluralem similem dicit reperiri nominatiuo singulari. *sic enim Lascaris, Vr-*

ban

banus, Caninius. & nominatim Thomas in Atticis, νῆες (inquit) ἐπὶ εὐθείας, ὁ ναῦς· ἐπὶ δὲ αἰτιατικῆς, ναῦς, ὁ νῆας. atque ita Thucyd. αἱ νῆες ναυμαχοῦσι: &, καταχαῦσαι τὰς ναῦς. Pro Αἴαντος autem Doricè & poëticè dici non Αἴαν, sed Αἶα, monuimus supra p.124,23.] De horũ autẽ accusatiuo sing. dicetur suo loco. [3] Hæc sæpe substantiuata reperiuntur, & per substantiua Latinis redduntur: vt τὸ ἀληθὲς, *verũ, vel ipsa veritas*, & sic de aliis. Sunt autẽ primæ declinationis cõtractorũ, vel dicetur in sequẽtibus. 3

ειςει, ειος: ὁ κλεὶς, κλειός, *pecten*: sic adiectiuum εἷς, ἑνὸς, *vnus*: fœmininum μία, μιᾶς: neutrum ἓν ἑνός: & inde composita, μηδεὶς, μηδεμία, μηδέν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν, *nullus, a, um.*

ειςει, εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος, *Simoïs, Simoëntis, nomẽ fluuij in Phrygia*: ἡ Ὀπόεις, Ὀπόεντος, *Opûs, Opuntis, ciuitas in Locris*: itidem adiectiua, ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratiosus, a, um*: & participia ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, *verberatus*: at [1] ἡ κλεὶς, *clauis*, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα & κλεῖν. 1

ευς, εος communiter, ηος Ionicè, εως Atticè, ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, βασιλῆος, βασιλέως, *rex*: de hoc [2] postea. 2

FINITA In εις, facientia ενος, non inueniuntur, præter κλεὶς & εἷς, cum compositis, quæ ponuntur in cõtextu, μηδεὶς & οὐδεὶς, quasi μηδὲ vel οὐδὲ εἷς, *neque vnus, ne vnus quidem*: ideo poëtæ in neutro sæpe dicunt μηδέεν, οὐδέεν. † Æoles verò ponunt θ pro δ, μηθεὶς, οὐθεὶς, μηθὲν, οὐθέν. Reliqua igitur præter κλεὶς, faciunt εντος: & sunt vel propria, vel adiectiua, vel participia, quorum superiùs meminimus in εν, εντος, 135,15. Genus autẽ nominum in εις, facilè patet. adiectiua enim & participia, masculina sunt: propriorum genus significatione cognoscitur: quæ verò ponuntur in contextu, articulo genus indicant. Notandum autem, propria & adiectiua in όεις, interdum contractè efferri per οῦς, abiecto ι, & οε contractis in ου: vt ex ὀπόεις & πλακόεις, dicimus ὀποῦς, πλακοῦς, de quibus postea in οῦς, οῦντος. sic adiectiua in ήεις, interdum contrahuntur in ῆς, abiecto ι, & ηε in η contractis: vt ex τιμήεις & δαφνήεις, dicimus τιμῆς, δαφνῆς: itemque ἀχλῦς ex ἀχλύεις, teste Eustathio. de his vide in ῆς, ῆντος.

εις, ενος.

εις, εντος.

εις, ειδος.

ευς { εος cõmu. ηος Ionic. εως Att.

εις, ενος.

μηδέεν, οὐδέεν.
Æol. θ pro δ.

εις, εντος, propria, adiectiua, participia.
Masculina.

όεις, οῦς.

ήεις, ῆς.

ύεις, ῦς.

Doriſmus. 1 [1] In accuſatiuo plurali τὰς κλεῖδας, & Doricè κλᾶδας.

2 [2] In tertia declinatione contractorum.

ης,ητος. ης,ητος: ὁ λέβης, λέβητος, *lebes, cacabus*: ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος, *veſtis*. & item ſubſtantiua fœminina, quæ fiunt ab adiectiuis in ος: κακὸς, *malus*, ἡ κακότης, (κακότητος, *malitia*: vel ab adiectiuis in ὺς, vt δριμύτης *acrimonia*, à δριμὺς, *acer*.

ῆς,ῆντος. Ης, ῆντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος, *honoratus*: ὁ δαφνῆς, δαφνῆντος, *laureaceus*.

ης,εντος. ης, εντος: ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, *Clemens*: Οὐάλης, Οὐάλεντος, *Valens*.

ης,εος. ης, εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, *Demoſthenes*: ὁ Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, *Hercules*: ἡ τριήρης, τριήρεος, *triremis*: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέος, *verus, vera*.

ης,ητος. *Fœminina.* ης, ητος, faciunt ſubſtantiua appellatiua: & fœminina ſunt, præter ſequentia maſculina.

Maſculina.

ἄμης, *placentæ genus lacteæ.*	μύκης, *fungus.*
ἐπιβλὴς, *obex, peſſulus.*	πένης, *pauper.*
κέλης, *equus ſingularis, & paruum nauigium.*	σὴς, *tinea*: quidam malunt ἡ σής.
λέβης, *lebes, cacabus.*	τάπης, *tapes, ſtragulum.*

ῆς,ῆντος. ης,εντος. Per ηντος & εντος pauciſſima declinantur: & illa quidem fiunt ex ήεις, (vt diximus in εις, εντος) ac maſculina ſunt: hæc verò ſunt virorum propria, deducta à Latinis habentibus formam participiorum in *ens, entis*, vt Clemens, entis; Valens, entis. Per εος verò flectuntur infinita penè maſculina compoſita virorum propria, & adiectiua communia, & fœminina in ήρης, quæ tamen re vera adiectiua quoque ſunt, & cum quibus ſubintelligendum ſubſtantiuum ναῦς: vt τριήρης, *triremis*, ſcilicet nauis: ſic ἑνήρης, διήρης, *vniremis, biremis*, &c.

ης,εος. ήρης.

ις,ιος. ις, ιος: ὁ κὶς, κιὸς, *vermiculus qui in ligno vel frumento naſcitur*: ὁ ὄφις, ὄφιος, *ſerpens*: ἡ πόλις, πόλιος, *vrbs*.

ις,ιδος. ις, ιδος: ὁ Πάρις, Πάριδος, *Paris*: ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, *crepida, baſis*: & communia, ὁ καὶ ἡ ἄπολις, ἀπόλιδος, *extorris, exul*: ὁ καὶ ἡ φυγόπολις, *profugus*.

ις,ιθος. ις, ιθος: ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, *auis, ales*: ἡ μέρμις, μέρμιθος, *funiculus*.

Nomen

Nomen infinitum, ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ, *aliquis, quidam*, facit τινὸς: interrogatiuum autem, *quis, quæ, quid*, τίς, τί, τίνος, acuta penultima. — τὶς, τινός. τίς, τίνος.

FINITA In ις, quorum genus significatione cognosci non potest, fœminina sunt, exceptis iis quæ ponuntur in contextu alterius generis: his adde ὁ λὶς, λιός, *leo*: & λῖς, λιτὸς, *pannus lineus subtilis*. Hoc loco animaduertendum, CLENARDVM omisisse terminationem ις, ιτος: vt ἡ χάρις, χάριτος, *gratia*: sic eius composita, ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratiosus, a*: ὁ καὶ ἡ ἄχαρις, *expers gratiæ, iniucundus, a*. omisit & ισος: vt ἡ θέμις, θέμισος, *Ius*: ἡ χάρις, χάρισος. nam χάρις facit ιτος & ιδος & ισος. Cæterùm paucissima sunt desinentia in ις, quæ faciant ιθος vel ιτος aut ισος; sed penè innumera quæ faciunt ιος vel ιδος: atque hæc varietas est authorum lectione discernenda. scito tamen, pleraque nomina propria virorum ac mulierum facere ιδος: ιος verò omnia verbalia in σις, ξις, ψις: quæ multa sunt, & omnia secundæ declinationis Contractorum. — *Fœminina.* ις, ιτος. ις, ισος. *Per* ιθος, ιτος, ισος, *paucissima.* *Per* ιδος *propria.* *Per* ιος *verbalia in* σις, ξις, ψις.

ος, εος: τὸ τεῖχος, τείχεος, *murus*: & reliqua neutra. — ος, εος, *neutra.*

ος, ότος: τὸ τετυφὸς, τετυφότος, *quod verberauit*: participia sunt. — ος, ότος, *participia.*

HIC Notandum, omnia finita in ος quintæ declinationis, esse neutra: & nomina quidem facere εος, ac esse primæ declinationis contractorum: per ότος verò declinari sola participia præteriti perfecti temporis, vocis actiuæ & mediæ. — *Notio.*

ους, οος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς, *bos*. — ους, οος.

οῦς, οῦντος: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, *placenta*: ἡ Ὀποῦς, Ὀποῦντος, *Opûs, Opuntis*. — οῦς, οῦντος.

ους, οντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, *dens*: & participia; δοὺς, δόντος, *qui dedit*. Cæterùm πούς, ποδὸς, *pes*: sic composita, vt ἄπους, ἄποδος, *apes, expes, hoc est pedibus carens*. — οῦς, οντος. ους, οδος.

plurali præsentis, id est, *occisi sunt*, à πέφαμαι, *interfectus sum*; secundæ coniugationis verborum in μι, à themate φάω, πέφημι, id est, *occido*, per ε facta reduplicatione Ionicè. [*πέφανται Hesychius, Etymologus & Eustathius accipiunt rectius pro tertia plurali perfecti passiui, à themate φάω, retenta Characteristica, vt κέκρανται à κεράω per syncopen: (exponunt enim πεφονευμένοι εἰσὶ*, occisi sunt) *vt in illo hemistichio*, πλεῦνες σόοι ἠὲ πέφανται, plures salui sunt quàm occisi. *atque inde est non solum infinit.* πεφάσθαι occisum esse, *verum etiam composita* ἀρηίφατος à Marte (*vel in bello*) occisus, πρόσφατος recens occisus. *Sed reperitur etiam fut. paulo post* πεφήσεαι, occidêris, *ab eodem* φάω, *α in η verso: Il.ν*, ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, intérque hos tu perimêris. *at* πεφασμένος ταῦρος, interemptus taurus, *apud Lycophronem, à them.* φάζω, *deriuato à* φάω, *teste Eustathio. Alucinatus est etiam in* κεκράανται, *ver.21. dum tertiæ pluralis esse scribit, forsan quia Odyss. δ legerat*, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται, labrá elaborata erãt auro: *sed meminisse debuerat Atticam esse structuram, de qua & CLENARDVS in ratione Syntaxeos.*] [6] Idem accidere putatur quibusdam in αίνω: at κεκράανται, pleonasmo τοῦ α, detracto augmento, pro ἐκέκραντο, est tertia singularis, non pluralis; à verbo κραίνω, *perficio*, vt ἐπέφαντο à φαίνω. vnde Eustath. etiam singulariter exponit ἀπήρτιστο, τετελείωτο. itemque Hesych. [7] Sunt qui existiment hæc tantùm verba, μύω *claudo*, ἑλκύω *traho*, κναίω *seco, pungo*, κελεύω *iubeo*, ἀκούω *audio*, recipere σ cum verbis circumflexis in έω, άω & όω, quæ non mutant penultimam breuem in longam: de quibus copiosè sumus dicturi in Annotationibus in verba Circumflexa. [σ *recipiunt & alia verba, vt* σείω quatio, κλείω claudo. *sic* κρούω pulso: *vnde apud Lucianum*, μῶν παρακέκρουσμαί σε; num circumueni te? *& tamen est inde verbale* κροῦμα, *id est*, sonus pulsu excitatus, *sine σ.*] Porrò κλείω, *laudo, celebro*, facit κέκλειμαι & κέκλεισμαι.

ANNOTATIO.

In primis editionibus.

6 κεκράανται.

7 *Quæ verba sextæ accipiant σ, & quæ non.*

ANNOTATIO.

Aoristus prim.

Aorist. 1. { ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη, *verberatus fui*:
ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην:
ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, [1] ἐτύφθησαν.

1 *Formatio aoristi primi.*

Formatur à tertia perfecti, mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas; τέτυπται, ἐτύφθην, *verberatus est, verberatus fui*: λέλεκται, ἐλέχθην, *dictus est, dictus fui*; πέπεισαι, ἐπείσθην, *persuasus est, persuasus fui*, &c.

Ao-

Aoristus sec.

Aorist.2. { ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη: ἐτύπητον, ἐτυπήτην:
1 ἐτύπημεν, ἐτύπητε, [1] ἐτύπησαν.

Formatio aoristi secundi.

Mutat ον actiui in ην, ἔτυπον, *verberaui*, ἐτύπην, *verberatus fui, vel vapulaui.*

Annotatio.

Caret vterq; aoristus prima duali. nam inflexionē habet actiuorū; siquidem plurale in μεν.

Futurum primum.

Futurū 1. { τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται: τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον: τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

Formatio futuri primi.

A primo aoristo ἐτύφθην, τυφθήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Futurum secundum.

Futurū 2. { τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται: τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον: τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Formatio futuri secundi.

A secundo aoristo ἐτύπην, τυπήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Paulò pòst futurum.

Est Græcis tempus in verbis passiuis, quod vocatur μετ᾽ ὀλίγον μέλλων, hoc est, paulò pòst futurum, [a] quoties actio iam mox adfutura signatur.

a Id est, quum quid impendêre videtur.

Paulò pòst futurum. { τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται: τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον: τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

Paulò post futuri formatio.

Fit à secunda perfecti, interposito ομ; τέτυψαι, *verberatus es*, τετύψομαι, *mox verberabor, & penè iam verberatus sum:* seruatque augmentum in omni modo.

Bœotismus.

1 [1] BOEOTICE Et Æolicè ἔτυφθεν, nam Bœoti tertiam pluralem vtriusque aoristi passiui formant à prima singulari, mutando ην in εν. At μιάνθην αἵματι μηροί, *polluta sunt sanguine femora*, Iliad. 8. non mutat η: vel est syncope, pro μιανθήτην, reiecto augmento à μιαίνω, *polluo, contamino.*

Imperatiuus.

1 Imperat. præs. & imperf. { [1] τύπτου, τυπτέσθω, *verberare, beretur:* τύπτεσθον, τυπτέσθων, *ramini, entur duo:*
2 τύπτεσθε, [2] τυπτέσθωσαν, *ramini, rentur.*

Futu

Perfectum & plusqu. perfectum.	τέτυψο, τετύφθω, *verberatus esto, &c.* τέτυφθον, τετύφθων: τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona fit à secunda plusquamperfecti; ἐτέτυψο, τέτυψο, *verberatus eras, verberare*: ἐλέλεξο, λέλεξο, *dictus eras, dicere*: ἐπέπεισο, πέπεισο, *persuasus eras, persuadere*: ὤρυξο, ὤρυξο, *fossus eras, fodere.* — *Formatio perfecti.*

Tertia verò [3] à tertia eiusdem temporis, migrante το in θω; & reliquis item tenuibus in aspiratas; ἐτέτυπτο, τετύφθω, *verberatus erat, verberetur*: ἐλέλεκτο, λελέχθω, *dictus erat, dicatur*; ἐπέπειστο, πεπείσθω *persuasus erat, persuadeatur.* Quòd si το sit purum, assumitur σ; ἐκέκειτο, κεκείσθω, *accusatus erat, accusetur.* — 3 πτο φθω. κτο χθω. στο σθω. λτο λθω. ρτο ρθω. ντο νθω. το σθω.

Aorist. 1.	τύφθητι, τυφθήτω, *verberator tu, tor ille:* τύφθητον, τυφθήτων, *raminor, ntor duo:* τύφθητε, τυφθήτωσαν, *eraminor, antor.*	*ab* ἐτύφθην.
Aorist. 2.	τύπηθι, τυπήτω: τύπητον, τυπήτων: τύπητε, τυπήτωσαν.	*ab* ἐτύπην.

Aoristi desinunt in θι: sed prior hîc in τι propter alterum θ præcedens, τύφθητι, non τύφθηθι. sic tertia singularis vtriusque, & reliqui numeri per τ, non θ; τυπήτω, τύπητον, &c. — *Annotatio.* *θι, non θηθι.*

[1] Fit à τύπτομαι, mutando ομαι in ου: vel à secunda imperfecti ἐτύπτου, cui similis est hæc secunda imperatiui, reiecto augmento: ideoque dialectorum varietatem eodem modo recipit, nempe Ionicè τύπτεο, quasi à τύπτεσο, abiecto σ: vnde facta est communis & Attica τύπτου per crasin εο in ου, & Dorica τύπτευ. Idem iudicium de reliquis temporib. imperatiuorum in ου finitis. — 1 *Formatio præsentis imperatiui. eiusq; in dialectis varietas.*

[2] Atticè τυπτέσθων. nam Attici in hoc præsenti, atque in vtroque aoristo imperatiui medij, tertiam pluralem eandem cum tertia duali faciunt, syllaba σαν per syncopen detracta. — 2 *Atticismus.*

[3] Vel breuiùs: à secunda duali eiusdem temporis indicatiui, migrãte ον in ω, vt diximus 165, 44. — 3

Optatiuus pass. à τύπτομαι.

Optatiui præs. & imperf. { τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο, verberarer: τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην: τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Annotatio. 1 [1] Omnium Optatiuorum penultima est diphthongus.

à τέτυμμαι.

Perfectū & plusq. perfectū. { τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη, verberatus essem: τετυμμένω εἴητον, εἰήτην: τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Annotatio. In verbis Barytonis semper opus est periphrasi per participiū & verbum substātiuum.

ab ἐτύφθην.

Aorist. 1. { τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη, verberat⁹ sim (vel fuerim: τυφθείητον, τυφθειήτην: τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

ab ἐτύπην.

Aorist. 2. { τυπείην, τυπείης, τυπείη: τυπείητον, τυπειήτην: τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

à τυφθήσομαι.

Futurū 1, { τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο, verberer: τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην: τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

à τυπήσομαι.

Futur. 2. { τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο: τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην: τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

à τετύψομαι.

Paulo post futurum. { τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο, mox verberer: τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην: τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

1 [1] INTELLIGE In prima persona numeri singularis, vt iam diximus in voce actiua.

Subiunctiuus passiuus. à τύπτομαι.

Subiúctiui præs. & imperfect. ἐὰν { τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται, si verberer vel (rarer: τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον: τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

à τέτυμμαι.

Perfectū & plusquā ἐὰν perfectum { τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ, si verberatus sim (vel essem: τετυμμένω ἦτον, ἦτον: τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Annotatio. 1 [1] Et hîc & in Optatiuo circumloquimur hoc perfectum, vt tertiam pluralem indicatiui:

Aor

Aoristus 1. ἐὰν { τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ, *si verberat⁹ sim vel* τυφθῆτον, τυφθῆτον: (*fuerim vel fuero:* τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι. }

ab ἐτύφθην.

Aoristus 2. ἐὰν { τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ: τυπῆτον, τυπῆτον: τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι. }

ab ἐτύπην.

[1] IN Hoc tamen differunt, quòd tertia pluralis perfecti indicatiui fit citra circumlocutionem, quoties tertia singularis desinit in ται purum, 189,8. quod accidit quibusdã verbis Quintæ & Sextæ: at perfectũ in Optatiuo aut subiunctiuo non fit citra circumlocutionem, nisi in verbis in μι & quibusdam Circumflexis, ductis à verbis Sextæ in έω, άω, όω & ύω, vt suo dicetur loco. 1

Infinitiui præs. & imperf. τύπτεσθαι, *verberari.*

Infinitiuus pass. à τύπτομαι.

Perfectum & plusquamperfectum, τετύφθαι, accentu in penultima, *verberatum esse vel fuisse.*

à τέτυφθον, secunda duali.

Aoristus primus, τυφθῆναι, *verberatum esse.* *ab ἐτύφθην.*

Aoristus secundus, τυπῆναι. *ab ἐτύπην.*

Futurum primum, τυφθήσεσθαι, *verberatũ iri.* *à τυφθήσομαι.*

Futurum secundum, τυπήσεσθαι. *à τυπήσομαι.*

Paulo post fut. τετύψεσθαι, *mox verberatum iri.* *à τετύψομαι.*

Infinitiui in σθαι, fiunt [1] à secunda plurali indicatiui, verso ε in αι, τύπτεσθε, τύπτεσθαι. 1

Formatio infinitiuorum in σθαι.

[1] VEL A prima singulari, mutando ομαι in εσθαι. at perfectum infinitiui (quod tamen non tantùm desinit in σθαι, sed etiam in φθαι, χθαι, λθαι, ϛθαι & ρθαι) commodiùs formatur à secunda duali, verso ον in αι: vel, vt Author ait, in finitis in σθαι, à secunda plurali, verso ε in αι. 1

Participij præs. & imperf. { ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου, [1] *qui* / ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης, *quæ* / τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου, *quod* } *verberatur.* 1

Participia pass. à τύπτομαι.

Perfect. & plusquamperfectũ. { ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου, *verberatus:* / ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης, *verberata:* / τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου, *verberatũ.* }

à τέτυμμαι,

Aorist. 1. { ὁ τυφθείς, τοῦ τυφθέντος, *verberatus:* / ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης, *verberata:* / τὸ τυφθέν, τοῦ τυφθέντος, *verberatum.* }

ab ἐτύφθην.

ἀπὸ ἐτύπην.

Aor. 2. { ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος: ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης: τὸ τυπὲν, τοῦ τυπέντος.

ἀπὸ τυφθήσομαι.

Fut. 1. { ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου, *verberãdus:* ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης, *verberãda:* τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου, *verberãdũ.*

ἀπὸ τυπήσομαι.

Fut. 2. { ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου; ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης: τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

ἀπὸ τετύψομαι.

Paulo-post futurum { ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου, } *-ndus:* ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης, *mox,* } *-nda:* τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου, } *-ndum.*

Annotatiuncula.

Accentus perfecti in penultima: reliquorum in μενος in antepenultima: at aoristi acuuntur. Cæterùm μενος & μενον ad tertiam pertinent declinationem, εὶς & εν ad quintam: omnia autem fœminina ad secundam.

1 [1] Qvomodo Latinè reddi debeant participia verborum passiuorum ac deponentium, diximus 158,10.

VERBVM MEDIVM.

Mediũ, & cur ita dicatur.

1 Mediũ verbum siue Commune, [1] quod nunc actiuè capitur, nũc passiuè; *βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum: βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico:* sic *ἄγομαι, duco, ducor: κομίζομαι, porto, portor.*

In voce media quæ attinenda.

Ab actiuis autem non tantùm passiua deducuntur, sed etiam media; quorum & inflexio & significatio partim actiua, partim passiua.

Præsens & præteritum imperfectũ, non tantùm inflectẽdi ratione, verùm & voce penitus eadem sunt cum verbo passiuo. Perfectum & plusquamperfectum, sortita sunt terminationem actiuam: aoristi ac futura, passiuam.

Perfectum medium.

Indicatiui perfectum. { τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε, *verberaui, vel* τετύπατον, τετύπατον: (*verberatus sum:* τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Medium

Formatio perfecti medij.

Medium præteritũ formatur ab actiuo, collocata figuratiua litera pręsentis pro figuratiua præteriti actiui; τέτυφα, τέτυπα, à τύπτω. Nam desinentiũ in πτω, κτω, μνω, formatiua litera est prior cõsonans; τίκτω, τέτοχα, τέτοκα, *pario, peperi, peperi*: τέμνω, τέτμηκα, τέτομα, *incido, incidi, incidi*, vt dictum est suprà *pag. 158, 27. 178, 15.*

Annotatio.

Annotatiuncula in perfectum medium.

Praeterea Quartę coniugationis futurum ξω, characteristicõ facit γ; πλήσσω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγα, *percutio, percutiam, percussi vel percussus sum*: σω autem δ, φράζω, φράσω, πέφρακα, πέφραδα, *dico, dicam, dixi*; vt etiam notatum est in secundo aoristo verbi actiui.

Trium verò temporũ eadem est figuratiua, secũdi aoristi, secũdi futuri, & præteriti medij.

In Sexta coniugatione characteristicon est [2] vocalis aut diphthõgus; λύω, λέλυκα, λέλυα, *soluo, solui, solui vel solutus sum*: ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουα, *audio, audiui, audiui vel auditus sum*: quamquam hoc tempus hîc rarum. 2

Penultima eadẽ quæ in actiuo, τέτυφα, τέτυπα. Disyllabi futuri penultima ε migrabit in[3] ο; λέγω, λέξω, λέλεχα, λέλογα, *dico, &c.* at diphthõgus ει in οι; πείθω, πείσω, πέπεικα, πέποιθα, *persuadeo, &c.* 3

ε in ο.

ει in οι.

Vocalis α præsentis, interdum seruatur; ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλα, *fidibus cano, &c.* [4] interdum vertitur in η, θάλλω, τέθαλκα, τέθηλα, *germino, &c.* diphthongus autem αι in η diphthongum impropriam; φαίνω, πέφηνα, *ostendo, ostendi vel ostensus sum, visus sum.* 4

α in η.

αι in η.

Plusquamperfectum.

Plusq. perf.	ἐτετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει, *verberaueram, vel* ἐτετύπειτον, ἐτετυπείτην: (*verberatus eram*): ἐτετύπειμεν, ἐτετύπειτε, ἐτετύπεισαν.

Aoristus prim.

Aor. 1.	ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο: ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην: ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Formatio aoristi primi.

Additur μην ad actiuum; ἔτυψα, *verberaui*, ἐτυψάμην, *verberaui vel verberatus sum.*

Aoristus sec.

Aorist. 2. { ἐτυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο:
ἐτυπόμεθον, ἐτύπεσθον, ἐτυπέσθην.
ἐτυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

Formatio aoristi secundi.

Mutatur ον actiui in όμην: ἔτυπον, ἐτυπόμην.

Futurum prim.

5 Futurũ 1. { [5] τύψομαι, τύψῃ, τύψεται:
τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον:
τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

Formatio futuri primi.

Actiuum ω Barytonum in ομαι, τύψω, *verberabo*, τύψομαι, *verberabo vel verberabor.*

Futurum sec.

Futurũ 2. { τυποῦμαι, τυπῇ, τυπεῖται:
τυπούμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον:
τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

Formatio futuri secundi.

Futurũ primũ quintæ Coniugationis οῦμαι.

Annotatio.

Etiam hoc fit ab actiuo, vertendo ῶ Circumflexum in οῦμαι: τυπῶ, τυποῦμαι. Ideoque in Quinta coniugatione primum quoque futurum desinit in οῦμαι; nam actiuum in ῶ circumflectitur: vt à σπείρω, *semino*, primum futurum actiuum σπερῶ, medium autẽ σπεροῦμαι: secundum verò actiuum σπαρῶ, medium σπαροῦμαι. [6] Accidit igitur hîc idem esse vtrumque futurum tam actiuum quàm medium; ψάλλω, ψαλῶ, ψαλοῦμαι, *fidibus cano.*

1 [1] NON Tamen omnia verba media actiuam simul & passiuam significationem habent: sed quædam actiuam tantùm, quædam passiuam, & alia vtramque. quod discrimen vsu meliùs quàm præceptionibus colligetur.

2 [2] Sed non semper est eadem cum figuratiua aoristi secundi & futuri secundi; vt ipse regula præcedenti affirmabat. nam ibi est semper breuis, hîc verò interdum longa: vt ab ἀκούω *audio*, non tantùm est ἤκοα, vt ἤκοον in aoristo secundo: sed etiam ἤκουα, vnde verbale ἀκουὴ apud Homerum.

ANNOTATIO.

[*ἤκουα agnoscit etiam Herodianus: at Ælius Dionysius quærendum esse scribit, quomodo ab ἀκούω sit perfectum medium ἀκήκοα, quum à verbis puris in αύω, εύω & ουω, non reperiantur nec perfecta media, nec aoristi secundi actiui, passiui, aut medij: qualia recẽset χναύω, ψαύω: βασιλεύω, στραλεύω, παιδεύω: λούω, κρούω.*

non

non immerito igitur suspectũ sequẽs πέπαυα.] sic δέδηα est ἀνδάνω, & ἦα ab ἕω, teste Lascari. à παύω quoque, id est, *sedo*, cuius aoristus secundus est ἔπαον, præteritum medium putatur esse πέπαυα. in quibus vides diphthongos, non nudas vocales, sicut in aoristo. Verùm hæc tempora (vt ipse author ait) vix inueniuntur in verbis Sextæ, præcipuè si desinant in δύω, αύω, όυω, & hyperdisyllaba in ύω. [3] Tamen disyllaba finita in έλω per vnicum λ, retinent hîc ε: vt τέλω, τέτελα, *perficio, perfeci.* [*τέλω agnoscit non Vrbanus modo, sed etiam Lascaris in minore pariter & maiore Grammatica: forsitan tamen vt à δυπέω & μυκάω sunt δέδυπα & μέμυκα, sic τέτελα à τελέω: quum verbi τέλω nullum proferatur exemplum.*] μέλω, μέμελα, & ectasi μέμηλα, *curo, curaui.* hoc autem fit, quia veniunt tanquam à τελέω, μελέω. vide Annotationes in præteritum medium. Porrò ἀνέθω per metathesim ex ἀνθέω, id est *floreo*, quamuis sit trisyllabum, tamen mutat penultimam ε in ο, ἐνήνοθα: compositum cum ἐν, ἐνήνοθα: cum ἐπὶ, ἐπενήνοθα, *florui super*. quidam tamen aliter deducunt. [4] Hoc fit tantùm in verbis θάλλω, *germino*, & κλάζω, *clango*: præteritum med. κέκληγα, vnde participium κεκληγώς, in plur. οἱ κεκληγότες: pro quo Homerus κεκλήγοντες † Æolicè, vt εἰρήκοντες pro εἰρηκότες dici Corinthus tradit: nisi malis esse præsens, à them. κεκλήγω. [5] Notandum, Atticos sæpe vsurpare futura mediorum loco actiuorum, reiectis actiuis. [6] Imò semper in hac coniugatione est idem, nisi in verbis quorum penultima est ε, aut in disyllabis quorum penultima est ει. tantùm in Quinta coniugatione eædem sunt terminationes vtriusque futuri per omnes modos & participia. inuenitur tamen in primo futuro ἄλεται pro ἀλεῖται, *saliet*, ab ἅλλομαι, *salio*. & Ionicè (vt dictum est 179,15.) huiusmodi syllabæ circumflexæ dissoluuntur, ac præposito ε, terminationes futuri secundi siue primi in Quinta, sunt eædem cum terminationibus præsentis siue futuri aliarum coniugationum. dicitur enim έομαι, έῃ vel έεαι, έεται: εόμεθον, έεσθον, έεσθον: εόμεθα, έεσθε, έονται, pro οῦμαι, ῇ, εῖται: οὔμεθον, εῖσθον, &c. sic in infinitiuo ἑσα[?] pro εῖσθαι.

3
ANNOTATIO.
ἐπενήνοθα.
4
κεκλήγοντες.
5 *Atticismus.*
6 *Annotatio.*

Imperatiui perfectũ & plusq̃perf. { [1] *τέτυπε, τετυπέτω, verbera, vel verberare:* τετύπετον, τετυπέτων: τετύπετε, τετυπέτωσαν.

1 *Imperatiuus mediu.* ἀ τέτυπα.

ab ἐτυψάμην.

Aor. 1. { τύψαι, τυψάσθω, *verberato vel verberator:* τύψασθον, τυψάσθων: τύψασθε, τυψάσθωσαν.

ab ἐτυπόμην.

Aor. 2. { τυποῦ, τυπέσθω: τύπεσθον, τυπέσθων: τύπεσθε, τυπέσθωσαν.

Annotatio. ANNOTATIO.

1 [1] Hoc Singulare in raro est vsu; sed vtimur circumlocutione per participium perfectum medium, & imperatiuum verbi substantiui εἰμὶ, *sum:* vt τετυπὼς ἴσθι: quasi *verberatus esto.* [*Sed Annotationē istam Ælius Dionysius restringere videtur ad verba pura, & numerū singularem. postquam enim dixit,* σπάνιοι δὲ καὶ οἱ μέσοι παρακείμενοι εἰσιν ἐν ἑνικῷ [illegible], *subiungit, vsu obtinuisse vt ista perfecta sic enuntientur,* νενοηκὼς ἴσθι, πεποιηκὼς ἴσθι: *exempla purorum, nō impurorum verborū proferens.*]

Optatiuus medius. *à τέτυπα.*

Optatiui pf. & plusquamperf. { τετύποιμι, τετύποις, τετύποι, *verberauissem, vel us essem:* τετύποιτον, τετυποίτην: τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.

ab ἐτυψάμην.

Aor. 1. { τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο, *verberauerim vel us fuerim:* τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην: τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.

ab ἐτυπόμην.

Aor. 2. { τυποίμην, τύποιο, τύποιτο: τυποίμεθον, τύποισθον, τυποίσθην: τυποίμεθα, τύποισθε, τύποιντο.

à τύψομαι.

Fut. 1. { τυψοίμην, τύψοιο, τύψοιτο, *verberē vel verberer:* τυψοίμεθον, τύψοισθον, τυψοίσθην: τυψοίμεθα, τύψοισθε, τύψοιντο.

à τυποῦμαι.

Fut. 2. { τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο: τυποίμεθον, τυποῖσθον, τυποίσθην: τυποίμεθα, τυποῖσθε, τυποῖντο.

Annotatio.

Cum aoristo secundo consentit voce, sed differt accentu.

Subiunctiuus [illegible] *à τέτυπα.*

Subiūctiui perf. & ἐὰν plusquāpf. { τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ, *si verberauissē vel atus essem:* τετύπητον, τετύπητον: τετύπωμεν, τετύπητε, τετύπωσι.

Aor.

Aor. 1. ἐὰν { τύψωμαι, τύψῃ, τύψηται, *si verberauero vel* / τυψώμεθον, τύψησθον, τύψησθον, (*tus fuero:* / τυψώμεθα, τύψησθε, τύψωνται. — *ab ἐτυψάμην.*

Aor. 2. ἐὰν { τύπωμαι, τύπῃ, τύπηται: / τυπώμεθον, τύπησθον, τύπησθον: / τυπώμεθα, τύπησθε, τύπωνται. — *ab ἐτυπόμην.*

Infinitiui perfectū & plusquamperfectum τετυπέναι, *verberauisse vel verberatū esse.* Aoristus primus, τύψασθαι, *verberauisse vel verberatū fuisse.* Aoristus secundus, τυπέσθαι. Futurum primum τύψεσθαι, *verberaturum vel verberandum esse.* Futurum secundum, τυπεῖσθαι, per ει circumflexum: at secundus aoristus per ε acutum, τυπέσθαι.

Infinitiuus medius. *à τέτυπα.* *ab ἐτυψάμην.* *ab ἐτυπόμην.* *à τύψομαι.* *à τυποῦμαι.* *Annotatio.*

Participij perfect. & plusquāpf. { τετυπὼς, τετυπότος, *qui verberauit vel* / τετυπυῖα, τετυπυίας: (*verberatus est:* / τετυπὸς, τετυπότος. — *Participia media.* *à τέτυπα.*

Aoristus 1. { τυψάμενος, τυψαμένου, *qui verberauit* / τυψαμένη, τυψαμένης: (*vel ratus est:* / τυψάμενον, τυψαμένου. — *ab ἐτυψάμην.*

Aoristus 2. { τυπόμενος, τυπομένου: / τυπομένη, τυπομένης: / τυπόμενον, τυπομένου. — *ab ἐτυπόμην.*

Futurū 1. { τυψόμενος, τυψομένου, *verberaturus vel* / τυψομένη, τυψομένης: (*verberandus:* / τυψόμενον, τυψομένου. — *à τύψομαι.*

Futurū 2. { τυπούμενος, τυπουμένου: / τυπουμένη, τυπουμένης: / τυπούμενον, τυπουμένου. — *à τυποῦμαι.*

Atque hactenus de verbis Barytonis.

CONTRACTIONES VERBORVM.

A Barytonis Sextæ coniugationis in έω, άω, όω, fiunt per contractionem verba quę vocantur Circumflexa, ob id quòd duabus syllabis in vnam contractis, accentum possideant cir-

Vnde & quomodo fiant verba Circūflexa.

cumflexum : ποιέω ποιῶ, *facio* : βοάω, βοῶ, *clamo*: χρυσόω, χρυσῶ, *inauro* : έω, άω & όω coaleſcentibus in ῶ : ſiquidem ex accentu acuto & graui naſcitur circumflexus. itidem in reliquis perſonis; ποιέεις ποιεῖς, *facis*: βοάεις βοᾷς, *clamas* : χρυσόεις χρυσοῖς, *inauras* : de quib. poſtea. Neque hîc eſt quicquam peculiare, niſi quòd ex tribus illis Characteriſticis, α, ε, ο, & vocali aut diphthógo ſequente, certo quodam modo fiat craſis, haud aliter atque in contractis nominibus, quæ, exceptis contractionibus, planè quintæ ſunt declinationis.

Regula.

Quid habeant commune circumflexa cũ Barytonis, & quæ in re ab illis diſſentiant.

Et quemadmodũ illic nõ in omnibus caſibus ſemper fit cõtractio, licet genitiuus deſinat in ος purũ, ita hîc non omne tẽpus eſt capax cõtractionis, ſed tantùm præſens & imperfectũ, idq; in omnib. modis ac participiis: quia, cùm illę terminationes quę ſequũtur πτ in τύπτω, τύπτεις, τύπτει, in ſexta cõiugatione his locis reperiãtur purę, ποιέω, ποιέεις, ποιέει, recepta eſt in quibuſdam cõtractio; nempe in iis quę ante ω habent vnã è figuratiuis α, ε, ο: pro quarũ numero redduntur coniugationes Circumflexorũ, vbi craſes ex iſtis vocalib. ad hunc fiunt modum:

Quæ tempora contrahantur.

Prima,			Secunda,			Tertia,		
Figuratiua ε	ε	ει	Figuratiua α	ε	α	Figuratiua ο	ε	ου
	ο	ου		ο	ω		ο	ου
	η	η		η	α		*η	ω
	ω	ω		ω	ω		ω	ω
	ῃ	ῃ		ει	ᾳ		ῃ	οι
	οι	οι		οι	ῳ		οι	οι
	ου	ου		ου	ω		ου	ου
	ῃ	ῃ.		ῃ	ᾳ.		ῃ	οι.

Inflexio verò & formatio iſtiuſmodi verborum per omnia genera, modos & participia, ſeſe habet vt prẹſcriptũ eſt in Barytonis. Futurum enim

** Ceporino & quibuſdã aliis οη contrahitur in οι, ω, & ου. qui. Gazam ſecuti sũt autorẽ. nã is in verborũ cõtractorũ regulis tradit ο & η cõtrahi in ω vel in ου, vt ἐαὼ χρυσόῃ, ἐαὼ χρυσώσῃ vel χρυσοῖ. Vide & infra in pag. 208, 26.*

enim omnium circumflexorum desinit in σω, præteritum in κα; à quibus reliqua deriuantur tempora, iuxta canones Barytonorum.

De circumflexorũ inflexione & formatione annotatio.

PRIMA coniugatio circumflexorum, fit à verbis sextæ coniugationis Barytonorũ in έω; ποιέω ποιῶ. Futurum in ήσω, vertendo ε in η, ποιήσω: vnde præteritum in ηκα, πεποίηκα.

Paradeigma verborum circumflexorũ primæ coniugationis.

VERBI ACTIVI.

Præsens.

Indicatiui præsens. { ποιέω ῶ, ποιέεις εῖς, ποιέει εῖ:
ποιέετον εῖτον, ποιέετον εῖτον:
ποιέομεν οῦμεν, ποιέετε εῖτε, ποιέουσι οῦσι.

Imperfectum.

Imperf. { ἐποίεον ουν, ἐποίεες εις, ἐποίεε ει:
ἐποιέετον εῖτον, ἐποιεέτην είτην:
ἐποιέομεν οῦμεν, ἐποιέετε εῖτε, ἐποίεον ουν.

Perfectum, πεποίηκα, πεποίηκας, &c. vt τέτυφα, τέτυφας. Plusquamperfectum, ἐπεποιήκειν. Aoristus primus, ἐποίησα. Futurum primum, ποιήσω.

Imperatiuus.

Imperatiui præsens & imperfect. { ποίεε ει, ποιεέτω είτω:
ποιέετον εῖτον, ποιεέτων είτων:
ποιέετε εῖτε, ποιεέτωσαν είτωσαν.

Perfectum & plusquamperfectum, πεποίηκε. Aoristus primus, ποίησον. Secundus aoristus, secundum futurum, & præteritum medium quando reperiantur, dicetur * postea.

*In Annotationibus in verba Circumflexa, 213, 36.

Optatiuus.

Optatiui præs. & imperf. { ποιέοιμι οῖμι, ποιέοις οῖς, ποιέοι οῖ:
ποιέοιτον οῖτον, ποιεοίτην οίτην:
ποιέοιμεν οῖμεν, ποιέοιτε οῖτε, ποιέοιεν οῖεν.

Perfectum & plusquamperfectum, πεποιήκοιμι. Aoristus primus, ποιήσαιμι. Futurum primum, ποιήσοιμι.

Subiunctiuus.

Subiũctiui præs. ἐὰν & imperf. { ποιέω ῶ, ποιέῃς ῇς, ποιέῃ ῇ:
ποιέητον ῆτον, ποιέητον ῆτον:
ποιέωμεν ῶμεν, ποιέητε ῆτε, ποιέωσι ῶσι.

Perfectum & plusquamperfectum, πεποιήκω. Aoristus primus, ποιήσω.

Infinitiuus.

Infinitiui præsens & imperfectũ, * ποιέειν, εῖν.

* Et Doricè ποιὲν, 119, 43.

Per

Perfectum, πεποιηκέναι. Aoristus primus, ποιῆσαι. Futurum primum, ποιήσειν.

Participia actiua.

Participij præsens & imperf.
ποιέων ῶν, ποιέοντος οῦντος:
ποιέουσα οῦσα, ποιεούσης ούσης:
ποιέον οῦν, ποιέοντος οῦντος.

Perfectum & plusquamperfectum, πεποιηκώς. Aoristus primus, ποιήσας. Futurum primum, ποιήσων.

VERBI PASSIVI.

Passiuum primæ Circumflexorum.

Præsens.

Indicatiui præs.
ποιέομαι οῦμαι, ποιέῃ ῇ, ποιέεται εῖται: (εῖσθον:
ποιεόμεθον ούμεθον, ποιέεσθον εῖσθον, ποιέεσθον
ποιεόμεθα ούμεθα, ποιέεσθε εῖσθε, ποιέονται οῦνται.

Imperfectum.

Imperf.
ἐποιεόμην ούμην, ἐποιέου οῦ, ἐποιέετο εῖτο: (εῖσθην:
ἐποιεόμεθον ούμεθον, ἐποιέεσθον εῖσθον, ἐποιεέσθην
ἐποιεόμεθα ούμεθα, ἐποιέεσθε εῖσθε, ἐποιέοντο οῦντο.

Perfectum.

Perfect.
πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται:
πεποιήμεθον, πεποίησθον, πεποίησθον:
πεποιήμεθα, πεποίησθε, πεποίηνται.

Plusquamperfectum.

Plusquā perfectum.
ἐπεποιήμην, ἐπεποίησο, ἐπεποίητο:
ἐπεποιήμεθον, ἐπεποίησθον, ἐπεποιήσθην:
ἐπεποιήμεθα, ἐπεποίησθε, ἐπεποίηντο.

Aoristus primus, ἐποιήθην. Futurum primum, ποιηθήσομαι. Paulo post futurum πεποιήσομαι.

Imperatiuus.

Imperatiui præsens & imperfect.
ποιέου οῦ, ποιεέσθω είσθω:
ποιέεσθον εῖσθον, ποιεέσθων είσθων:
ποιέεσθε εῖσθε, ποιεέσθωσαν είσθωσαν.

Perfect. & plusquamperfectum.
πεποίησο, πεποιήσθω:
πεποίησθον, πεποιήσθων:
πεποίησθε, πεποιήσθωσαν.

Aoristus primus, ποιήθητι.

Optatiuus.

Opt. pr.
ποιεοίμην οίμην ποιέοιο οῖο, ποιέοιτο οῖτο: (οίσθην:
ποιεοίμεθον οίμεθον, ποιέοισθον οῖσθον, ποιεοίσθην
ποιεοίμεθα οίμεθα, ποιέοισθε οῖσθε, ποιέοιντο οῖντο.

Perfect. & plusquam perfectum
πεποιήμην, πεποιῇο, πεποιῇτο:
πεποιήμεθον, πεποίησθον, πεποιήσθην:
πεποιήμεθα, πεποίησθε, πεποιῇντο.

ANNO

ANNOTATIO.

*FLEXIO perfecti & plusquamperfecti Optatiui apud Lascarim in tractatu De vocalibus subscriptis, proparoxytonως est, πεποιήμην, πεποίῃο, πεποίῃτο : βεβοήμην, βεβόῃο, βεβόῃτο : itemque κεχρυσώμην, κεχρύσῳο, κεχρύσῳτο. In Isagoge quoque proparoxytonως apud eundem legitur κεχρυσώμην, κεχρύσῳο, κεχρύσῳτο : at properispωmenως πεποιῇο πεποιῇτο : & βεβοῇο, βεβοῇτο. Rursum proparoxytonos flexio legitur apud Chalcocondylam quoque, & Chrysoloram : sed in subiunctiuo omnes vno consensu flexionem habent properispωmenam. quæ causa fuit, opinor, cur recẽtiores vt in subiunctiuo, sic etiam in Optatiuo properispωmenam flexionem sequi maluerint, præsertim quum eandem verbis in μι tribui viderent in vtroque modo.

Aoristus primus, ποιηθείην. Futurum primum, ποιηθησοίμην. Paulo post futurum, πεποιησοίμην.

Subiunctiuus.

Subiunctiui, præs. & imp.
- ποιέωμαι ῶμαι, ποιέῃ ῇ, ποιέηται ῆται:
- ποιεώμεθον ώμεθον, ποιέησθον ῆσθον, ποιέησθον ῆσθον:
- ποιεώμεθα ώμεθα, ποιέησθε ῆσθε, ποιέωνται ῶνται.

Perfectum & plusquamperf.
- πεποιῶμαι, πεποιῇ, πεποιῆται:
- πεποιώμεθον, πεποιῆσθον, πεποιῆσθον:
- πεποιώμεθα, πεποιῆσθε, πεποιῶνται.

Aoristus primus, ἐὰν ποιηθῶ.

Infinitiuus.

Infinitiui præsens & imperf. ποιέεσθαι ποιεῖσθαι. Perfectũ & plusquamperfectũ, πεποιῆσθαι, per ῆ circumflexũ. Aoristus primus, ποιηθῆναι. Futurũ primũ, ποιηθήσεσθαι. Paulopostfuturũ, πεποιήσεσθαι.

Participia passiua.

Participij præs. & imperf.
- ποιεόμενος ούμενος, ποιεομένου ουμένου:
- ποιεομένη ουμένη, ποιεομένης ουμένης:
- ποιεόμενον ούμενον, ποιεομένου ουμένου.

Perfectũ & plusquamperfectũ, πεποιημένος. Aoristus primus, ποιηθείς. Futurũ primum, ποιηθησόμενος. Paulòpòstfuturum, πεποιησόμενος.

VERBI MEDII.

Medium primæ Circumflexorũ.

Præsens & imperfectum eadẽ cum passiuis. Perfectum, plusquamperfectũ, aoristus secundus, & futurũ secundum, quãdo reperiantur,

dice

* In Annotationibus in hęc verba circumflexa, 213, 36.

dicemus * postea. Restant igitur in verbis circumflexis duo tantum tempora, primus aoristus, & primum futurum, quæ legem sequuntur Barytonorum; hoc pacto:

Aoristus primus med. per omnes modos.

Primus aoristus Indicatiui, ἐποιησάμην: Imperatiui, ποίησαι: Optatiui, ποιησαίμην: Subiūctiui, ποιήσωμαι: Infinitiui, ποιήσασθαι: Participij, ποιησάμενος.

Futurum primum medium per omnes modos.

Primū futurū Indicatiui, ποιήσομαι: Optatiui, ποιησοίμην: infinitiui, ποιήσεσθαι: Participij, ποιησόμενος. Eadē ratio in cæteris cōiugationibus.

Paradeigma verborum circumflexorū secundæ coniugationis.

Secvnda coniugatio circumflexorū, fit à verbis in άω, βοάω βοῶ. Futurum in ήσω, βοήσω: Præteritum in ηκα, βεβόηκα, migrante α in η.

VERBI ACTIVI.

Præsens.

Indicatiui præsens.
βοάω ῶ, βοάεις ᾷς, βοάει ᾷ:
βοάετον ᾶτον, βοάετον ᾶτον:
βοάομεν ῶμεν, βοάετε ᾶτε, βοάουσι ῶσι.

Imperfectum.

Imperfect.
ἐβόαον ων, ἐβόαες ας, ἐβόαε α:
ἐβοάετον ᾶτον, ἐβοαέτην άτην:
ἐβοάομεν ῶμεν, ἐβοάετε ᾶτε, ἐβόαον ων.

Perfectum, βεβόηκα, βεβόηκας, βεβόηκε, vt τέτυφα. Plusquamperfectū, ἐβεβοήκειν, ἐβεβοήκεις, &c. Aoristus primus, ἐβόησα. Futurum primum, βοήσω.

Imperatiuus.

Imperatiui præs. & imperfectum.
βόαε α, βοαέτω άτω:
βοάετον ᾶτον, βοαέτων άτων:
βοάετε ᾶτε, βοαέτωσαν άτωσαν.

Perfectum & plusquamperfectum, βεβόηκε.
Aoristus primus, * βόησον.

* Et cōtrahendo, ωη in ω, βῶσον, βωσάτω.

Optatiuus.

Optatiui pręsens & imperf.
βοάοιμι ῷμι, βοάοις ῷς, βοάοι ῷ:
βοάοιτον ῷτον, βοαοίτην ῴτην:
βοάοιμεν ῷμεν, βοάοιτε ῷτε, βοάοιεν ῷεν.

Perfectum & plusquamperfectū, βεβοήκοιμι. Aoristus primus, βοήσαιμι. Fut. primū, βοήσοιμι.

Subiunctiuus.

Subiūctiui pręsens ἐὰν & imperf.
βοάω ῶ, βοάῃς ᾷς, βοάῃ ᾷ:
βοάητον ᾶτον, βοάητον ᾶτον:
βοάωμεν ῶμεν, βοάητε ᾶτε, βοάωσι ῶσι.

Perf

Perfectum & plusquamperfectum, βεβοήκω.
Aoristus primus, βοήσω.

Infinitiui præsens & imperfectũ, βοάειν, βοᾶν, Perfect. & plusquamperf. ctu, βεβοηκέναι. Aoristus primus, βοῆσαι. Futurum primum, βοήσειν. *Infinitiuus.*

Participij præsens & imperfect { βοάων ῶν, βοάοντος ῶντος: βοάουσα ῶσα, βοαούσης ώσης: βοάον ῶν, βοάοντος ῶντος. *Participia actiua.*

Perfectum & plusquamperfectum, βεβοηκώς.
Aoristus primus, *βοήσας. Futurũ primũ, βοήσων. **Et contractè βώσας.*

VERBI PASSIVI.

Passiuũ secũdæ circumflexorũ.

Præsens.

Indicatiui præs. { βοάομαι ῶμαι, *βοάῃ ᾷ, βοάεται ᾶται: βοαόμεθον ώμεθον, βοάεσθον ᾶσθον, βοάεσθον ᾶσθον: βοαόμεθα ώμεθα, βοάεσθε ᾶσθε, βοάονται ῶνται.

**Ionicè βοῆαι: Doricè βοᾶσαι & βοῆ.*

Imperfectum.

Imperfect { ἐβοαόμην ώμην, ἐβοάου ῶ, ἐβοάετο ᾶτο: ἐβοαόμεθον ώμεθον, ἐβοάεσθον ᾶσθον, ἐβοαέσθην άσθην: ἐβοαόμεθα ώμεθα, ἐβοάεσθε ᾶσθε, ἐβοάοντο ῶντο.

Perfectum.

Perfectum. { βεβόημαι, βεβόησαι, βεβόηται: βεβοήμεθον, βεβόησθον, βεβόησθον: βεβοήμεθα, βεβόησθε, *βεβόηνται.

**Ionicè βεβοάαται, 190, 15.*

Plusquamperfectum.

Plusquamperfectum. { ἐβεβοήμην, ἐβεβόησο, ἐβεβόητο: ἐβεβοήμεθον, ἐβεβόησθον, ἐβεβοήσθην: ἐβεβοήμεθα, ἐβεβόησθε, ἐβεβόηντο.

Aoristus primus, ἐβοήθην. Futurum primum, βοηθήσομαι. Paulo post futurum, βεβοήσομαι.

Imperatiui præsens & imperfect. { βοάου βοῶ, βοαέσθω βοάσθω: βοάεσθον βοᾶσθον, βοαέσθων βοάσθων: βοάεσθε βοᾶσθε, βοαέσθωσαν βοάσθωσαν. *Imperatiuus.*

Perfectũ & plusquamperfectum. { βεβόησο, βεβοήσθω: βεβόησθον, βεβοήσθων: βεβόησθε, βεβοήσθωσαν.

Aoristus primus, βοήθητι.

Opt. pręs. & imperf. { βοαοίμην βοῴμην, βοάοιο βοῷο, βοάοιτο βοῷτο: βοαοίμεθον ῴμεθον, βοάοισθον ῷσθον, βοαοίσθην ῴσθην: βοαοίμεθα ῴμεθα, βοάοισθε ῷσθε, βοάοιντο ῷντο. *Optatiuus.*

Perf

Perfectũ & plusquam perfectum. { βεβοήμην, βεβόησο, βεβόητο: βεβοήμεθον, βεβόησθον, βεβοήσθην: βεβοήμεθα, βεβόησθε, βεβόηντο.

Aoristus primus, βοηθείην. Futurum primum, βοηθησοίμην. Paulopostfuturum, βεβοησοίμην.

Subiunctiuus.

Sub-iũ. ἐὰν præs. { βοάωμαι ῶμαι, βοάῃ ᾷ (βοάῃ) ᾶται: (ᾶσθον: βοαώμεθον ώμεθον, βοάησθον ᾶσθον, βοάησθον βοαώμεθα ώμεθα, βοάησθε ᾶσθε, βοάωνται ῶνται).

Perfectum & plusquã-perfectum. ἐὰν { βεβοῶμαι, βεβοῇ, βεβοῆται: βεβοώμεθον, βεβοῆσθον, βεβοῆσθον: βεβοώμεθα, βεβοῆσθε, βεβοῶνται.

Aoristus primus, ἐὰν βοηθῶ.

Infinitiuus.

Infinitiui præsens & imperf. βοάεσθαι, βοᾶσθαι. Perfectum & plusquamperfectum, βεβοῆσθαι. Aoristus primus, βοηθῆναι. Futurum primum, βοηθήσεσθαι. Paulòpòstfuturum, βεβοήσεσθαι.

Participia passiua.

Participij præsens & imperfect. { βοαόμενος ώμενος, βοαομένου ωμένου: βοαομένη, ωμένη, βοαομένης ωμένης: βοαόμενον, ώμενον, βοαομένου ωμένου.

Perfectũ & plusquamperfectum, βεβοημένος. Aoristus primus, βοηθείς. Futurum primum, βοηθησόμενος. Paulòpòstfuturum, βεβοησόμενος.

Mediũ secundæ circumflexorũ.

VERBI MEDII.

Aoristus prim. medius per omnes modos.

Aoristus primus, ἐβοησάμην, βόησαι, βοησαίμην, βοήσωμαι, βοήσασθαι, βοησάμενος. Futurũ primum, *βοήσομαι, βοησοίμην, βοήσεσθαι, βοησόμενος: de quibus in prima Coniugatione.

Futurum primum med. per omnes modos.

* & cõtractione οη in ω, βώσομαι.

Paradigma verborum circumflexorum tertiæ coniugationis.

TERTIA Coniugatio circumflexorum formatur à verbis in όω, χρυσόω χρυσῶ. Futurum in ώσω, χρυσώσω. Præteritum in ωκα, κεχρύσωκα.

VERBI ACTIVI.

Præsens.

Indicat. præs. { χρυσόω χρυσῶ, χρυσόεις χρυσοῖς, χρυσόει χρυσοῖ. χρυσόετον χρυσοῦτον, χρυσόετον χρυσοῦτον: χρυσόομεν οῦμεν, χρυσόετε οῦτε, χρυσόουσι οῦσι.

ANNO

ANNOTATIO.

& η à nonnullis in η contrahi, itidemque όη in ῆ, testatur Chysoloras: & regulam sic postulare tradit Moschopulus: (forsan vt in nomine ἁπλόη ἁπλῆ, ἁπλόη ἁπλῆ, & similibus) ipsi tamen & οη & όη in οῖ cōtrahunt. Chalcocondylas vero, Gaza, & Lascaris, όη quidem in οῖ contrahunt, at όη in ῷ: quos Vrbanus & Caninius sequuntur. & sic non modo apud Lucianum in Βίων πρᾶσις legimus, ἣν μαστιγοῖ τις ἢ στρεβλοῖ: sed etiā apud Platonem in Euthyphrone, ἐὰν ἀφοσιοῖς. & Herodianus pluribus in locis agnoscit ἐὰν χρυσοῖς, hac regula, quod secunda & tertia Coniugatio Circumflexorum secūdam & tertiam subiunctiuam similem (ὁμόφωνον ipse vocat) habeant Secundæ & tertiæ indicatiuæ, vt βοᾷς βοᾷ, χρυσοῖς χρυσοῖ. Sunt tamen qui existiment, vt όη in ῷ monophthongum, sic όη in ῷ diphthongum rectius contrahi. Sanè in tertia Coniugatione verborum in μι, quæ in præsente subiunctiuo contractorum verborum flexionem sequi dicuntur, non modo dualiter διδῶτον reperimus, & pluraliter διδῶτε, sed singulariter etiam διδῷς & διδῷ, nō διδοῖς & διδοῖ. vt, sicut in Barytonis, ita in Circūflexis quoq; longas hoc tēpus habeat Characteristicas.

Imperfectum.

Imperfectum.
ἐχρύσοον ουν, ἐχρύσοες ους, ἐχρύσοε ου:
ἐχρυσόετον οῦτον, ἐχρυσοέτην ούτην:
ἐχρυσόομεν οῦμεν, ἐχρυσόετε οῦτε, ἐχρύσοον ουν.

Perfectū, κεχρύσωκα. Plusquāperf. ἐκεχρυσώκειν.
Aoristus primus, ἐχρύσωσα. Futur. 1; χρυσώσω.

Imperatiuus.

Imperatiui præsens & imperfect.
χρύσοε ου, χρυσοέτω ούτω:
χρυσόετον οῦτον, χρυσοέτων ούτων:
χρυσόετε οῦτε, χρυσοέτωσαν ούτωσαν.

Perfectum & plusquamperfectum, κεχρύσωκε.
Aoristus primus, χρύσωσον.

Optatiuus.

Optatiui præs. & imperf.
χρυσόοιμι οῖμι, χρυσόοις οῖς, χρυσόοι οῖ:
χρυσόοιτον οῖτον, χρυσοοίτην οίτην:
χρυσόοιμεν οῖμεν, σόοιτε οῖτε, σόοιεν οῖεν.

Perfectū & plusquamperfectū, κεχρυσώκοιμι.
Aoristus 1. χρυσώσαιμι. Futurū primū, χρυσώσοιμι.

Subiunctiuus.

Subiunct. præs. ἐὰν & imperf.
χρυσόω ῶ, † σόῃς οῖς, σόῃ οῖ:
χρυσόητον ῶτον, χρυσόητον ῶτον:
χρυσόωμεν ῶμεν, σόητε ῶτε, σόωσι ῶσι.

Perfectum & plusquamperfectū, κεχρυσώκω. Aoristus primus, χρυσώσω.

Infinitiuus. Infinitiui præsens & imperfectum, χρυσόειν οῦν. Perfectum & plusquamperfectum, κεχρυσωκέναι. Aoristus primus, χρυσῶσαι. Futurum primum, χρυσώσειν.

Participia actiua. Participij præsens & imperfectum, χρυσόων ῶν, χρυσόοντος οῦντος. Perfectum & plusquamperfectum, κεχρυσωκώς. Aoristus primus, χρυσώσας. Futurum primum, χρυσώσων.

Passiuum tertiæ circumflexorū.

VERBI PASSIVI.

Præsens.

Indicatiui præs.
- χρυσόομαι οῦμαι, χρυσόῃ οῖ, χρυσόεται οῦται: (οῦσθον:
- χρυσοόμεθον ούμεθον, όεσθον οῦσθον, όεσθον
- χρυσοόμεθα ούμεθα, όεσθε οῦσθε, όονται οῦνται.

Imperfectum.

Imperf.
- ἐχρυσοόμην ούμην, όου οῦ, όετο οῦτο: (σθην:
- ἐχρυσοόμεθον ούμεθον, όεσθον οῦσθον, οέσθην ού-
- ἐχρυσοόμεθα ούμεθα, όεσθε οῦσθε, όοντο οῦντο.

Perfectum.

Perfectum.
- κεχρύσωμαι, υσωσαι, υσωται:
- κεχρυσώμεθον, ύσωσθον, ύσωσθον:
- κεχρυσώμεθα, ύσωσθε, ύσωνται.

Plusquamperfectum.

Plusquamperfectum.
- ἐκεχρυσώμην, ύσωσο, ύσωτο:
- ἐκεχρυσώμεθον, ύσωσθον, υσώσθην:
- ἐκεχρυσώμεθα, ύσωσθε, ύσωντο.

Aoristus primus, ἐχρυσώθην. Futurū primum, χρυσωθήσομαι. Paulopostfuturum, κεχρυσώσομαι.

Imperatiuus.

Imperatiui præs. & imperf.
- χρυσόου οῦ, χρυσοέσθω ούσθω:
- χρυσόεσθον οῦσθον, χρυσοέσθων ούσθων:
- χρυσόεσθε οῦσθε, χρυσοέσθωσαν ούσθωσαν.

Perfectū & plusquamperfectum.
- κεχρύσωσο, κεχρυσώσθω:
- κεχρύσωσθον, κεχρυσώσθων:
- κεχρύσωσθε, κεχρυσώσθωσαν.

Aoristus primus, χρυσώθητι.

Optatiuus.

Optat. præs. & imperf.
- χρυσοοίμην οίμην, όοιο οῖο, όοιτο οῖτο:
- χρυσοοίμεθον οίμεθον, όοισθον οῖσθον, οοίσθην οίσθην: (οῖντο.
- χρυσοοίμεθα οίμεθα, όοισθε οῖσθε, όοιντο

Pa-

Perfectū & plusquam-perfectum. { κεχρυσώμην, υσῶο, υσῶτο: κεχρυσώμεθον, υσῶσθον, υσώσθην: κεχρυσώμεθα, υσῶσθε, υσῶντο.

Aoristus primus, χρυσωθείην. Fut. primū, χρυσωθησοίμην. Paulopostfuturum, κεχρυσωσοίμην.

Subiunctiui præsens & imperfect. ἐὰν { χρυσόωμαι ῶμαι, χρυσόῃ οῖ,[1] χρυσόηται ῶται: (ῶσθο: χρυσοώμεθον ώμεθον, χρυσόησθον ῶσθον, χρυσόησθον ῶσθον. χρυσοώμεθα ώμεθα, χρυσόησθε ῶσθε, χρυσόωνται ῶνται. 1 *Subiunctiuus.*

Perf. & plusq̄-perfec. { κεχρυσῶμαι, * κεχρυσῷ, κεχρυσῆται[2]: κεχρυσώμεθον, κεχρυσῆσθον, κεχρυσῆσθον: κεχρυσώμεθα, κεχρυσῆσθε, κεχρυσῶνται. 2 * vel, vt quidā volūt, κεχρυσοῖ.

ANNOTATIO.

[1] DE Contractione syllabarum όη & όῃ in actiua diathesi iam dictum est, de passiuis verò sic tradit Herodianus. Athenienses (inquit secundas & tertias personas subiunctiuorum passiuorum tertiæ Circumflexorum coniugationis, proferunt per ω, vt ἐὰν χρυσῶται, ἐὰν στεφανῶται: quoniam verba in μαι volunt in secunda & tertia persona pares seruare vocales: propterea retinent ω in tertia quoque persona, vt scilicet in ea reperiatur penultima primæ. vt 1. Cor. 16. θησαυρίζων καθ' ὅ, τι ἂν εὐοδῶται, conferens pro ratione prosperitatis (seu fortunàrum) *quam à Deo acceperit.* [2] Apud Demetrium quoque, & in Constantini Lascaris Isagoge, reperio hanc perfecti subiunctiui flexionem, ῶμαι, ῇ, ῆται: ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον: ώμεθα, ῆσθε, ῶνται. secutique eam sunt Vrbanus, & alij, excepta secunda singulari. sed verior esse videtur quæ apud eundem Lascarim in pleniore Grammatices parte legitur, per ω scilicet in omnibus omnium numerorum personis, diphthongon secunda singulari, monophthongon reliquis: hoc modo, ῶμαι, ῷ, ῶται: ώμεθον, ῶσθον, ῶσθον: ώμεθα, ῶσθε, ῶνται. Sic enim huc quadrabit tertia coniugatio in μι, eiusdē tēporis & modi; (229, 23.) & Characteristica huius coniugationis propria nusquā non retinebitur: Caninius certè, cuius iudicio multum tribuo, hanc quam illam flexionem sequi maluit. Ac forsitan etiam prima coniugatio suam hîc retinet Characteristicam, vt in præsenti subiunctiuo, potissimum in iis verbis quæ eandē seruarunt in primo futuro actiuo; vt flexio eorum sit, ῶμαι, ᾷ, ᾶται: ώμεθον, ᾶσθον, ᾶσθον: ώμεθα,

Verba in μαι in 2. & 3. persona volunt pares vocales.

ἄσθε, ῶντων. ſic certè verba in μι: quæ vnam eandémque in præſenti & perfecto ſubiunctiuo habent terminationem & flexionem, ſolóque augmento diſcernuntur, 227, 32.

Aoriſtus primus, ἐὰν χρυσωθῶ.

Infinitiuus.

Infinitiui præſens & imperf. χρυσόεσθαι χρυσοῦσθαι. Perfectum & pluſquamperfectum, κεχρυσῶσθαι: Aoriſtus primus, χρυσωθῆναι. Fut. primum, χρυσωθήσεσθαι: Pauloppoſtfuturum. κεχρυσώσεσθαι.

Participia paſſ.

Participij præſ. & imperf. { χρυσοόμενος οὔμενος, χρυσοομένου ουμένου: χρυσοομένη ουμένη, χρυσοομένης ουμένης: χρυσοόμενον οὔμενον, χρυσοομένου ουμένου.

Perfectum & pluſquamperfect. κεχρυσωμένος. Aoriſtus I. χρυσωθείς. Futurũ primum, χρυσωθησόμενος. Paulopoſtfuturum, κεχρυσωσόμενος.

Medium tertiæ circumflexorũ.

VERBI MEDII.

Aoriſtus primus per omnes modos & participia.

Futurum primum per omnes modos & participia.

Aoriſt. primus, ἐχρυσωσάμην, χρύσωσαι, χρυσωσάμην, χρυσώσωμαι, χρυσώσασθαι, χρυσωσάμενος. Futurũ primũ, χρυσώσομαι, χρυσωσοίμην, χρυσώσεσθαι, χρυσωσόμενος: de quibus dictum eſt in ποιέω.

ANNOTATIONES IN CIRCVMFLEXA.

De monoſyllabis circumflexis notio.

MOnoſyllaba circũflexa, in ſecũda reperiũtur cõiugatione; δρῶ, θλῶ, κλῶ, *facio, tũdo, frango:*
1 [1]In prima verò minimè: nec in prima plurali, nec tertia; πλέω, πλέομεν, πλέουσι, *nauigo, nauigamus, nauigãt:* nõ autẽ πλῶ, πλοῦμεν, πλοῦσι.

Ad duas cõiugationes pertinentia.

2 Quædam verba in duabus coniugationibus reperiuntur eadẽ ſignificatione: vt [2] ξυράω & ξυρέω, *rado*: συλάω & συλέω, *ſpolio, compilo*: [3] γηράω
3 & γηρέω, *ſeneo.*

1 [1]Hoc De ipſo themate debere intelligi, exempla præcedentia & ſequẽtia ſatis indicant, vt ſit hic ſenſus: In ſecunda quidem coniugatione reperiuntur themata monoſyllaba, vt δρῶ, θλῶ, κλῶ: in prima verò minimè, ſi non autem reperiuntur themata πλῶ, ῥῶ, πνῶ, χῶ, &c. ſed πλέω, ῥέω, πνέω, χέω, id eſt, *nauigo, fluo, ſpiro, fundo.* Sic etiam in primæ coniugationis prima plurali ac tertia, huiuſ

huiusmodi verba non inueniuntur contracta. [2] Sustuli 2 ἐλεέω & ἐλεάω, quod prioris quidẽ multa passim exempla inuenirem, posterioris verò nullam in Græcolatinis lexicis mentionem fieri viderem. postmodo ab Etymologo agnosci vtrumque comperi. ἐλεῶ (inquit) apud Atticos est primæ cõiugationis Circumflexorum, vt ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος: at in communi dialecto, Secundæ. Nullum tamen huius affert exemplum. [3] γηρέω Ionicum esse puto, sicut ὁρέω pro ὁρῶ contracto 3 ex ὁράω, sicut etiam ἀναρτέω & ἀντέω pro ἀναρτάω *suspendo*, & ἀντάω *occurro, obuio.* sic apud Lucianum διαιτᾶν ἐδιαιτέοντο; *vitam agebant*: & apud Hesiodum ποτέοντο χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς, *volabant valida è manu*: quũ in communi sermone vsurpentur διαιτᾶσθαι & ποτᾶσθαι. Contra κεντεῖν Attici dicunt, non κεντᾷν, teste Thoma, id est, *stimulare, pungere.*

ANNOTATIO.

Crasis α & ε in α, βοάεις βοᾷς, *clamas*: [1] Doricè 1 autem in η, γελάεις, γελῆς, *rides*: διψάεις, διψῆς, *sitis*, per η monophthongum, hoc est, nudam vocalem. quem morem in quibusdam Attici quoque seruarunt, dicentes πεινῆς, διψῆς, ζῆς, *esuris, sitis, viuis*: vnde imperfectum, ἔζη, *viuebat*, & infinitiuus ζῆν, *viuere.*

Dorismus, ας in η.

πεινῆς, διψῆς, ζῆς, ἔζη, ζῆν.

Futurum in ήσω vel ώσω. [2] Quædam figurati- 2 uam retinẽt; τελέω, τελέσω, τετέλεκα, *perficio, perficiam, perfeci*: γελάω, γελάσω, γεγέλακα, *rideo, ebo, si*: ὀμόω, ὀμόσω, ὤμοκα, *iuro, abo, aui*: [3] & hæc penulti- 3 mam aoristi primi corripiunt, ἐτέλεσα, ἐγέλασα, *perfeci, risi*: poëticè autem ἐτέλεσσα, producta penultima per positionem [4] gemini σ. In non- 4 nullis duplex futurum, αἰνέω, αἰνέσω & αἰνήσω, *laudo.* sic [5] καλέω, καλέσω & καλήσω, *voco*: κορέω, πο- 5 νέω, φορέω, φρονέω, *saturo, laboro, fero, sapio*: & in secunda, ἀλοάω, ἀλοάσω & ἀλοήσω, *verbero.*

In futurũ primũ annotatio.

Characteristicas præsentis α, ε, ο, in omnibus temporibus seruantia.

De penultima aoristi primi.

Duplex futurum, έσω, ήσω, άσω, ήσω.

Secundum aoristum, secundum futurum, & præteritum medium, tertia Coniugatio non agnoscit. At in duabus prioribus ita demum reperiuntur, si thema iam affectũ contractione desinat in ω non purum; idq; ad hunc mo-

Quæ Circumflexa habeant aoristũ secũdum, futurum secũdum, & præteritum med-

atq; eorũ temporũ formatio.

** Tradit etiam Ælius Dionysius, media, perfecta à circumflexis, vna syllaba actiuis esse inferiora, vt δεδέπηκα, δέδεπα: ideoque ex ἔστμηκα, κέκληκα, κέκμηκα, δέδρακα, πέπρακα, & similibus, nõ esse media perfecta disyllaba, nec item plusquamperfecta.*

ἔσχον & ἔσπον. Atticismus.

dum: Ex primo aoristo, primo futuro, & præterito actiuo, eliditur penultima vocalis cum consonante sequente; δεπέω δεπῶ, *sono*: futurum primum, δεπήσω: secundum, δεπῶ: aoristus primus, ἐδέπησα: secundus, ἔδεπον: præteritum actiuum, δεδέπηκα: medium, δέδεπα. * sic μυκάω μυκῶ, μυκήσω μυκῶ, ἐμύκησα ἔμυκον, μεμύκηκα, μέμυκα, *mugio, &c.*

6 [6] Monosyllaba verò circumflexa, his temporibus carent, præter duo: σχέω σχῶ, *habeo, teneo*: σπάω σπῶ, *vello, traho, sorbeo*. vnde formantur aoristi secundi, ἔσχον, ἔσχες, ἔσχε, à primo ἔσχησα: 7 & [7] ἔσπον, ἔσπες, ἔσπε, ab ἔσπασα.

8 Optatiuũ præsentis [8] circumflexi, solent Attici etiam per ην purum inflectere, hoc pacto:

Optatiuus Atticus	ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη, *facerem*:
	ποιοίητον, ποιοιήτην:
	ποιοίημεν, ποιοίητε, ποιοίησαν.

Infinitiuorum vocis actiuæ cõtractio:

ει ει ει
αι αι ᾳ
οι οι ου
ᾷν vel ᾶν.

Infinitiui Barytoni, ποιέειν, βοάειν, χρυσόειν, primùm abiiciũt ι, ac deinde fit crasis; ποιέεν ποιεῖν, βοάεν βοᾶν, χρυσόεν χρυσοῦν. Quamquam in secunda coniugatione quidam subscribunt ι, 9 βοᾷν, πεινᾷν: [9] quidam non subscribunt, βοᾶν, πεινᾶν, *clamare, esurire*.

Perfecti passiui formatio.

Præteritum perfectum passiuum, fit ab actiuo, mutando κα in μαι: sed asciscitur σ, si penultima sit breuis; τετέλεκα, τετέλεσμαι, *perfeci, perfectus sum*. In tertia quoque plurali ac reliquis modis, vtimur periphrasi, vt in Barytonis. 10 Si autẽ penultima sit longa, η vel ω [10] non assumitur σ: πεποίηκα, πεποίημαι: βεβόηκα, βεβόημαι: κεχρύσωκα, κεχρύσωμαι. Verum quia τω tertiæ personæ singularis est purum, πεποίηται, βεβόηται, 11 κεχρύσωται, ideo [11] locis aliquot interponitur σ, quemadmodum [illegible] est in Quinta coniugatione Barytonorum.

Optatiua præterea in huiusmodi præterito fiunt sine periphrasi, per diphthogum ῃ, propriam η & ω, πεποιήμην, βεβοήμην, κεχρυσώμην. Sic & subiunctiua legitimè formantur per ῶ circumflexum, πεποιῶμαι, βεβοῶμαι, κεχρυσῶμαι. In vtroq; autẽ modo circumflectitur secunda & tertia persona, πεποιῇο, πεποιῇτο: ἐὰν πεποιῶμαι, πεποιῇ, πεποιῆται: & ita in cæteris cõiugationibus.

Perfectũ Optatiui ...

Perfectum Subiunct. ...

Annotatio.

[1] Dores enim (vt diximus 119, 42. & 118, 4[illegible].) ex diphthongo ᾳ primam abiiciunt ι, ac deinde α longum (in quod crasis erat facienda) suo more in η vertunt. Meritò itaque ἰῶτα non subscribunt. Sic in subiunctiuo pro βοάῃς βοᾷς, βοάῃ βοᾷ, dicunt βοῇς, βοῇ, per η monophthongum. nam Dores (vt diximus 119, 43.) punctum subscriptum negligunt. Cæterùm hæ voces Doricæ, quæ à Clenardo hîc enumerantur, Atticis etiam, & communibus qui prosa oratione scripserunt, sunt vsitatæ. Inueniuntur & aliæ his similes & in poëtis & in oratoribus: vt χρῆται pro χρᾶται, *vtitur*: & χρῆσθαι pro χρᾶσθαι, *vti*, à χράομαι, *vtor*: κίρνη, *miscebat*: sine augmẽto, pro ἐκίρνα, à κιρνάω, *misceo*: διψῆν pro διψᾶν vel διψᾶν, *sitire*, à διψάω: πεινῆν pro πεινᾶν vel πεινᾶν, *esurire*, à πεινάω. Sic ζῇ pro ζᾷ, *viuit*, ex ζάει: ζῆ pro ζᾶ, ex ζάε: idque vel in secunda singulari præsentis Imperatiui, vel in tertia singulari imperfecti Indicatiui, detracto Ionicè augmento. similiter & tertia singularis præsentis Imperatiui, ζήτω, *viuat*, pro ζάτω, ex ζαέτω contracta iudicatur: cuius secunda est nõ solùm ζῆ, (vt modò dictum est) apud Euripidem & Sophoclem: sed etiam ζῆθι, per pleonasmum syllabæ θι, qui in alios etiam imperatiuos, præsertim monosyllabos, cadit: sicut à verbo πλέω, *nauigo*, affertur Imperatiuus πλεῦθι, pro πλέε seu πλεῖ, *nauiga*. Sunt tamen qui vt ἔζων ἔζης ἔζη, sic etiam ζῆθι ζήτω, malint à ζῆμι, quàm à ζάω formare, sicut ἔβην ἔβης ἔβη, & βῆθι βήτω, à βίβημι, *gradior*: quibus Etymologus non assentitur. 1

Cur Dores non subscribant ...

κίρνη.

ζῆ.

ζήτω.

ζῆθι.

πλεῦθι.

[2] Nempe illa primùm quæ per pleonasmum νυ, formant ex se verba in άννυμι & έννυμι, siue in αννύω & εννύω: quæ futurum sumunt à verbis in άω & έω. retenta [illegible] characteristica [illegible] in tractatu de Inuestigatione thematis.

2 *F... ...tinētia in prima & secunda qua ... bis in νυμι vel ...*

[illegible] in ίνω & άνω, quæ reiecto ν, formãt ex se tempora:* vt φθάνω, *præ-*

**Superior editio*

habeat, vt φθένω vel φθάνω, præu. A quo φθένω verbale φθόνος deriuari posset, vt πόνος à πένομαι: sed an ab eodem sit futurũ φθέσω, reiecto ν, non oscitãter disputari potest.

uenio, futurum φθάσω, à φθάω vel φθάζω. De his quære in φθίνω, *corrumpo*, in Inuestigatione thematis.

Eodem modo quæ recipiunt pleonasmum, σκ: vt ἀρέω ἀρέσκω, *placeo*, futurum ἀρέσω: sic γηράω γηράσκω, *senesco*, fut. γηράσω. quære in ἀρέσκω.

His adde quæ eadem significatione habent indifferenter in themate έω vel έζω, quæ pauca sunt: & άω vel άζω, quæ plura occurrunt.

Figuratiuam retinentia in prima.

A nominibus fiunt verba in έω, άω, όω, ίζω, άζω, σσω, αίνω, ύνω, ύω & εύω.

Atque hæc quidem sunt in genere finita in έω & άω, quæ seruant Characteristicam inuariatam. In specie verò verba in έω, quorum antepenultima est ε vel ο, sequente consona simplici, ε quoque retinent; præterquam τορέω, ὠφελέω, id est, *perforo, iuuo*: mutant verò in η, quæ fiunt à masculinis in ος, (à nominibus enim quibuscumque, præcipuè verò ab adiectiuis compositis in ος, ducuntur sæpenumero verba cuiusuis Coniugationis contractorum, atque finita in ίζω, άζω, σσω, αινω, ύνω, ύω & εύω passim occurrentia) vt οἰκονομέω, μ. ήσω, *dispenso*, ab οἰκονόμος, *dispensator*: & quæ Barytona quoque sunt; vt μελέω, ῶ, vel μέλω, *venio*, fut. μελήσω: tamen τελέω, ῶ, vel τέλω, *perficio*, retinet ε, τελέσω: sic μάχομαι, *pugno*, futur. med. μαχέσομαι, tanquam à μαχέομαι, οῦμαι. Retinent præterea ε, ἀέω, *cubo*: αἰδέω, *ad venerationem induco*: ἀκέω, *medeor*: & ἀρκέω, *sufficio*. nam ab ἀέω inuenitur aoristus primus ἄεσα sine augmento pro ἤεσα, *cubui*: & imperatiuus medius ἄεσαι, *cuba, aspira, quiesce*. ab αἰδέω aoristus primus passiuus ᾐδέσθην, *veritus sum*: imperatiuus αἰδέσθητι, *reuerere*: aoristus primus imperatiui medij αἴδεσαι, *reuerere*. Homerus tamen dixit in futuro primo medio αἰδήσομαι. ab ἀκέω futurũ medium ἀκέσομαι: aoristus primus medius ἠκεσάμην, *medicinam adhibui*: infinitiuus ἀκέσασθαι, & in voce actiua, ἀκέσαι, *mederi, curare*. ab ἀρκέω futurum ἀρκέσω, *sufficiam*: aoristus primus ἤρκεσα, *suffeci*, cum ἐπὶ, ἐπήρκεσα, *suppeditaui*, item *defendi, propulsaui*: infinitiuus ἀρκέσαι & ἐπαρκέσαι, & Poëticè geminato σ, ἐπαρκέσσαι: participiũ, ἀρκέσας & ἐπαρκέσας: participiũ aoristi primi passiui, ἀρκεσθεὶς, *contentus*. Sunt etiã quędam disyllaba quę faciunt futurum in εύσω, de quibus vide in Annotationibus in verba, quum agit de futuro actiuo. Porrò quæ his regulis non continentur, mutant ε in η. Notanda verò quæ in contextu enumerantur duplex futurum habentia, & quæ licentia poëtica ab his regulis degenerare inueniuntur. Et hactenus de verbis in έω: nunc de άω videndum.

Quæ verba se-.

Finita in εάω, οάω, ιάω, (etiam si ι sit in diphthongo)

ser

ſeruant α: vt θεάω, ἀκροάω, κοπιάω, κονιάω, id eſt, *ſpecto, audio, laboro, dealbo.* [θεάω & ἀκροάω agnoſcit etiam Laſcaris: ſed vſitatior eſt forma media.] Excipe γοάω, μ. ήσω, *gemo:* βοάω, *clamo:* & ἀλοάω, (poëticè metri cauſa ἀλοιάω) *trituro, percutio*: quod duplex habet futurum: communiter facit άσω, Atticè atque Ionicè ήσω.

cundæ figuratiuam retineant. εάω, οάω, ιάω.

Retinent quoque α triſyllaba finita in ρέω & λάω, modò immediatè præcedat vocalis, non conſonans: vt περάω, φυράω, *tranſeo, miſceo*: ἐλάω, γελάω, χαλάω, *agito, rideo, laxo,* &c. ſed ex his multa finiuntur etiam in άζω, vnde diximus tempora ſumenda; vt περάω & περάζω. πελάω & πελάζω.

Triſyllaba in ράω, λάω, præcedente vocali.

Item α ſeruatur in diſyllabis in λάω, πάω & ράω, præcedente conſona, vt θλάω, κλάω, φλάω, σπάω, δράω, *tundo, frango, contundo, traho, facio.* Hoc tamē verum non eſt, ſi faciāt ex ſe verba in μι, vt τλάω, τλῆμι, *tolero*: [Sed pro τλῆμι quidam malunt τέτλημι, reduplicatione Ionica, vide in Anoma. in μι, in τέτλημι, quum inde apud Homerum ſit imperat. τέτλαθι *tolera*, & infin. τετλάμεν Ionicè (182,10.) pro τετλάναι *tolerare.*] χράω, κίχρημι, *vtēdum do, commodo*: πράω, πίπρημι, *vro*: πλάω, πίπλημι, *impleo.* nam hæc veluti omnia verba in μι, mutant α in η.

Diſyllaba in λάω, πάω & ράω præcedente conſona.

ANNOTATIO.

Πάομαι quoque, id eſt, *acquiro*, facit in futuro medio πάσομαι, & in præterito paſſiuo πέπαμαι, *ditatus ſum, poſſideo*, pro πέπασμαι: & πεινάω, *eſurio*, facit πεινάσω. [*Quod retinet interdū characteriſticō α, vt Pſal. 49.* ἐὰν πεινάσω: *& Matt. 4. (itemq; Lucæ 4.)* ὕστερον ἐπείνασε: *interdū vertit in η, vt apud Xenoph. Pæd. 8.* πεινήσας χρημάτων. *niſi fortè* πεινήσας *malis à* πεινῆν *deriuare, quod apud Heſychium extat cum participio* πεινέων: *ſed ea videntur Ionica.*] Sed de άω ſatis, veniamus ad όω.

Exceptio. πάσομαι. πέπαμαι.

ANNOTATIO.

Si verba in όω ducantur à nomine, (vt fit ferè ſemper) mutant ο in ω: vt à χρυσὸς, *aurum*, fit χρυσόω, *inauro*, cuius futurum χρυσώσω per ω μέγα. Si autem à nullo nomine deriuentur, ſeruant ο μικρὸν: vt ὀμόω, ἀρόω, ὀνόω, βόω, *iuro, aro, vitupero, paſco*: quorum futura in όσω. [*ὀνόω reperies etiam apud Laſcarim, immo eſt inde forma media* ὀνόσεται reprehendet *&* ὀνόσαιτο reprehenderet, *apud Homerum. ſed legitur apud eundem etiam* ὄνοσαι vituperas, *&* ὄνονται *conuitiis inceſſunt, à them.* ὄνομαι, *ſicut* δίδομαι.]

Finita in όω à nomine facta, figuratiuā mutant in ω: alia ſeruant.

ANNOTATIO.

[3] Supple, quamuis dixerimus 176,34. penultimam aoriſti primi eſſe ſemper aut naturâ aut poſitione longam. [4] Huiuſmodi σσ geminum nonnunquam ornatus tantùm gratia ponitur, quamuis penultima ſit longa natura, vt αἰνήσσεια, *laudauerim*, Optatiui aoriſtus prim. 3

4 *Geminum σσ ornatus gratia poſitum.* αἰνήσσεια

Annotatio. Æolicus & Atticus, ab αἰνέω. [*αἰνήσσειε legitur apud Hesiodum initio Ergon, de bona contentione,* τὴν μέν κεν ἐπαινήσσειε νοήσας, alteram quidem laudauerit mente præditus. *vbi σ geminatū est Æolicè & iam post longam vocalem: tradit enim Ioannes Grammaticus, Æoles pro πενθήσης dicere πενθήσσης, à πενθέω* lugeo.]

5 [5] His adde δέω, *ligo* : ἀλέω, *molo* : τρέω verò, quum significat *trepido*, facit τρέσω : quum autem sumitur pro *perforo*, (quod & τράω) facit τρήσω.

6 [6] Ipse tamen CLENARDVS in Inuestigatione thematis in verbo σβεννύω, *extinguo*, ait à σβέω posse deduci aoristum secundum passiuum, ἐσβην, ab actiuo ἔσβον : ac paulo pòst, à χέω, *fundo*, format aoristum secundum, ἔχεον, pro ἔχευ ; & futurum secundum, χεῶ : sic compositum ἐκχεῶ, *effundam*. In aliis autem tribus, χέω, σπάω, σβέω, futurum secundum non inuenitur, neque præteritum medium. Ac sunt qui dicant χεῶ & ἐκχεῶ esse futura prima Dorica, pro χεύσω & ἐκχεύσω. *Dorismus. χεῶ pro χεύσω. Notio.* affirmant enim futura secunda semper in Circumflexis desiderari, veluti in verbis in μι: ac certè in Barytonis rarò admodum occurrunt, nisi in his tribus, ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι, *edam, bibam, comedam* : de quibus vide in Annotationibus in verba, circa finem. [*χεῶ pro futuro secundo agnoscit Etymologus, vt Ioëlis 2.* ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, effundam de spiritu meo. *Ab ὀμόω quoque futurum secundum censeri potest* ὀμοῦμαι ἢ εἴπω : *vt Il. φ.* ἐγὼ δ' ἐπὶ καὶ τόδ' ὀμοῦμαι, hoc insuper iurabo, *seu* iuramento confirmabo. *at* κρεμόω, *poëtica dialypsi pro* κρεμῶ, (220,30.) *Iliad. η.* οἴσω προτὶ Ἴλιον ἱρὴν, Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος, *futurum primum est pro* κρεμάσω, *extrito primum Ionicè σ, deinde α & ω Atticè in ω contractis, sicut in præsenti. esse autem primi, non secundi futuri, flexio satis arguit, per α & ω, non per ει & ου. cuius obseruationis aliqua libet afferre testimonia atque exempla.* *Annotatio de futuro Attico & Ionico.* *In prima singulari apud Aristoph. Nebulis,* ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας, expellam te in malam crucem, *pro* ἐξελάσω. *Plato Leg. 10.* διαβιβῶ τὸν [illegible]ποταμὸν, *pro* διαβιβάσω. transmittam flumen. *Et forma media Æschines* ἀναβιβῶμαι, *pro* ἀναβιβάσομαι, ascendere faciam, producam in medium. *Tertiæ personæ sunt euidentiores : Demosth.* προπηλακιεῖ καὶ ἐλᾷ, *pro* προπηλακίσει & ἐλάσει, contumelia afficiet & propellet. *Homerus Il. χ.* [illegible] ἐγχὼ ἐμὴ δαμάα, hasta mea domabit. *poëtica enim dialysi (200,21.) δαμάα dixit pro δαμᾷ, & δαμᾷ Atticè pro δαμάσει. sic forma media, in dicem præceptis,* ἓξ ἡμέρας ἐρξᾶς, sex dies operaberis, pro

[illegible]

ἐρ,ώσι. *& apud Demosth.* ταράξει καὶ ἀναβιβάσεται, perturbabit & producet, seu ascendere faciet. *pro* ἀναβιβάσεται. *Item infinitiuo actiuo, Herod. lib. 1.* οὐτ᾽ ἔφη δικᾶν ἔτι, negauítque se vltra iudicaturum, *pro* δικάσειν. *In Particip. Xenoph.* ὡς ἐλώντων καὶ διακοψόντων, vt qui adacturi essent currus & perrupturi, *pro* ἐλασόντων. *Interdum verò in huiusmodi futuris Atticis siue Ionicis* σ *tantummodo eliditur, nulla accentus mutatione: quomodo apud Homerum multis in locis* τελέει *pro* τελέσει, perficiet: *&* ἐρύουσι *pro* ἐρύσουσι, trahent, discerpent, *Iliad.* χ. *nisi quis hîc antichronismon esse malit, præsens scilicet pro futuro positum. Hæc de Atticis futuris obiter monere libuit: de quibus si prolixius erudiri cupias, vide Budæi Commentarios in* ἐλᾶν *pro* ἐλάσειν. *Porro quemadmodum Attici è futuris Barytonis per ecthlipsin & crasin faciunt circumflexa, sic poëtæ rursum è circumflexis Barytona: vt Epigramm. lib. 1. p. 91.* ἔξει, καὶ νέκυς εἰς ζωὴν χῶρον ἀναδράμεται, *pro* ἀναδραμεῖται, *recurret: itemque supra Antesignanus affert* ἄλεται, *pro* ἀλεῖται, salíet. *quam normam sequuntur etiam tria ista passim obuia,* ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι, *quorum hîc fit mẽtio.*

[7] ἔσπονες ε *deducere à* σπάω *non videtur consentaneum.* 7
σπᾶν *enim* trahere *at* σπεῖν dicere *significat: vt & Hesych.* σπέτε *affert pro* εἴπατε, dicite. *Rectius igitur sic deduces: ab* ἕπω *deriuatur* ἴσπω, *vt ab* ἔχω *fit* ἴσχω: *dempta initiali remanet* σπῶ *&* χῶ: *facta dialysi, oriuntur verba primæ Coniugationis* σπέω *&* χέω: *ex quib. aor. 2.* ἔσπον *&* ἔχον, *particip.* σπὼν *&* χών: *& imperatiui* σπὲς *ac* χὲς, *pro* σπὲ *&* χὲ, *sicut* εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρὲ, *teste Herodiano: vel (vt quidam volunt) ab* ἴσχημι *&* ἴσπημι, *sicut* ἕς *ab* ἵημι. *Vide plura apud Etymologum in* Σχές.]

[8] Id est, facta priùs contractione, deinde mutando μι in ην; vt in prima 8
ποιέοιμι ποιοῖμι, ποιοίην: sic περιπατοίην, *deambularem*, à περιπατέω. in secũda, βοάοιμι βοῷμι, βοῴην, βοῴης, βοῴη, &c. sic ἀγαπῴην, *diligerem*, ab ἀγαπάω: ἀποδρῴην, *aufugerem*, ab ἀποδράω: ζῴην, *viuerem*, à ζάω: ὁρῴην, *viderem*, ab ὁράω. in tertia χρυσόοιμι, χρυσοῖμι, χρυσοίην, vt in prima. Dores ac Æoles idem faciunt; sed Dores in prima & tertia coniugatione priùs mutant οι in ῳ, vt terminatione à secunda non differant: hoc modo, ποιῴην, βοῴην, χρυσῴην. Rursus poëtæ in secunda coniugatione dicunt ώοιμι, ώοις, ώοι, &c. vt βοώοιμι, βοώοις, βοώοι: sic ἡβώοιμι, quod & ἡβῴην, *pubescerem*, ab ἡβάω, *pubesco*.

Optatiuus Atticus in prima & tertia οίην: in secunda ῴην.

Doricè & Æolicè in prima & tertia ῴην.

Poëticè in secunda ώοιμι.

[9] Æoles 9
ascribunt: dicunt enim γελαῖν, pro γελᾶν, *ridere*, à γελάω.

[10] Tamen à γνόω τὸ γινώσκω, *cognosco*, dicimus ἔγνωσμαι, 10
assumpto σ, quamuis penultima sit ω μέγα.

σ ante θ in perfectis & plusquamperf. paſ.

11 [11] Nempe ante θ, quoties occurrit in perfecto & plusquamperfecto cuiuſcunque modi vocis paſſiuæ in huiuſmodi terminationibus, θον, θην, θε, θω, θαι. ibi enim dicitur σθον, σθην, σθε, σθω, σθαι.

Appendix.

Ioniſmus, ει in εα.

Doriſmus, εο, εε ου, ευ.

Præter hæc quæ à CLENARDO in Circumflexa annotata ſunt, hoc quoque ſcitu dignum, Iones non rarò ει factum ex contractione, in εα reſoluere: ποιέαι, ποιέαι: & Dores contractionem ου (vt aliâs monuimus) in ευ conuertere, ſi veniat à verbis in έω, non item ab όω; vt ποιοῦμεν, ποιεῦμεν: ἐξοιχνεῦσιν, *exeunt*, pro ἐξοιχνέουσιν ἐξοιχνοῦσιν, ab ἐξοιχνέω. ὀχλεῦνται, *turbantur*, pro ὀχλοῦνται ex ὀχλέονται, ab ὀχλέομαι ἐθηεῦντο, & ſine augmento Ionicè (172, 16.) θηεῦντο, *admirabantur* ſeu *ſpectabant*, pro ἐθηέοντο ἐθηοῦντο, à θηέομαι, quo Iones vtuntur pro θεάομαι: (hinc apud Herodotum ἐθηεῖτο, *oculis luſtrabat*, & ſine augmento θηεῖτο, pro ἐθεᾶτο: & in aoriſto primo medio ἐθηήσαντο, & ſine augmento θηήσαντο, pro ἐθεάσαντο, *inſpexerunt, contemplati ſunt*) εἰλεῦντο, pro εἰλοῦντο, *voluebantur*, ab εἰλέομαι: πίεζευν, *premebant*, pro ἐπίεζεον ἐπίεζουν, detracto incremento, à πιεζέω τὸ πιέζω: ὠρχεῦντο, pro ὠρχοῦντο, *ſaltabant*, ab ὀρχέομαι, & alia his ſimilia.

αα pro α: &

Notandum præterea, poëtas in verbis in άω, contractione facta in α, aliud α inſerere, accentu retracto; vt βοάεσθαι βοᾶσθαι, βοάασθαι, ἀγοράεσθαι ἀγορᾶσθαι, ἀγοράασθαι, *concionari*, ab ἀγοράομαι: μνάεσθαι μνᾶσθαι, μνάασθαι, *memorare*, à μνάομαι: in ſecunda perſona, μνάῃ, μνᾷ, vnde μνάα, detracto iota ſubſcripto: ſic in tertia ſingulari vocis actiuæ βοάα, *clamat*, ex βοάει βοᾷ; ἐάα, *ſinit*, ex ἐάει ἐᾷ, ab ἐάω.

ωω, vel οω, pro ω, in contractionibus ſecundæ circumflexorũ.

Quando autem contractio facta fuerit in ω, aliud ω inſerunt, retracto etiam accentu; πηδάω πηδῶ, πηδώω, *ſalio*: verùm ſi vocalis præcedens fuerit breuis, pro ω μέγα iniiciunt ο μικρὸν: ὁράω ὁρῶ, ὁρόω, *video*: in ſecunda plurali pręſentis Optatiui, ὁράοιτε ὁρῷτε, ὁρόῳτε, *videretis*: ὑφάω, ῶ, *texo*, tertia plurali ὑφάουσιν ὑφῶσιν, ὑφόωσι, *texunt*. ſic † ἐλόωσιν, *agitabunt*, ab ἐλάω, præſens pro futuro: ἀντιόωσα, pro ἀντιῶσα, *occurrens* ſeu *conſequens*, participium præſens fœmininum ab ἀντιάω, *occurro*. Hoc locum habet maximè in tertia plurali imperfecti paſſiui, vbi όωντο pro άοντο, ῶντο; vt ἠγορόωντο, *concionabantur*, ab ἀγοράομαι. ἐστιχόωντο, *ordine ibant*, à στιχάομαι: αἰτιόωντο, *culpabant*, ab αἰτιάομαι: vbi detractum eſt incrementum. ſic in κερόωντο, *miſcebant*, à κεράομαι τὸ κεραννύω: ἐμπολόωντο, *ſibi comparabant*, ab ἐμπολάομαι. pro δεξιόωντο verò, quod affertur à quibuſdam, ſcribendum potiùs δεξιόοντο, à δεξιόομαι, *dextra manu* (ſeu *comiter*

acci

accipio. [*Nisi fortè* δεξιόωντο *pro* δεξιοῦντο *seu* ἐδεξιοῦντο *positum quis velit, ita vt* ἀρόωσι *pro* ἀροῦσι arant, *Od.* ι. *vel themata horum statui poterunt* δεξιάομαι *&* ἀράω, *vt Eustathius quoque in posteriore loco scribit*, τὸ δὲ ἀρόωσιν ἔοικε δευτέρας εἶναι συζυγίας τῶν περισπωμένων : *pure enim indubitatéque esset tertiæ, si scriberetur* ἀρόουσι, *teste eodem.*]

ANNOTATIO.

DE VERBIS IN MI.

Verborum in μι *deductio.*

A VERBIS Sextæ coniugationis in έω, άω, όω, ύω, deducuntur quæ vocata sunt verba in μι, quòd in μι desinant; *vt* θέω, τίθημι, *pono*: ςάω, ἵςημι, *statuo, sisto*: δόω, δίδωμι, *do*: ζευγνύω, ζεύγνυμι, *iungo*: ideóq; desinentium in μι quatuor sunt Coniugationes, pro numero vocalium ε, α, ο, υ, quæ sunt indices ac figuratiuæ coniugationū.

Figuratiuæ, ε, α, ο, υ.

Quod ad principalem attinet syllabam, tres primæ coniugationes fiunt per ἀναδιπλασιασμὸν, hoc est, *reduplicationem*: Quarta non item. Reduplicatio propria est, quando prima thematis repetitur consonans, & assumitur ι breue; δόω, δίδωμι: in vicem autem aspiratæ succedit illius tenuis; θέω, τίθημι, mutando θ in τ, non θίθημι. Reduplicatio impropria, vbi tantùm præfigitur ι, vt si verbum incipiatur à vocali; ἕω, ἵημι, *mitto*; aut à literis ς, ςάω, ἵςημι.

ἀναδιπλασιασμός.

Reduplicatio propria.

Reduplicatio impropria.

Vltima verò & penultima syllaba, sic habent: Migrat ω purum in μι, vocales autem characteristicæ in proprias longas; ε & α in η, θέω, τίθημι: ςάω, ἵςημι: ο in ω, δόω, δίδωμι. Cæterùm υ cùm sit anceps, hîc longum censebitur; ζευγνύω, ζεύγνυμι. Quæcunque igitur in his verbis sortita sunt reduplicationem, tribus opus habent syllabis; reduplicatione, penultima longa, & syllaba μι. Nec est reduplicatio nisi in præsenti & præterito imperfecto, per omnes modos & participia.

Vltimæ syllabæ & penultimæ formatio.

ε, α, ο } in { η, η, ω

Reduplicatio in quibus temporibus.

Trium

Quæ tempora hic consideranda, & alia vnde petenda.

Trium quoq; temporum hîc solùm habenda est ratio; præsentis, imperfecti, & secundi aoristi. Præsens peculiarem sibi vindicat inflexionem: at imperfectũ & secundus aoristus, regũtur legibus aoristi passiui Barytonorum; excepta penultima, de qua postea. Perfectum, plusquamperfectũ, aoristus primus, & futurũ, consueto more formantur ab iis verbis siue Circumflexis, siue Barytonis, vnde manát ipsa verba in μι; vt τίθημι, futurũ θήσω, à θέω vel θῶ. sic ἵστημι, aoristus primus ἔστησα, à στάω: itẽ δίδωμι, perfectũ δέδωκα, plusquamperfectũ ἐδεδώκειν, à δόω. Proinde hæc tẽpora, quòd sint ad Barytonorũ canones exigenda, parum prosequemur in istis Coniugationibus; nisi quid interuenerit quo deflectant à præscriptis verbis.

Annotatiuncula.

Medio præterito carent verba in μι, & item secundo futuro, perinde atque Circumflexa.

Secundum aoristum passiuum quidẽ ignorant; at medium ritè formant, vt & actiuum.

Verborum in μι formationes.

VT Fecimus in formandis verbis Barytonis (quibus similia sunt circumflexa, excepta contractione: de qua satis abundè diximus, quum de nominum contractorum declinationibus ageremus, 151, 38.) ita nunc quoque verborum in μι formationes volo paucis perstringere.

Verbis in μι quæ sint peculiaria.

Trium verò duntaxat temporum hic habendus est sermo, præsentis, imperfecti, & aoristi secundi; sed hoc destituitur vox passiua. Ac tria in his cõsideranda, Reduplicatio, Characteristica, & Terminatio.

De reduplicatione.

Reduplicatio hábet tantummodo locum in præsenti & imperfecto trium priorum Coniugationum; sed id per omnes modos & participia. Hæc fit præposito ι, Themati barytono, vnde hæc verba deducuntur; ante quod ι, modò non sit longum * positu, repetitur prima consona thematis, si à consonante incipiat; sed pro muta aspirata repetitur illius tenuis, vtpote π, κ, τ, pro φ, χ, θ: vt ex θέω, στάω, δόω, ἕω, per reduplicationem facies τιθέω, ἱστάω, διδόω, ἱέω.

**Intelligẽda est positio non anceps, qualis est in πίμπλημι, πίμπρημι, κίχρημι, & similibus: sed necessaria, qualis est in ἵστημι, ἵημι, & aliis huiusmodi.*

De Characteri-

HACTENVS De reduplicatione; nunc de Characteristica & Terminatione simul agamus. sic enim fiet

fiet commodiùs ac faciliùs. Atque hæ quidem ſunt primariæ Terminationes horum trium temporum.

ſtica & Terminatione.

Primaria verborũ. in μι terminationes.

Tempora	*vocis*	*Indic.*	*Imp.*	*Opt.*	*Sub.*	*Infi.*	*Participia.* ὁ	ἡ	τὸ
Præſens / *Impf. ao. 2*	*actiuæ*	μι / ν	θι	ην	ῶ	ναι	ς	σα,	ν.
Præſens / *Impf. ao. 2*	*paſſ. med.*	μαι / μην	σο	μην	ῶμαι	σθαι	μενος,	μένη,	μενον.

Characteriſticæ ſunt quatuor, ε, α, ο, υ, pro quatuor coniugationum numero: ex quibus υ quidẽ nunquam mutatur niſi quantitate: cæteræ verò, ε, α, ο, ante μι & ν mutantur in ſuas longas, η, η, ω; vt τίθημι, ἵστημι, δίδωμι: ἐτίθην, ἵστην, ἐδίδων: & ἔθην, ἔστην, ἔδων: idem fit ante θι & ναι, ſed ſolùm in aoriſto ſecundo; vt στῆθι, στῆναι: ante ην & μην Optatiuorum aſciſcunt ſibi ι, vt fiant diphthongi ει, αι, οι: vt in voce act. τιθείην, θείην: ἱσταίην, σταίην: διδοίην, δοίην: in paſſiua & med. τιθείμην, θείμην: ἱσταίμην, σταίμην: διδοίμην, δοίμην: ante ῶ & ῶμαι prorſus depereunt; vt τιθῶ, θῶ: ἱστῶ, στῶ: διδῶ, δῶ: & τιθῶμαι, θῶμαι: ἱστῶμαι, στῶμαι: διδῶμαι, δῶμαι: ante ς & σα participiorum, duæ ε & ο aduocant ſibi ſubiunctiuas, illa quidem ι, hæc verò υ; vt τιθεὶς τιθεῖσα, θεὶς θεῖσα: διδοὺς διδοῦσα, δοὺς δοῦσα. Alibi verò characteriſticæ ε, α, ο, retinentur ante terminationes, qualeſcunque ſint.

Characteriſticæ, & quomodo mutentur.

ε in η, α in η, ο in ω ante μι, ν, θι & ναι.

ε in ει, α in αι, ο in οι ante ην & μην Optat.

Characteriſticæ abſorbẽtur ante ῶ & ῶμαι ſubiunctiuorum.

ε, ο in ει, ου ante ς & σα participiorum.

A primariis autem perſonis formantur reliquæ cuiuſuis numeri: in voce quidem actiua per omnes modos & participia, eodem prorſus modo quo dictum eſt in aoriſtis paſſiuis Barytonorum, verùm coniugationis Characteriſtica per omnes perſonas ſeruanda, vt in primariis; niſi in duali & plurali præſentis & imperfecti indicatiui, vbi longæ redeunt in ſuas breues. Porrò præſens indicatiui non omnino ſequitur terminationes aoriſti paſſiui Barytonorum, ſed has: Singul. μι, ς, σι: Dual. τον, τον. Plural. μεν, τε, σι. Ac notandum, pro εσι & οσι, dicendum εῖσι & οῦσι: vt τιθεῖσι, διδοῦσι, veluti in participiis τιθεὶς, διδοὺς, vt diximus. In voce verò paſſiua & media, à primariis ducuntur aliæ perſonæ cuiuſuis numeri, ſequendo analogiam ſimilium temporum & modorum, verborum Barytonorum vocis mediæ: verùm ſecunda perſona ſingularis indicatiui formanda erit à tertia eiuſdem numeri, verſo τ in σ: & ſecunda ſingularis imperatiui, ſimilis eſt ſecundæ ſingul. imperfecti & aoriſti Indicatiui, remoto augmento: quod etiam in ipſis barytonis quondam obſeruatum fuit: verũm

Formatio perſonarũ ductarũ à primariis in voce act.

In voce paſſ.

verùm Iones reiicientes σ, & in Barytonis & sæpe in his verbis contractioni Atticæ locum dederunt, vt facilè ex CLENARDI contextu poteris intueri.

Notio.

Hoc quoque notandum, In terminationibus subiunctiui actiui, passiui & medij, loco ῃ & η, Secundam coniugationem habere ᾳ & α, tertiam verò ῳ & ω.

Paradeigma verborum primæ coniugationis in μι.

PRIMA coniugatio in μι, fit à verbis in έω, per reduplicationem; θέω, τίθημι. Futurum in ήσω, θήσω, vt in prima Circumflexorum.

VERBI ACTIVI.

Indicatiuus. *Ionismus.*

1 Indicatiui præsens.	τίθημι, τίθης, [1] τίθησι: τίθετον, τίθετον: τίθεμεν, τίθετε, τιθεῖσι: & Ionicè τιθέασι.

Imperfectum.

Imperfectum.	ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη: ἐτίθετον, ἐτιθέτην: ἐτίθεμεν, ἐτίθετε, [2] ἐτίθεσαν.

Bœotismus, ει pro η.

2 Perfectum, τέθεικα, κας, κε, per diphthongum ει. Plusquamperfectum, ἐτεθείκειν, κεις, κει. Aoristus primus, ἔθηκα, κας, κε, per κ scribitur.

Aoristus secundus, S. ἔθην, ἔθης, ἔθη: D. ἔθετον, ἐθέτην: P. ἔθεμεν, ἔθετε, [3] ἔθεσαν. Fut. 1. θήσω, σεις, σει, à θέω.

Dorismus. *Bœotismus.*

1 [1] DORICE τίθητι: sic ἵστητι, δίδωτι, ζεύγνυτι, pro ἵστησι,

2 δίδωσι, ζεύγνυσι. [2] Doricè & Bœoticè ἔτιθεν: sic in tertia plurali aoristi sec. ἔθεν, ἔσταν, & ἔδον, formando à prima sing. longa in suam breuem versa. sic in Quarta coniugatione, si hoc tempus habeat: vt ἔφυν, vltimâ longâ, *ortus sum*: vltimâ breui, *orti sunt*, à φῦμι, *orior*: sic ἔδυν,

3 *subij & subierunt*, à δῦμι, *subeo*. [3] Porrò ex ἔθεσαν, reiecto augmento, fit compositum ἄνθεσαν, *reposuerunt*, ab ἀνθίθημι pro ἀνατίθημι, 173, 16.

Imperatiuus.

Imperat. præs. & imperf.	τίθετι, τιθέτω: τίθετον, τιθέτων: τίθετε, τιθέτωσαν.	Aor. 2.	θὲς, θέτω: θέτον, θέτων: θέτε, θέτωσαν.

Optatiuus.

Optatiui præsens & imperf.	τιθείην, τιθείης, τιθείη: τιθείητον, τιθειήτην: τιθείημεν, τιθείητε, τιθείησαν.

Aorist. 2. { θείην, θείης, θείη: θείητον, θειήτην: θείημεν, θείητε, θείησαν.

Subiunct. præſ. & imperf. | Aoriſt. 2.

ἐὰν { τιθῶ, τιθῇς, τιθῇ: τιθῆτον, τιθῆτον: τιθῶμεν, τιθῆτε, τιθῶσι. } ἐὰν { θῶ, θῇς, θῇ: θῆτον, θῆτον: θῶμεν, θῆτε, θῶσι. }

Subiunctiuus.

Infinitiui præſens, τιθέναι. Aoriſtus 2, θεῖναι.

Infinitiuus.

Partic. præſ. & impf. { ὁ τιθεὶς, τιθέντος: ἡ τιθεῖσα, τιθείσης: τὸ τιθὲν, τιθέντος. } Aor. 2, { ὁ θεὶς, θέντος: ἡ θεῖσα, θείσης: τὸ θὲν, θέντος. }

Participia.

Verbum paſſiuum, fit ab actiuo, corripiendo penultimam; τίθημι, τίθεμαι.

Paſſiuum prima verborum in μι.

Indicatiui præſens; | Imperfectum;

{ τίθεμαι, τίθεσαι, τίθεται: τιθέμεθον, τίθεσθον, τίθεσθον: τιθέμεθα, τίθεσθε, *τίθενται. } { ἐτιθέμην, ἐτίθεσο, ἐτίθετο: ἐτιθέμεθον, ἐτίθεσθον, ἐτιθέσθην: ἐτιθέμεθα, ἐτίθεσθε, ἐτίθεντο. }

Indicatiuus p...

Perfectum, Sing. τέθειμαι, τέθεισαι, τέθειται: (θει) Dual. τεθείμεθον, τέθεισθον, τέθεισθον: Plural. τεθείμεθα, τέθεισθε, τέθεινται. per ει penultima, perinde atque actiuum τέθεικα. Pluſquamperfectum, ἐτεθείμην, ἐτέθεισο, &c. Aoriſtus primus, ἐτέθην, ἐτέθης, vt in Barytonis. Futurum primum, τεθήσομαι. Paulopoſtfuturum, τεθείσομαι.

* Poëticè τιθέαται, vt de Barytonis dictum eſt 190, 15. & 29.

Annotatio.

Imperat. præſ. & imperf. Sing. τίθεσο, τιθέσθω: Dual. τίθεσθον, τιθέσθων: Plural. τίθεσθε, τιθέσθωσαν.

Imperatiuus.

Optat. præſ. & impf. | Perf. & pluſquāperf.

{ τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο: τιθείμεθον, τιθεῖσθον, τιθείσθην: τιθείμεθα, τιθεῖσθε, τιθεῖντο. } { τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο: τεθείμεθον, τεθεῖσθον, τεθείσθην: τεθείμεθα, τεθεῖσθε, τεθεῖντο. }

Optatiuus.

Subiū præſ. & imp. ἐὰν | Perf. & pluſquāperf. ἐὰν

{ τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται: τιθώμεθον, τιθῆσθον, τιθῆσθον: τιθώμεθα, τιθῆσθε, τιθῶνται. } { τεθῶμαι, τεθῇ, τεθῆται: τεθώμεθον, τεθῆσθον, τεθῆσθον: τεθώμεθα, τεθῆσθε, τεθῶνται. }

Subiunctiuus.

Infinitiui præſens & imperfectum, τίθεσθαι,

Infinitiuus.

Participium.

ab indicatiuo τίθεσαι. Participij præsens & imperfectum, ὁ* τιθέμενος, ἡ τιθεμένη, τὸ τιθέμενον.

*Poëtica ectasi τιθήμενος.

VERBI MEDII.

Medium primæ Coniug. verborum in μι.

Præsens & imperf. eadem sunt cum passiuis. Perfectum & plusquamperfectum, & secundum futurum, desiderantur. Reliqua sunt tria tempora, primus aoristus, secũdus aoristus, & futurũ primum. Aor. prim. ἐθηκάμην: sed parũ vsitatus. Futurum primum per omnes modos ac participia, θήσομαι, θησοίμην, θήσεσθαι, θησόμενος.

Aoristus secundus medius per omnes modos & participia.

Secundus autem aoristus inflectitur sic;

Indicat. { ἐθέμην, ἔθου, * ἔθετο: ἐθέμεθον, ἔθεσθον, ἐθέσθην: ἐθέμεθα, ἔθεσθε, ἔθεντο. }

Imperatiuus. { θοῦ, θέσθω: θέσθον, θέσθων: θέσθε, θέσθωσαν. }

Optatiuus. { † θείμην, θεῖο, θεῖτο: θείμεθον, θεῖσθον, θείσθην: θείμεθα, θεῖσθε, θεῖντο. }

Subiunctiuus, ἐὰν { θῶμαι, θῇ, θῆται: θώμεθον, θῆσθον, θῆσθον: θώμεθα, θῆσθε, θῶνται. }

Infinitiuus, θέσθαι. Participium, ὁ * θέμενος, ἡ θεμένη, τὸ θέμενον. Et in sequentibus quoque coniugationibus eodem modo se habent hæc tempora, vt postea videbitur.

* Hinc ἄνθετο, reposuit, pro ἀνέθετο, reiecto augmento, ab ἀντίθημι pro ἀνατίθημι, 173,16.

† Dicim⁹ quoque θοίμην, θοῖο, θοῖτο, tanquam à θόω, cuius aoristus sec. med. esset ἐθόμην, ου.

* Hinc ἀνθέμενος, pro ἀναθέμενος, 173,16.

SECVNDA Coniugatio in μι, fit à verbis in άω: στάω, ἵστημι: Futurum in ήσω, * στήσω, vt in secunda coniugatione Circumflexorum.

*Cum ἀπὸ, ἀποστήσω, auertam.

VERBI ACTIVI.

Paradeigma verborũ secundæ Coniugationis in μι.

Indicat. { ἵστημι, ἵστης, ἵστησι: ἵστατον, ἵστατον: ἵσταμεν, ἵστατε, ἱστᾶσι. }

Imperf. { ἵστην, ἵστης, ἵστη: ἵστατον, ἱστάτην: ἵσταμεν, ἵστατε, ἵστασαν. }

Perfectum, ἕστηκα per α: Plusquamperfectum, ἑστήκειν. Aoristus primus, ἔστησα.

Aoristus 2. S. * ἔστην, ἔστης, * ἔστη: D. ἔστητον, ἐστήτην: P. ἔστημεν, ἔστητε, ἔστησαν. Futurum primum, στήσω.

* Cum ἀπὸ, ἀπέστην, destiti: cũ ἀμφὶ, ἀμφέστην, circũstiti.

*Compositum ex ἀνὰ, ἀνέστη, surrexit. crebrũ apud Homerũ.

Imperat. præs. & imperf. { ἵσταθι, ἱστάτω: ἵστατον, ἱστάτων: ἵστατε, ἱστάτωσαν. }

Aor. 2, { * στῆθι, στήτω: στῆτον, στήτων: στῆτε, στήτωσαν. }

† Doricè στᾶθι.

Opta

Optatiui præſ & impf.	Aoriſt. 2,
ἱσταίην, ἱσταίης, ἱσταίη:	σταίην, σταίης, σταίη:
ἱσταίητον, ἱσταιήτην:	σταίητον, σταιήτην:
ἱσταίημεν, ἱσταίητε, ἱσταίησαν.	σταίημεν, σταίητε, σταίησαν

Optatiuus.

Subiunct. præſ. & imperf.	Aoriſt. 2,
ἐὰν ἱστῶ, ἱστᾷς, ἱστᾷ:	ἐὰν στῶ, στῇς, στῇ:
ἱστᾶτον, ἱστᾶτον:	στῆτον, στῆτον:
ἱστῶμεν, ἱστᾶτε, ἱστῶσι.	στῶμεν, στῆτε, στῶσι.

Subiunctiuus.

Infinitiui præſens, ἱστάναι: Aoriſtus 2, * στῆναι.

Infinitiuus.

*Dorice στᾶναι.

Partic. præſ. & impf.	Aor. 2,
ὁ ἱστὰς, ἱστάντος:	ὁ * στὰς, στάντος:
ἡ ἱστᾶσα, ἱστάσης:	ἡ στᾶσα, στάσης:
τὸ ἱστὰν, ἱστάντος.	τὸ στὰν, στάντος.

Participia.

* *ἀνστὰς, qui ſurrexit*, pro *ἀναστὰς*, 173,16. & *ἀποστὰς, qui deſtitit.*

VERBI PASSIVI.

Paſſiuũ ſecundæ Coniug. verborum in μι.

Indicatiui præſens,	Imperfectum,
ἵσταμαι, ἵστασαι, ἵσταται:	ἱστάμην, ἵστασο, ἵστατο:
ἱστάμεθον, ἵστασθον, ἵστασθον:	ἱστάμεθον, ἵστασθον, ἱστάσθην:
ἱστάμεθα, ἵστασθε, ἵστανται.	ἱστάμεθα, ἵστασθε, ἵσταντο.

Indicatiuus.

Perfectũ, ἕσταμαι, ἕστασαι, ἕσταται. Pluſquamperfectũ, ἑστάμην, ἕστασο, ἕστατο, more cõſueto. Aoriſtus primus, ἐστάθην. Futurum primum, σταθήσομαι. Paulopoſtfuturum, ἑστάσομαι.

ἐστάθην

Imperatiui præſens & imperfectum, S. ἵστασο, ἱστάσθω: D. ἵστασθον, ἱστάσθων: P. ἵστασθε, † ἱστάσθωσαν.

Imperatiuus.

Optat. præſ. & imperf.	Perf. & pluſquãperf.
ἱσταίμην, ἱσταῖο, ἱσταῖτο:	ἑσταίμην, ἑσταῖο, ἑσταῖτο:
ἱσταίμεθον, ἱσταῖσθον, ἱσταίσθην:	ἑσταίμεθον, ἑσταῖσθον, σθην:
ἱσταίμεθα, ἱσταῖσθε, ἱσταῖντο.	ἑσταίμεθα, ἑσταῖσθε, ἑσταῖντο.

Optatiuus.

Subiũ. præſ. & impf.	Perf. & pluſquãperf.
ἐὰν ἱστῶμαι, ἱστᾷ, ἱστᾶται:	ἐὰν ἑστῶμαι, ἑστᾷ, ἑστᾶται:
ἱστώμεθον, ἱστᾶσθον, ἱστᾶσθον:	ἑστώμεθον, ᾶσθον, σθον:
ἱστώμεθα, ἱστᾶσθε, ἱστῶνται.	ἑστώμεθα, ᾶσθε, ῶνται.

Subiunctiuus.

Infinitiui præſens & imperfect. ἵστασθαι, ab indicatiuo ἵστασθε. Participij præſens & imperfectum, ἱστάμενος, ἱσταμένη, ἱστάμενον.

Infinitiuus.

Participium.

Medium secundæ Coniug. verborum in μι.

VERBI MEDII.

Aoristus primus, ἐστησάμην, ἔστησω, ἔστησατο, [illegible] Futurum primum, [illegible] [illegible].

Aoristus secundus.

Secũdus aoristus, Sing. ἐστάμην, ἔστασο, ἔστατο: D. ἐστάμεθον, ἔστασθον, ἐστάσθην: P. ἐστάμεθα, ἔστασθε, ἔσταντο. Sed in hoc verbo non est hoc tẽpus vsitatum.

Paradeigma verborum tertiæ Coniugationis in μι.

TERTIA coniugatio in μι, fit à verbis in όω; 1 δόω, δίδωμι. Futurum in ώσω, [1] δώσω, perinde vt in tertia Circumflexorum. Præteritum, δέδωκα.

1 [1] Poëticè Seruata reduplicatione, διδώσω: prima pluralis [illegible] infinitiuus διδώσειν, daturum esse.

VERBI ACTIVI.

Indicatiuus.

** Poëticè [illegible]*

Ionismus.

Indicatiui præsens,	Imperfectum,
δίδωμι, δίδως, δίδωσι:	* ἐδίδων, ἐδίδως, ἐδίδω:
δίδοτον, δίδοτον:	ἐδίδοτον, ἐδιδότην:
δίδομεν, δίδοτε, διδοῦσι:	ἐδίδομεν, ἐδίδοτε, ἐδίδοσαν.
Ionicè διδόασι.	

Perfectum, δέδωκα: Plusquamperf. ἐδεδώκειν. Aor. 1. ἔδωκα, per κ. Aor. 2. S. ἔδων, ἔδως, ἔδω: D. ἔδοτον, ἐδότην: P. ἔδομεν, ἔδοτε, * ἔδοσαν. Futur. 1. δώσω.

** Rejecto augmento δόσαν, dederunt.*

Imperatiuus.

** Cum ἀπὸ, ἀπόδος, redde: cũ διὰ, διάδος, distribue.*

Imperat. præs. & imperf.		Aor. 2,	
	δίδωθι, διδότω:		* δὸς, δότω:
	δίδοτον, διδότων:		δότον, δότων:
	δίδοτε, διδότωσαν.		δότε, δότωσαν.

Optatiuus.

Optatiui præs. & imperf.	Aoristus 2,
διδοίην, διδοίης, διδοίη:	δοίην, δοίης, δοίη:
διδοίητον, διδοιήτην: (σαν.	δοίητον, δοιήτην:
διδοίημεν, διδοίητε, διδοίη-	δοίημεν, δοίητε, δοίησαν.

Subiunctiuus.

Subiũct. præs. & impf. ἐὰν	Aorist. 2, ἐὰν
1 διδῶ, διδῷς, διδῷ:	δῶ, δῷς, [1] δῷ:
διδῶτον, διδῶτον:	δῶτον, δῶτον:
2 διδῶμεν, διδῶτε, διδῶσι.	δῶμεν, δῶτε, [2] δῶσι.

Ionismus.

1 [1] Ionicè δῷσι. Iones enim tertiis personis sing. subiũctiuorum vocis actiuæ, sæpe addunt σι, vel σιν sequente vocali quidam scribunt δῶσι, absque puncto subscripto.

γνώωσι.

2 [2] Poëticè δώωσι. sic γνώωσι, nouerint, à γνῶμι, nosco: vt pro [illegible], δῷ, dicatur δώω, δώῃς, δώῃ, & Ionicè δώῃσι.

Infi

Infinitiui præsens & imperfectum, διδόναι.

Infinitiuus.

Aoristus secundus, *δοῦναι.

** Doricè δοῦμεναι, Ionicè δόμεναι.*

Partic. præs. & impf.	ὁ διδοὺς, διδόντος: ἡ διδοῦσα, διδούσης: τὸ διδὸν, διδόντος.	Aor. 2.	ὁ δοὺς, δόντος: ἡ δοῦσα, δούσης: τὸ δὸν, δόντος.

Participia.

VERBI PASSIVI.

Passiuum tertiæ coniug. verborum in μι. Indicatiuus.

Indicatiui præsens,	Imperfectum,
δίδομαι, δίδοσαι, δίδοται:	ἐδιδόμην, ἐδίδοσο, ἐδίδοτο:
διδόμεθον, δίδοσθον, δίδοσθον:	ἐδιδόμεθον, ἐδίδοσθον, ἐδιδόσθην:
διδόμεθα, δίδοσθε, δίδονται.	ἐδιδόμεθα, ἐδίδοσθε, ἐδίδοντο.

Perfectum, δέδομαι. Plusquamperfectum, ἐδεδόμην. Aoristus primus, ἐδόθην. Futurum primum, δοθήσομαι. Paulopostfuturum, δεδόσομαι.

Imperat. præs. & impf.	Perf. & plusquãperf.
δίδοσο, διδόσθω:	δέδοσο, δεδόσθω:
δίδοσθον, διδόσθων:	δέδοσθον, δεδόσθων:
δίδοσθε, διδόσθωσαν.	δέδοσθε, δεδόσθωσαν.

Imperatiuus.

Optatiui præs. & imperf. S. διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο: D. διδοίμεθον, διδοῖσθον, διδοίσθην: P. διδοίμεθα, διδοῖσθε, διδοῖντο. Perfectũ & plusquamperfectum, δεδοίμην, δεδοῖο, δεδοῖτο: vt præsens.

Optatiuus.

Subiunctiui præs. & imperf. S. ἐὰν διδῶμαι, διδῷ, διδῶται: D. διδώμεθον, διδῶσθον, διδῶσθον: P. διδώμεθα, διδῶσθε, διδῶνται. Perfecta & plusquamperfectum, ἐὰν δεδῶμαι, δεδῷ, δεδῶται: vt præsens.

Subiunctiuus.

Infinitiui præsens & imperfectum, δίδοσθαι, ab indicatiuo δίδοσθε. Participij præsens & imperfectum, ὁ διδόμενος, ἡ [illegible], τὸ [illegible].

Infinitiuus.

Participium.

VERBI MEDII.

Medium tertiæ Coniug. verborum in μι.

Aoristus primus, ἐδωκάμην, parum vsitatus. Aoristus verò secundus sic inflectitur:

Aoristus secundus medius per omnes modos & participia.

Indicatiuus,	Imperatiuus,
ἐδόμην, ἔδοσο, ἔδοτο:	δόσο, δόσθω:
ἐδόμεθον, ἔδοσθον, ἐδόσθην:	δόσθον, δόσθων:
ἐδόμεθα, ἔδοσθε, ἔδοντο.	δόσθε, δόσθωσαν.

Futurum primum per omnes modos & participia, δώσομαι, δωσοίμην, δώσεσθαι, δωσόμενος.

Optatiuus,	Subiunctiuus, ἐὰν
δοίμην, δοῖο, δοῖτο:	δῶμαι, δῷ, δῶται:
δοίμεθον, δοῖσθον, δοίσθην:	δώμεθον, δῶσθον, δῶσθον:
δοίμεθα, δοῖσθε, δοῖντο.	δώμεθα, δῶσθε, δῶνται.

Infinitiuus, δόσθαι. Participium, ὁ δόμενος, ἡ δομένη, τὸ δόμενον.

Paradigma verborũ quarta Coniug. in μι.

QVARTA coniugatio in μι, fit à verbis in ύω, ζευγνύω, ζεύγνυμι.

VERBI ACTIVI.

Indicatiuus.

Indicatiui præsens,	Imperfectum,
ζεύγνυμι, ζεύγνυς, ζεύγνυσι:	ἐζεύγνυν, γνυς, γνυ:
ζεύγνυτον, ζεύγνυτον:	ἐζεύγνυτον, γνύτην:
ζεύγνυμεν, ζεύγνυτε, ζευγνῦσι.	ἐζεύγνυμεν, γνυτε, γνυσαν.

Imperatiuus.

Imperatiui præsens & imperfectum, S. ζεύγνυθι, ζευγνύτω: Dual. ζεύγνυτον, ζευγνύτων: P. ζεύγνυτε, ζευγνύτωσαν.

Infinitiuus.

Infinitiui præsens & imperfect. ζευγνύναι.

Participium.

Participij præsens & imperfectũ, ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος: ἡ ζευγνῦσα, ζευγνύσης: τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος.

ANNOTATIO.

Omissum est præsens Optatiuum ζευγνύην, teste Herodiano, assumpto videlicet ι ad characteristicam υ, vt in præcedẽtibus Coniugationibus τιθείην, ἱσταίην, διδοίην. in passiua autem diathesi tempus hoc deest, quia terminatio non amplius est pura, vt in actiua forma, sed assumpto ε: fit impura. nam ἡ ει δίφθογγος (inquit Herodianus) οὐχ εὑρίσκεται συμφώνου ἐπιφερομένου: eamque ob causam Quarta coniugatio in μι non habet diphthongum in penultima Optatiui passiuæ diatheseως.

Passiuũ quarta Coniugationis verborũ in μι.

VERBI PASSIVI.

Indicatiuus.

Indicatiui præsens.	
	ζεύγνυμαι, ζεύγνυσαι, ζεύγνυται:
	ζευγνύμεθον, ζεύγνυσθον, ζεύγνυσθον:
	ζευγνύμεθα, ζεύγνυσθε, ζεύγνυνται.

Imper

Imperfectum. { ἐζευγνύμην, ἐζεύγνυσο, ἐζεύγνυτο: ἐζευγνύμεθον, ἐζεύγνυσθον, ἐζευγνύσθην: ἐζευγνύμεθα, ἐζεύγνυσθε, ἐζεύγνυντο.

Imperatiuus.

Imperatiui præsens & imperfect. S. ζεύγνυσο, ζευγνύσθω: D. ζεύγνυσθον, ζευγνύσθων: P. ζεύγνυσθε, ζευγνύσθωσαν. Infinitiui præsens, ζεύγνυσθαι, ab indicatiuo ζεύγνυσθε. Participij pręsens & imperfectum, ζευγνύμενος, ζευγνυμένη, ζευγνύμενον.

Infinitiuus.

Participium.

ANNOTATIONES IN VERBA IN MI.

Iota ante σ aspiratur.

REDVPLICATIO in ἵστημι aspiratur: nam asperum spiritum habet iota ante σ.

Reduplicatio in quarta semper, in aliis sæpe desideratur.

Quarta coniugatio [1] reduplicationem ignorat; ζεύγνυμι, iungo: ὀμόργνυμι, abstergo: ὀρέγνυμι, extendo: κεράννυμι, misceo: πετάννυμι, pando: δῦμι, ingredior: φῦμι, nascor: id quod in aliis quoque accidit, δίζημι, quæro: ὄνημι, iuuo: [2] φίλημι, amo: ἵλημι, propitius sum: φημὶ, dico: γνῶμι, nosco, [3] & multis aliis apud poëtas.

1 2 3

Reduplicatio per ε etiam in quarta coniug.

ANNOTATIO.

[1] INVENITVR Tamen κέκλυθι pro κλῦθι, audi: & κέκλυτε pro κλῦτε audite, à κλῦμι, facta per ε reduplicatione: quę & in quibusuis Barytonorum temporibus, nedum verborũ in μι, locũ habet. Nisi melius dicamus esse Ionicam reduplicationem, vel vt præsens τέθναθι, infra in tractatu de Inuestigatione them. in verbo θνήσκω: vel vt aoristum λέλαθε, 172, 17. & in eodem tractatu de Inuestig. them. ad verbum λήθω. [2] Bœoticè dicitur πεφίλειμι, facta per ε reduplicatione, & penultima η in ει mutata, vt in τέθεικα pro τέθηκα, 224, 17. sic à νοέω, νόημι, νενόειμι, cogito: imperatiuus νενόηθι: τελέω, τέλημι, τετέλειμι, finio, perficio. Æoles verò mutant η penultimam in ε, geminato μ, τίθημι, τίθεμμι, pono: φίλημι, φίλεμμι, amo: πόθημι, πόθεμμι, desidero: cuius infinitiuus ποθέναι, Doricè ποθέμεναι, 182, 6. ectasi poëtica ποθήμεναι, desiderare: potest tamen etiam esse aoristi secundi pro ποθῆναι. sic à κάλημι, καλήμεναι, vocare: & à φίλημι, φιλήμεναι, dilexisse: cuius participium est φιλεὶς, έντος, & Æolicè retracto accentu φίλεις φίλεντος, amans: sic νόεις, νόεντος, cogitans, à νόημι. [3] Vt in prima αἴνημι, laudo: δείπνημι, cœno, à δειπνέω,

1 2 3

Bœoticè ει pro η.

Æolicè εμμι pro ημι.

Æolicè accẽtus retractus.

Reduplicationẽ ignorantia.

vel quasi à δειπνάω secundæ. vnde infinitiuus δειπνάναι: quod etiam inuenitur cum Ionica reduplicatione, δεδειπνάναι: atque prima pluralis præsentis, δεδείπναμεν.

ANNOTATIO.

[*Eustathius quoque deducit à δείπνημι: alij tamen malunt esse perf. med. à δειπνέω, ut δεδείπναμεν à δειπνέω.*] Exempla secundæ, γήρημι, *senesco*: vnde participium γηρὰς, ἀντος, *senescẽs*: datiuus pluralis poëticus γηράντεσσι: vel γήρας, est syncope pro γηράντας, à γηράω. κίδναμαι, *dispergor*, in imperfecto ἐκίδνατο, *dispergebatur*. κρέμαμαι, *pendeo*. γέλημι, *rideo*. νίκημι, *vinco*. ἀρίστημι, *prandeo*: in imperfecto ἠρίσταμεν, *prandebamus*: infinitiuus ἀριστάναι. κτῆμι, *interficio*: infinitiuus κτάναι, Ionicè κτάμεν, Doricè κτάμεναι, cum κατὰ, κατακτάμεν & κατακτάμεναι, *interficere*: participium aoristi secundi κτὰς, vnde κατακτὰς, *qui interfecit*: & in indicatiuo ἔκτην, ης, η, Doricè ἔκταν, ἔκτας, ἔκτα, cum κατὰ, κατέκταν, *interfeci*: in voce media ἐκτάμην: participium κτάμενος, *interfectus*. οὔτημι, *vulnero*: infinitiuus οὐτάναι, Ionicè οὐτάμεν, Doricè οὐτάμεναι, *vulnerare*: participiũ passiuũ [illegible], [illegible], *vulneratus*. Exẽpla tertiæ sine reduplicatione, δοκίμωμι, *probo*, ἐλευθέρωμι, *libero*. Nam poëtæ metri gratia reduplicationem non aliter quàm augmentum vel apponunt, vel abiiciunt.

Mira poëtarum in reduplicationis varietate licentia.

Interdum huiusmodi reduplicatio, quæ sua natura est breuis, siue fiat per ι, siue per ε, positione producitur, inserto μ: vt πρέω, πρῆμι & πίπρημι, *comburo*: futurũ πιμπρήσω, *incendam*, seruat reduplicationẽ, vt διδώσω, 228, 11. præsens passiuum πίμπραμαι, *ardeo*. πλάω, πλῆμι & πίμπλημι, *impleo*, tertia persona πίμπλησι, *implet*: participiũ πιμπλὰς, *implens*: fœmininum πιμπλᾶσα, nominatiuus pluralis πιμπλᾶσαι, *implentes*. Interdum etiam à vocali incœpta reduplicationem habent in secunda syllaba: vt ὀνέω, seu ὀνάω, ὄνημι & ὀνίνημι, *iuuo*: tertia persona ὀνίνησι, *prodest*: passiuum ὀνίναμαι, tertia pluralis ὀνίνανται, *iuuantur*: & in imperfecto ὀνίνατο, *iuuabantur*, sine augmento.

ANNOTATIO.

[*Non est opus statuere thema ὀνέω: nec illud reperiri iudico, nisi forsan Ionicè, vt αὐτέω. nam ὄνομαι, ὀναίμην, ὄνατο, & similia, secundæ, non Primæ coniugationis figuratiuam habent, α, non ε.*] Interdum duas primas literas thematis repetunt reduplicationis loco: vt αλάω, ἄλημι & ἀλάλημι, *erro*: ἀλυκτέω, ἀλύκτημι & ἀλαλύκτημι, *in angustias redigo*: ἀχέω, ἄχημι & ἀκάχημι, *ango*: vbi tenuis κ repetitur pro aspirata χ, vt dictum est de augmento perfecti, 173, 30. & de reduplicatione propria. 221, 21. hæc in voce pass. Characteristicam longam habent;

Passiuæ Characteristicam producentia.

[illegible], ([illegible]) ἀλαλ[illegible],

ἀκ[illegible]

ἀκάχημαι, quæ ſunt in crebro vſu apud poëtas. atque ab ἀλάλημαι, fit infinit. ἀλάλησθαι, errare : participium ἀλαλήμενος, errans : in infinitiuo vocis actiuæ ſine reduplicatione, ſed ſeruata longa, ἀλῆναι, & Doricè ἀλήμεναι, vagari: aoriſtus primus paſſ. [illegible] & participium [illegible], vagatus, tanquam ab [illegible] ab [illegible] in tertia plurali imperfecti [illegible], & Ionicè [illegible], 19[illegible] au-getur in medio : ſine augmento ἀκαχέατο, & addito ι ad ε, ἀκαχείατο, triſtabantur. Sunt & quædam alia quæ in voce paſſ. vocalem longam ſeruant; quod [illegible], Attico & Ionico more fieri dicitur; vt ὄρημαι, ὄρηαι, ὄρηται, ab ὁράω ὄρημι, video: cum præpoſitione Dorica ποτὶ, id eſt πρὸς, [illegible], à [illegible], infinitiuus actiuus ποτορῆν pro ποτορᾶν ſiue προσορᾶν Doricè, vt ζῆν pro ζᾶν, 213, 23. [illegible] pro [illegible] fin-ctum capio. [illegible] pro [illegible] vnde imperfectum ἐφιλήμην, ἐφίλησο, ἐφίλητο, pro ἐφιλᾶτο, (quód & ipſum in vſu habetur) & ſine augmento φίλατο, diligebat, à φίλημι, amo; quod & in duali & plurali ſeruat longam Æolicè: [illegible]. [illegible] pro [illegible] imperfect. ἐκαλήμην, ἐκάλησο, ἐκάλητο, à καλέω, κάλημι, voco. δίζημαι, δίζηαι, δίζηται, pro δίζομαι, [illegible], quæro : vnde participium διζήμενος, quærens : ſic βλήμενος, percuſſus, pro βλέμενος, à βλέω βλῆμι, id eſt, βάλλω, percutio. ἄημι verò, quod fit ab ἀέω primæ, id eſt, ſpiro, vbique longam ſeruat tam in voce actiua quàm paſſiua : vnde in tertia duali ἄητον, ſpirant : in infinitiuo ἄηναι, & Doricè ἀήμεναι, ſpirare : in imperfecto paſſiuo ἄητο, ſpirabat, ſine augmento. At ex ἄημι, quod fit ex ἀάω ſecundæ fit paſſiuum ἄαμαι, ἄασαι, ἄαται, id eſt, expletur, ſatiatur : cæterùm ab ἄημι primæ, fit ἄησι, flat, ſpirat: tertia pluralis ἀεῖσι, ſpirant, pro ἀεῖσι : imperf. ἄη, flabat, ſine incremento: magis vſitatum eſt ἄει, à circumflexo ἀέω, ἀῶ, ἄεον, ἄεε, craſi ἄει: participium, ἀεὶς, ἀέντος, flans, ſpirans. Illud quoque ſcias velim, verba in μι Quartæ coniugationis eſſe multa, tot fermè quot verba Barytona in ύω : aliarum verò trium coniugationum pauciſſima inueniri. Hoc enim auſim affirmare, nullum ex his ſimplex in vſu haberi, cuius mentio non fiat in hoc libro vel à CLENARDO vel à nobis. Proinde omnia ſimplicia in Indicibus inuenies, compoſita verò regulas ſimplicium ſequuntur.

Notio.

Præſentis & imperfecti ſingularia actiua, penultimam producunt η, ω, υ; τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι : ἐτίθην, ἵστην, ἐδίδων. Dualia au-

Figurativa cõ[illegible] [illegible] ε, α, ο, υ, vbi ſeruentur : [illegible]

quomodo producantur.

tem & pluralia, corripiunt; τίθετον, τίθεμεν: ἵστατον, ἵσταμεν. Sic & passiuum præsens & imperfectũ in quouis numero, τίθεμαι, τιθέμεθον, τιθέμεθα, ἐτιθέμην, &c.

Tertia pluralis indicatiui præsentis.

Notio.

Tertia pluralis indicatiui præsentis, τιθεῖσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι, ζώγνῦσι. semper enim in præsenti
1 & futuro omnium verborum, similis est[1] datiuo plurali participij eiusdem temporis: vt τύπτων, τύπτοντος, τοῖς τύπτουσι, sic τύπτομεν, τύπτουσι: vt τιθεὶς, τιθέντος, τοῖς τιθεῖσι, sic τίθεμεν, τιθεῖσι: vt ἱστὰς, ἱστάντος, τοῖς ἱστᾶσι, sic ἵσταμεν, ἱστᾶσι. In quar-

ῦσι pro ῦσι.

Ionismus:

εῖσι, έασι:

ῦσι, όασι:

ῦσι, ύασι.

2 ta autẽ receptum est[2] non ζώγνῦσι, sed ζώγνύουσι, à Barytono ζώγνύω. Ionicè verò τιθέασι, διδόασι, ζώγνύασι. expungunt enim subiunctiuam vocalem, aut ancipitem breuiãt, & interponunt α:
2 τιθεῖσι, τιθέασι: διδοῦσι, διδόασι: ζώγνῦσι,[2] ζώγνύασι: at ἱστᾶσι tantùm, non ἱστάασι, ob cacophoniam.

Imperfectum.

Circũflexa pro verbis in μι.

Imperfectũ singulare trium Coniugationum
3 raro est in vsu, sed[3] vtimur personis Circũflexorũ; à τιθέω τιθῶ, ἐτίθουν, ἐτίθεις, ἐτίθει: ab ἱστάω ἱστῶ
4 ἵστων, ἵστας,[4] ἵστα: à διδόω διδῶ, ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου. Idẽ iudicium de tertia plurali, ἐτίθεσαν, ἵστων, ἐδίδουν.

Perfectum.

Bœotismus,

ɛι pro η.

α pro η.

ɛ aspiratum.

Perfectum, τέθεικα, Bœotorum more, pro
5 τέθηκα, à futuro θήσω.[5] mutant enim Bœoti η in ει. At perfectum ἕστακα per α, pro ἕστηκα, à futuro στήσω: ad differentiam ἕστηκα, *permansi*, præteriti medij ab ἑστήκω, *permaneo*: seruátque ε spiritum præsentis ἵστημι.

Aoristus prim.

κα pro σα.

Aoristi primi, ἔθηκα & ἔδωκα, pro ἔθησα & ἔδωσα. deflexerunt enim à communi lege, nec retinuerunt cõsonantem futurorum suorum, θήσω, δώσω.

Aoristi secundi formatio.

Aoristi secundi fiunt à primo futuro, vertendo σω in ν, & præposito augmẽto: θήσω, ἔθην: στήσω, ἔστην: δώσω, ἔδων. At Quarta cõiugatio nec futurum habet, nec secundum aoristum, nisi in

verbis disyllabis: κλῦμι, *audio*: δῦμι, *ingredior*: futurum κλύσω, δύσω: aoristus ἔκλυν, ἔδυν, idem cum imperfecto. Seruat autem hoc tempus eandem vocalem in omnibus numeris; ἔστην, *steti*, ἔστηθι, ἔστημεν: ἔγνων *noui*, ἔγνωθι, ἔγνωμεν.

ἔκλυν, υς, υ. ἔδυν, ἔδυς, ἔδυ, *subij, subijsti, subiit.* ἔγνων, à γνῶμι.

Imperatiuus desinit in θι: στῆθι *sta*, γνῶθι *nosce*, per vocalem indicatiui, quæ & in infinitiuo manet, στῆναι, γνῶναι. sed ἔθην & ἔδων, in duali & plurali vocalem corripiunt; ἔθετον, ἔθεμεν; ἔδοτον, ἔδομεν. Imperatiuorum præterea vltima est ς, [6] θὲς, δός: Infinitiuorum autem penultima diphthongus, θεῖναι, δοῦναι, 6

Aoristi secundi imperatiuus & infinitiuus. γνῶθι. γνῶναι. ἔθετον, &c. ἔδοτον, &c. θὲς, δὸς. θεῖναι, δοῦναι.

Imperatiui in θι, τίθετι, ἵσταθι, δίδοθι, ζεύγνυθι, [7] à prima plurali, μεν verso in θι: ἵσταμεν, ἵσταθι: sed τίθετι per τι, non θι: de quo vide *aoristum passiuum Barytonorum. Etiam hîc magis recepti sunt imperatiui secundæ personæ à contractis; τίθει, ἵστα,* δίδου, à τιθῶ, ἱστῶ, διδῶ. 7

Imperatiui formatio. τι *pro* θι. * Pag.193,23. *Circũflexa pro verbis in* μι. * Doricè δίδοι, da.

Optatiui præsens, τιθείην, ἱσταίην, διδοίην: & secundus aoristus, θείην, σταίην, δοίην, per diphthongum, quæ continet figuratiuam Coniugationis ει, αι, οι.

Optatiuus: ειην, αιην, οιην.

Subiunctiui præsens, [8] τιθῶ, τιθῇς, τιθῇ: ἱστῶ, ἱστᾷς, ἱστᾷ: διδῶ, διδῷς, διδῷ. Secunda & tertia persona singularis per diphthongum impropriam ῃ primæ Coniugationis, ᾳ secundæ, ῳ tertiæ. Secundus autem aoristus, θῶ, θῇς, θῇ: στῶ, στῇς, στῇ: δῶ, δῷς, δῷ: per ῃ in duabus primis coniugationibus, & per ῳ in tertia. 8

Subiunctiuus. ῃ. ᾳ, ῳ. ῃ. ῳ.

Quarta coniugatio caret Optatiuo & Subiunctiuo.

Notio.

Infinitiui præsens, τιθέναι, ἱστάναι, διδόναι, ζευγνύναι, per [9] figuratiuam coniugationis ante ναι. 9

Infinitiuus.

Participium præteriti perfecti, ἑστηκὼς, ἑστηκυῖα, ἑστηκός: & Ionice ἑστεὼς, ἑστεῶτος. siquidem Iones e præteritis subtrahunt κ, [10] & penultimam 10

Participium perfectum. [illegible]

corri

corripiunt: μέμηκα, μέμαα, *paratus sum*: sic ἕστακα,

ὁ ἐκ τὸ ἑστώς. 11 ἕσταα: & participium ἑσταώς: [11] deinde per crasim, ἑστώς, ἑστῶτος: ἑστῶσα, ἑστῶσης: τὸ ἑστὸς, ἑστῶτος:

διεστῶσα à διΐστημι. 12 [12] à quo compositum διεστῶσα, *disiita, discreta*: vtrumque verò, & masculinum & neutrum, habet accentum acutum, & per ω μέγα scribitur. Itidem dicendum in γεγὼς, *natus*: μεμὼς, *paratus, cupiens*: βεβὼς, *gressus, vel nixus*: à γεγαὼς,

γεγώς. μεμώς. βεβώς.

13 μεμαὼς, βεβαὼς, quorum [13] themata sunt γάω, *nascor*: μάω, *quaero, cupio*: βάω, *gradior*: vnde γήσω,

14 γέγηκα, [14] γέγαα: μήσω, μέμηκα, μέμαα: βήσω, βέ-

15 βηκα, [15] βέβαα.

Dorismus. 1 [1] Doricè verò datiuo singulari, (vt dictum est 170, 2.) πλέντι, τρέντι, διδέντι: at Æolicè accentus in antepenultimá

Æolismus, 120, 25. & 33. retrahitur, [illegible], cũ spiritu tenui, δίδεντι. sic οἴκεντι, *habitant*, ab οἴκημι: φίλεντι, *amãt*, à φίλημι: ἴεντι, *mittũt*, cũ tenui spiritu, Doricè ἴεντι, ab ἵημι. [2] Herodotus tamẽ Io-

ἀποδεικνῦσι. 2 nicus scriptor dixit ἀποδεικνῦσι, *demonstrant*, pro Ionico

3 ἀποδεικνύασι, ab ἀποδείκνυμι. [3] Vtimur personis circũflexorũ etiã in presenti: vnde πιμπλεῖ, &c. poëticè (173, 15.)

πιμπλεῖ. διδοῖ. ἐπίμπρα. πιμπλεῖ, *apponit*, tanquam à [illegible] διδοῖ, *dat*, pro δίδωσι,

4 à διδόω ῶ, όεις οῖς, όει οῖ. [4] Sic ἐπίμπρα, *vrebat*, pro ἐπίμ-

5 πρη, non à πίμπρημι, sed à πιμπράω ῶ. [5] Hoc faciunt

Bœoti vbi mutent η in ει. Bœoti vbi Dores seruant η: vbi verò Dores mutant η

6 in α, illic Bœoti seruant η. [6] Pro [illegible]. horum formam sequuntur ἐνίσπες, *dicito*, *refer*, ab ἐνίσπω, sed tamquam ab ἐνίσπημι: (at ἔνισπες, *dixisti*, & ἔνισπε, *dixit*, sunt

ἐνίσπες, ἔνισπες. aoristi secundi, ab eodem ἐνίσπω, non ab ἐνισπέω ῶ) σχὲς,

σχὲς, φρὲς, ἕς. *habeto*, ab [illegible]: φρὲς, *ferto*, à [illegible], *mittito*, ab ἵημι. sed

Æolismus. 7 de his aliás. à θὲς cum ἐν fit ἔνθες: *impone*. [7] Æoles & poëtæ metri gratia retinent vocalem longam in præsenti imperatiui: vt in prima φόρηθι, *aira*: νόηθι, *cogita*: in secunda, [illegible], *propitius esto*: [illegible], *imple*: in tertia,

Ionismus. 8 δίδωθι, *da*. [8] Ionicè [illegible] ἱστέω, ἱστέῃς, ἱστέῃ. Vide 179, 15. 182, 19. & [illegible], 20. & [illegible]. sic in aoristo secundo θέω, θέῃς, [illegible] &c. pro θῶ, θῇς, θῇ, &c. Poëtæ ad ε apponunt ι [illegible] θείω & θείομεν prima plural. [illegible], ponamus. sic [illegible] βάομεν, *eamus* vel *iuerimus*, pro βείομεν, & hoc pro βῶμεν, à βέβημι. & in secunda Coniugatione στέωμεν & στέομεν, *steterimus*: pro στῶμεν, à στῶ, στῇς, στῇ: Ionicè στέω, στέῃς, στέῃ: poëticè στείω, στείῃς, στείῃσι: tertia plural. στείωσι, cùm

θεί-

περιστέωσι, *circumstent* : & rursus verso ε in η, στήω, στήῃς. στήῃ vel στήῃ, *steterit* : tertia plural. στήωσι, *steterint*. Idem interdum obseruatur in aoristis subiunctiui passiui Barytonorum, 195, 1. nam pro terminationibus ῶ, ῇς, ῇ, &c. Iones dicunt εω, εῃς, εῃ, &c. & poëtæ ειω, ειῃς, ειῃ: atque in prima plurali ειομεν. hinc τραπείομεν, *vertamur*, pro τραπῶμεν, Ιλ. γ' : à τρέπω, cuius aoristus sec. ἔτραπον. & rursus ήω, ήῃς, ήῃ, pro είω. hinc φανήῃ siue φανήῃ, *videatur*, pro φανῇ, à φαίνω, aoristus secund. ἔφανον. [9] Poëticè, vt sæpe iam dictum est, interdum metri gratia seruatur longa, vt τιθήμεναι, pro τιθέναι, & Doricè τιθήμεναι. 9

[10] Aliquando tamen longam seruant, vt κεκμηώς, [illegible] κεκρότηκα, κεκρότηκα, particip[ium] ὁ κεκρότηκώς, *irritus* : [illegible] χαίρω, *gaudeo*, perfectum κεχάρηκα, κεχάρηκα, vnde ὁ κεχαρηκώς, *gauisus* : sic [illegible] ἑστηκώς, *stans*, *perstans*. nam ab ἵστημι præteritum propriè est ἕστηκα : ἕστακα verò Doricum est, verso η in α. his simile est ὑποπεπληώς, ῶτος, pro ὑποπεπληγώς, *attonitus*, *perculsus* : in plurali οἱ ὑποπεπληῶτες, à πλήσσω [illegible], μ. ήσω, π. πέπληγα, [illegible]: deinde cum ὑπὸ, ὑποπεπληώς. [11] Quandoque huiusmodi participia contracta recipiunt epenthesim vocalis α vel ε, & nihilominus contractè efferuntur; vt ὁ γεγαώς, τοῦ γεγαῶτος, per ω : [illegible] ἑστεὼς, ῶτος & ότος, *stans* : accusatiuus, ἑστεότα, apud Homerum : atque etiam in Indicatiuo ἑστέατε & ἑστέασι apud Herodotum. Quadruplex itaque hic erit participium : communiter ὁ γεγαηκώς, ότος : ἡ γεγαηκυῖα, ας: τὸ γεγαηκὸς, ότος : Ionicè ὁ γεγαώς, ότος : ἡ γεγαυῖα, ας: τὸ γεγαὸς, ότος : contractè ὁ γεγὼς, ῶτος : ἡ γεγῶσα, ώσης: τὸ γεγὼς, ῶτος, vbique per ω μέγα : contractè verò ac simul per epenthesim τοῦ α, ὁ γεγαὼς, ῶτος : ἡ γεγαῶσα, ώσης : τὸ γεγαὼς, ῶτος, vbique etiam per ω μέγα, & fœmininum habet α finale impurum, γεγαῶσα, non γεγαυῖα.

[12] Hinc quoque cum ἐν, ἐνεστὼς, ῶτος, *instans* : cùm κατὰ, καθεστὼς, *constitutus*. 12 [13] Hæc themata in vsu non sunt: 13 βάω refertur ad βαίνω seu ad βίβημι : γάω ad γίνομαι siue γίγνομαι : & μάω ad [illegible]. [14] Hinc cum ἐν, ἐγγέγαα, 14 *innatus sum*. [15] Tertia pluralis βεβάασι, *iuerunt*. 15

Notio.
ὁ κεκροτηκώς.
κεχαρηκώς.
ἑστηκώς.

ὑποπεπληῶτες.

Epenthesis α & ε.
γεγαὼς, ῶτος.

Quadruplex participium:
ηκώς, αώς } ότος.
ὼς, αὼς } ῶτος.

Passiui præsentis secunda persona, τίθεσαι, ἵστασαι & Atticè τίθῃ, [1] ἵστῃ, vt Barytonum τύπτομαι, τύπτῃ. 1

Annotationes in vocem pass. Præsens.

Imperfecti [2] similiter secundæ personæ, ἐτίθεσο, ἵστασο, ἐδίδοσο, reiiciunt σ, ac deinde crasim patiuntur : ἐτίθεο [3] ἐτίθου, [4] ἵσταο ἵστω, ἐδίδοο ἐδίδου. 2 3. 4

Imperfectum.

Per

Perfectum.

Perfectum passiuum verborum in μι, corripit penultimam, actiuum δέδωκα, passiuum δέδομαι: sic ἕστακα, ἕσταμαι, α breui quia lege à τίθημι diceretur τέθεμαι, ab actiuo τέθηκα: verùm vt in actiuo, ita & in passiuo scribitur per ει Bœoticum, τέθεικα, τέθειμαι.

Bœotismus.
τέθειμαι.

Aoristus primus.
ἐτέθην.

Aoristus primus, ἐτέθην, ἐστάθην, ἐδόθην penultima breui, à tertia perfecti δέδοται, ἐδόθην. sic à
τέθειται, correpta penultima dicendum erat ἐθέ-
5 θην: sed prius θ vertitur in tenue τ, ἐτέθην.

Imperatiuus:
Com. Ion. Att.
εσο, εο, ου.
ασο, αο, ω.
οσο, οο, ου.

Imperatiuus, τίθεσο, ἵστασο, δίδοσο: & abiecto σ,
3. 6 per crasim Atticã dicitur τίθεσο τίθεο τίθου, ἵστασο ἵσταο ἵστω,
δίδοσο δίδου, vt in imperfecto. Iones enim tollunt σ, deinde Attici contrahunt.

Optatiuus:
είμην, εῖο, εῖτο:
αίμην, αῖο, αῖτο:
οίμην, οῖο, οῖτο.

Optatiui præsens, τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο: ἱσταίμην, ἱσταῖο, ἱσταῖτο: διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο. Perfectũ verò τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο: ἑσταίμην, ἑσταῖο, ἑσταῖτο: δεδοίμην, δεδοῖο, δεδοῖτο. in vtroque penultima diphthongus cõtinens figuratiuã coniugationis, ι, αι, οι, vt & in actiuo. Duæ autem personæ circumflectuntur, si Optatiuus actiuus sit in vsu: alioqui accentus est acutus in antepenultima: δυναίμην, δύναιο, δύναιτο, possem, posses, posset: δύναμαι enim receptum est, non δύνημι.

Notio de Optatiuorum accentu.

Subiunctiuus.
ῶμαι { ῇ, ῆται. ᾷ, ᾶται. ῷ, ῶται.

Subiunctiui præsens, τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται: per η: ἱστῶμαι, ἱστᾷ, ἱστᾶται, per α: διδῶμαι, διδῷ, διδῶται, per ω, quorum accentus circumflexus. At ἐὰν δύνωμαι, si possim, acuitur in antepenultima, quòd actiuum δύνημι non sit vsitatum, vt modò dictum est in Optatiuo. Alij, ἐὰν ἱστῶμαι, ἱστῇ, ἱστῆται: & actiuum, ἱστῶ, ἱστῇς, ἱστῇ. dicitur enim ἐὰν δύνωμαι, δύνῃ, δύνηται, per η. Perfectum τεθῶμαι, τεθῇ, τεθῆται: ἑστῶμαι, ἑστᾷ, ἑστᾶται: δεδῶμαι, δεδῷ, δεδῶται. prima persona in ῶμαι, secunda & tertia per ῇ, ᾷ, ῷ.

Notio de subiunctiuorũ accentu.

Perfectum.

Annotationes

Medij verbi aoristus secundus fit ab actiuo,

mu-

mutata longa in breuem, & interiecta syllaba
μη; ἔθην, ἐθέμην· ἔδων, ἐδόμην: sed ab ἔστην, ἐστάμην
non est in vsu. Secunda persona ἔθεσο, ἔδοσο, &
Ionicè ἔθεο, ἔδοο: deinde per crasim Atticam
[3] ἔθου, ἔδου. Itidem in imperatiuo, θέσο, [7] θέο, [3] θοῦ: 3.7
δόσο, δόο, [8] δοῦ. 8

in vocem mediam.
Aoristi secundi formatio.
Ionismus.
Atticismus.
Imperatiuus.

Et hæc quidem de verborum coniugationibus pręcipienda duximus, reliqua suo postea loco dicturi. Nunc interim absoluamus cæteras partes orationis.

[1] DORICE ἵστα, reiecto ι subscripto, 118, 40. 119, 43. 1
[2] Supple, more secundarum personarum præsentis, 2
τίθεσαι, ἵστασαι: quæ Ionicè abiiciunt σ, τίθεαι, ἵσταιαι: ac
deinde Atticè cõtrahũtur, τίθῃ, ἵστῃ. [3] Doricè ἐτίθευ, 119, 9. 3
sic in Imperatiuo, τίθευ pro τίθου: & in aoristo secundo
medio ἔθευ pro ἔθου: atque in imperatiuo θεῦ pro θοῦ.
[4] Sic à *κρέμαμαι, pendeo*, imperfectum ἐκρεμάμην, ἐκρέ- 4
μασο, ἐκρέμαο, ἐκρέμω. *pendebas*, tertia persona ἐκρέματο,
pendebat: ἐπίμπλω, *implebaris*, à πίμπλαμαι: ἵπτω, *volabas*,
ab ἵπταμαι. [5] Prius θ in τ vertitur in aliis etiam aoristis, 5
vt ἐτύθην *mactatus sum* à θύω *macto*. interdum tamen
prius θ manet, & mutatur secundum, vt in imperatiuo
τίφθητι. sæpe manet vtrumque, vt ἐπληθύνθησαν *multiplicati sunt, aucti sunt numero*: sic εὐθυνθεὶς *directus*, καθαρθεὶς *purgatus*, μεθυσθεὶς *inebriatus*, ὀρθωθεὶς *erectus*, τριχωθεὶς *capillatus, pilis amictus*: & à dissyllabis thematibus θαλφθεὶς *fotus, calefactus*, θλασθεὶς *tusus*, θρεφθεὶς *alitus*: & in compos. διαθρυφθὲν *diffractum*: παρεφθέγχθη *incongruè affatus est*: & syncope ἀπόφθαρθι, pro ἀποφθάρηθι, *abi in malam rem*. [6] Hinc cum ἀνὰ, ἀνίστω, *surge*. 6
[7] Cum κατὰ, κατάθεο, & poëticè κάτθεο, 173, 17. & 18. cum 7
σὺν, σύνθεο, & contractè σύνθου, *compone*. [8] Cum ἀνὰ, ἀνά- 8
δου, *redde*: cum περὶ, περίδου, *depone*, seu *deposito pignore certa*, tonum retrahunt.

ἵστα pro ἵστη.
Doricè ευ pro ου.
ἐκρέμω.
ἐπίμπλω. ἵπτω.
ANNOTATIO.
θ primum aliquãdo manet in primo Aoristo, & mutatur secundum, aliquando manet vtrumque.

DE PRONOMINIBVS.

PRONOMINA primæ personæ, Sing. ἐγὼ, ἐγών, ego, ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ: & per aphæresim μοῦ, μοὶ, μέ: D. νῶϊ, νῷ: P. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.

Pronomina primitiua.
ἐγώ.

Secundæ personæ, S. σὺ, *tu*, σοῦ, σοὶ, σέ: D. σφῶ,

σύ.

σφῷν

σφῶν: P. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς. hîc υ, illic η.

ὅς, οὗ.

Tertiæ perſonæ, S. ὅς, οὗ, ſui, οἷ, ἕ: D. σφὲ, σφῶϊν P. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς. hæc tria ſunt primitiua.

Poſſeſſiua. 1

[1] Poſſeſſiua octo, ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν, *meus, mea, meum*: σὸς, σὴ, σὸν, *tuus, tua, tuum*: ὃς, ἣ, ὃν, *ſuus, ſua, ſuum*: νωΐτερος, *noſter duorum*: σφωΐτερος, *veſter duorum*. at de pluribus, ἡμέτερος, *noſter*: ὑμέτερος, *veſter*: σφέτερος, *ſuus*. Quorum omnium maſculina declinantur, vt λόγος, *ſermo*: neutra, vt ξύλον, *lignum*: fœminina trium in η, vt τιμὴ, *honor*: reliquorum quinque in ρα, inflectenda vt ἡμέρα, *dies*: ὁ νωΐτερος, ἡ νωϊτέρα, & ita de reliquis.

Pag. 124, v. 42.
125, 3.
122, 7.
122, 12.

Demõſtratiua.

Demonſtratiua duo, οὗτος, *hic*: ἐκεῖνος, *ille*.

Maſcul. S. οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, *ὦ οὗτος: D. τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω: P. οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους, ὦ οὗτοι.

Fœ. S. αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη: D. ταύτα, ταύταιν, ὦ ταύτα: P. αὗται, ταύτων, ταύταις, ταύτας, ὦ αὗται.

Neut. S. τοῦτο, τούτου, τούτῳ, τοῦτο, ὦ τοῦτο: D. τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω: P. ταῦτα, τούτων, τούτοις, ταῦτα, ὦ ταῦτα.

* ὦ οὗτος, *heus tu*, ſecundæ eſt perſonę, veluti & omnes vocatiui.

Maſcul. ἐκεῖνος: Fœm. ἐκείνη: Neut. ἐκεῖνο, ſine ν, declinandum vt ὁ λόγος, ἡ τιμὴ, τὸ ξύλον.

Atticiſmus. 2

[2] Attici demõſtratiuis addunt iota acutum, οὑτοσί, τουτουί, τουτῳί, τουτονί: ἐκεινοσί, ἐκεινηί, &c. In neutro autem ſingulari, τουτί, & ſæpius τουτί: in plurali verò pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Relatiuum αὐτός.

Relatiuum vnum, αὐτὸς, *ipſe*, omniũ perſonarũ, αὐτὸς ἐγὼ, *ipſe ego*: αὐτὸς σὺ, *ipſe tu*: αὐτὸς ἐκεῖνος, *ipſe ille*. Maſc. αὐτός: Fœ. αὐτή: Neut. αὐτό: vt ὁ λόγος, ἡ τιμὴ, τὸ ξύλον. Neut. αὐτὸ ſine ν, vt τοῦτο & ἐκεῖνο.

Compoſita.

Compoſita tria, ἐμαυτοῦ, *meiipſius*: σεαυτοῦ, *tuiipſius*: ἑαυτοῦ, *ſuiipſius*. carent autẽ nominatiuo. Primæ perſonæ maſc. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτόν: Fœm. ἐμαυτῆς, ἐμαυτῇ, ἐμαυτήν: Neut. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτό. Secundæ perſonæ, σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτόν: σεαυτῆς, σεαυτῇ, σεαυτήν: σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτό: & per craſim, σαυτοῦ, σαυτῷ, σαυτὸν, &c. Tertiæ

per

personæ, ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν: ἑαυτῆς, ἑαυτῇ, ἑαυτήν: ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτό. cúmque duo præcedentia tantùm habeant singularem, hoc declinatur etiam pluraliter, & coniunctim & [3] diuisim; 3 ἑαυτῶν, & σφῶν αὐτῶν: ἑαυτοῖς, & σφίσιν αὐτοῖς: ἑαυτούς, & σφᾶς αὐτούς. Sic ἑαυτῶν, ἑαυταῖς, ἑαυτάς: ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτά. Et huius quidē plurale in omnes quoque personas quadrat; ἑαυτῶν, *nostrum, vestrum, sui ipsorum*: ἑαυτούς, *nos, vos, se ipsos*. Sic & interdum singulariter ἑαυτοῦ, *tuiipsius*, ἑαυτὸν, *teipsum*. Quum reperiuntur aspirata, αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτὸν, & similia, crasis est pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν.

Notio.

Notio.

αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ.

Infinitum Pronomen vocant ὁ δεῖνα, *quidam*: & sic declinatur:

Mascul. ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.
Fœmin. ἡ δεῖνα, τῆς δεῖνος, τῇ δεῖνι, τὴν δεῖνα.
Neutr. τὸ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸ δεῖνα.

Infinitum δεῖνα.

Declinatur etiam ὁ δεῖνα, τοῦ δείνατος, τῷ δείνατι. Et ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνα: & ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα, apud poëtas.

[1] PRONOMINA Possessiua, deriuantur à tribus 1 primitiuis, nempe ἐμὸς, σὸς, ὃς, à genitiuis ἐμοῦ, σοῦ, οὗ: νωΐτερος verò & σφωΐτερος, à genitiuis dualibus poëticis νῶϊν & σφῶϊν, de quibus postea. Tria postrema, ἡμέτερος, ὑμέτερος, & σφέτερος, ducuntur à genitiuis pluralibus ἡμῶν, ὑμῶν & σφῶν. Hîc illud obiter monendum, hos primitiuorum genitiuos sæpissimè vsurpari pro propriis & à se ductis possessiuis: nempe μοῦ pro ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν: ἐμοῦ, ἐμῆς, ἐμοῦ, &c. per omnia genera, casus & numeros: ita σοῦ pro σὸς, σὴ, σὸν, &c. & sic de aliis: vt λόγος μοῦ, pro ἐμὸς, *sermo meus*: μήτηρ μου, pro ἐμὴ, *mater mea*: ξύλον μου, pro ἐμὸν, *lignum meum*: ξύλα μου, pro ἐμὰ, *ligna mea*. sic τὸ ὄνομά σου, pro σὸν, *nomen tuum*: & ὁ πατὴρ ἡμῶν, pro ἡμέτερος, *pater noster*. nam à primitiuo ἡμῶν ducitur possessiuum ἡμέτερος. sic in vocatiuo, πάτερ ἡμῶν, pro ἡμέτερε, *pater noster*. idem iudicato de aliis.

Possessiua à triū primitiuorū genitiuis deriuata.

Genitiui trium primitiuorū pro propriis possessiuis.

[2] Eodem modo additur ί nominibus infinitis siue re- 2 latiuis: τοιοῦτος, τοιουτοσί, *talis*: τοσουτοσί, *tantus*: τηλικοῦτος, τηλικουτοσί, *tam grandis natu*. componuntur enim hæc tria ex τοῖος, *talis*: τόσος, *tantus*: τηλίκος, *tantus*, & ex

Iota acutum infinitis & relatiuis additum.

οὗτος: declinantúrque eodem modo quo οὗτος, ſed non aſſumunt τ. non enim dicitur τοιοτοῦτο, aut τοσοτοῦτο, ſed τοιοῦτο, τοσοῦτο, τηλικοῦτο, & in genitiuo τοιούτου, τοιαύτης, τοιούτου: τοσούτου, τοσαύτης: τηλικούτου, τηλικαύτης, &c. in nominatiuo plurali τοιοῦτοι, τοιαῦται, τοιαῦτα: τοσοῦτοι, τοσαῦται, τοσαῦτα: τηλικοῦτοι, τηλικαῦται, τηλικαῦτα. genitiuus per omnia genera τοιούτων, τοσούτων, τηλικούτων: & adiecto ί, τοιουτωνί, & ita in reliquis omnibus. additur autem ί ad vim ſignificationis intendendam, vt res præſens veluti digito indicetur: quemadmodum Latinis additur *met, te, pte, ce*, ad ſignificationem intendendam: *egomet, tute, meapte, huiuſce.* Componuntur etiam hæc tria cum particula δὲ, τοιόσδε (quod & Atticè τοιοσδί) *talis*: τοσόσδε, *tam multus*: τηλικόσδε, *tantus.* itidem in reliquis caſibus, τοιοῦδε, τοιᾶσδε: in plurali τοιοίδε, *tales*: τοιάδε, & Atticè τοιαδί, *talia, huiuſmodi.* Idem iudicium de reliquis duobus.

Appendix de Pronominibus ſecundum varias dialectos, ac primùm de tribus primitiuis.

Atticiſmi.
ἔγωγε, ἔμοιγε.

ATTICI Nominatiuo & datiuo ſingulari primæ perſonæ addunt γε, ἔγωγε, ἔμοιγε, retracto accentu in antepenultimam. Genitiuis verò ſing. Ionicis addunt θεν: vt ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, communiter; Ionicè verò ἐμέο, σέο, ἕο, & Atticè † ἐμέοθεν, σέοθεν, ἕοθεν: ac per ſyncopen vocalis ο, ipſi quoque Attici dicunt ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν. [*Sed Vrbanus proparoxytonως habet* ἐμέοθεν: *at Laſcaris paroxytonως* ἐμεόθεν *&* σεόθεν: *vt ο acuatur ante hanc quoque epectaſin, quemadmodum ante φι, vt in tractat. de Inueſt. Them. dicetur.*] Pro οὗ Cyprij dicunt Fιο, per digamma Æolicum. quidam ſcribunt γίο per vnicum Γ.

ἐμέοθεν, σέοθεν, ἕοθεν: ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν.
ANNOTATIO.
ἐμεόθεν, σεόθεν.
Fιο, Γίο.

Ioniſmi.

ἐμέο, σέο, ἕο.
ἐμεῖο, σεῖο, εἷο.
ἡμέες, σφέες.
ὑμέων, σφέων.
ἡμείων, σφείων.
ἡμέας, σφέας.
ANNOTATIO.
σφεάς.

IONES Suo more ſyllabas circumflexas diuidunt, nempe οῦ in έο, εῖς in έες, ῶν in έων, ᾶς in έας: poëtæ verò vocali ε addunt ι, quum fuerit ante ο vel ω. Itaque pro genitiuis ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, Iones dicunt ἐμέο, σέο, ἕο: & poëtæ ἐμεῖο, σεῖο, εἷο. ſic in nominatiuis pluralibus pro ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς, Iones dicunt ἡμέες, ὑμέες, σφέες: in genitiuis pro ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, dicunt ἡμέων, ὑμέων, σφέων, & poëtæ ἡμείων, ὑμείων, σφείων: in accuſatiuis pro ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς, dicunt ἡμέας, ὑμέας, σφέας. [*Pro* σφέας *Apollonius in Syntaxi aliquoties habet* σφεάς *oxytonως, ac nominatim hoc in loco, qui videtur ex Herodoto vel poëta deſumptus,* σφεὰς αὐτοὺς ὀξτώσαντες, *id eſt (vt ipſe interpretatur,*

ἑαυτοὺς παρασκευάσαντες, qui ſe inſtruxerant. *crebrius tamen inuenias* σφέας *paroxytonως, vt apud Heſiod. in Clypeo Herc.* ἐπὶ σφέας, in ſe mutuo. *ſimiliter* σφίσι *pro* σφισί: *Dionyſ. Halicar.* παρασχεῖν σφίσιν τὴν οἴκησιν præbere ipſis habitandi locum.] Illa quoque Ionica videntur ἕοι pro οἷ, *ſibi*; & ἕε pro ἕ, *ſe*: poëticè quoque ἕθεν. Eſt etiam Ionum σφι vel σφὶν, pro σφίσι, *ſibi*, in datiuo plurali.

σφίσι *pro* σφισί.
ἕοι, ἕε, ἕθεν.
σφὶ, σφιν.

DORES genitiuos in ου per ευ ſuo more efferũt, quod etiam faciunt Æoles, pro ἐμοῦ vel μου, σοῦ vel τοῦ, οὗ, dicentes, ἐμεῦ μεῦ, σεῦ τεῦ, εὗ. Nominatiui plurales in ες deſinunt Doricè & Æolicè, more nominum quintæ declinationis; atque η initiale mutatur in α, quod Æolicè notatur ſpiritu tenui, & poſitione producitur, geminato μ ſequente: eodem modo υ & leuigatur & producitur: vt pro ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς, Dores dicunt ἁμες, ὕμες, σφὲς, geminato μ, ἄμμες, ὔμμές: & Æoles, ἄμμες, ὔμμες, σφές. quod verò hîc diximus de η & υ, habet eodem modo locum in reliquis caſibus pluralis numeri. nam Dores dicunt, ἅμες, ἁμῶν vel ἁμέων, ἁμῖν, ἁμᾶς: Æoles verò ἄμμες, ἄμμων vel ἀμμέων, ἄμμιν vel ἄμμι reiecto ν, ἄμμας: ſic in ſecunda perſona Æolicè ὔμμες, ὔμμων vel ὐμμέων, ὔμμιν vel ὔμμι, ὔμμας. Porrò in nominatiuo & accuſatiuo dualis numeri, & Dores & Æoles dicunt ἄμμε, ὔμμε & σφὲ, à nominatiuis plur. Æolicis ἄμμες, ὔμμες, σφὲς, reiecto ς: poëtæ verò vtuntur interdum his dualibus pro accuſatiuis plur. atque σφὲ pro ἕ accuſatiuo ſing. id eſt, *ſe*, vel *ipſum*. Præterea Dores in ſing. ſecundæ perſonæ, τ pro σ ponunt, pro σὺ, σοῦ ſiue σεῦ, σοὶ, σὲ, dicẽtes τὺ, τοῦ ſiue τεῦ, τοὶ, τὲ atque τὺ vt in nominatiuo: & in accuſatiuo quidem eſt è numero dictionum encliticarum, in nominatiuo verò nõ item. Addunt etiam Dores nominatiuo ſing. primæ & ſecundæ perſonæ per paragogen ſyllabam νη, ἐγώνη, τύνη: & ἐγών pro ἐγώνη (Æolicè ἐγῶν:) addunt etiam particulam expletiuam γα, vt Attici γε, ἐγώνγα, τύγα: Bœoticè ἰώγα & ἰώνγα, pro ἐγώνγα. Dicunt quoque Dores ἐμὶν pro ἐμοὶ: & μὶν ſiue νὶν, pro ἕ, ducentes à nominatiuo inuſitato † ἴ pro ὅς, cuius accuſatiuus eſt ἵν: vnde præpoſitis μ & ν fiunt μὶν & νὶν in maximo vſu apud poëtas: atque non ſolùm ſunt numeri ſingularis, ſed etiam pluralis, & omnis generis: tamen habent alium accuſatiuum plur. nempe ψὲ pro σφᾶς. Poëtæ quoque dicunt τὶν & τεὶν pro σοί. & pro ἡμῖν & ὑμῖν correpto ι, dicunt ἡμὶν & ὑμίν, vltimam acuentes: Atticè verò retrahitur accentus, ἧμιν. Vſurpant quoque poëtæ caſus duales incontractos, à quibus

Doriſmi & Æoliſmi.
ἐμεῦ, σεῦ, τεῦ, εὗ.
ἅμες, ὕμες, σφές.
ἄμμες, ὔμμες:
ἄμμες, ὔμμες.
ἁμῶν, ἁμέων.
ἁμὶν, ἁμᾶς.
ἄμμων, ἀμμέων.
ἄμμιν, ἄμμι.
ἄμμας.
ἄμμε, ὔμμε.
σφέ. σφὲ *pro* ἕ.
τὺ, τοῦ τεῦ, τοὶ, τὲ
τύ.
ἐγώνη, ἐγὼν, ἐγῶν,
ἐγώνγα.
ἰώγα, ἰώνγα.
τύνη, τύγα.
ἐμὶν. μὶν, νὶν.
ἴ *pro* ὅς.
ψέ. τὶν, τεὶν.
ἡμὶν, ὑμίν.
ἧμιν.

νῶϊ, νῶϊν. σφῶϊ, σφῶϊν.

facti sunt communes: vt poëticè νῶϊ, νῶϊν: σφῶϊ, σφῶϊν: & communiter νὼ, νῷν: σφὼ, σφῷν: vbi notandum νὼ & σφὼ neque circumflecti, neq; habere ἰῶτα subscriptum. Porró σφὲ & σφὶν communiter, fiunt per syncopen à poëticis σφεὲ (quod & σφωὲ & σφὼ) σφωϊν, acuta vltima.

σφεὲ, σφωϊν.
σφὶν, σφὶ, φὶν, pro σφίσι.

Pro datiuo plur. σφίσι, poëtæ vsurpant dualem σφιν, & per apocopen σφὶ, & per aphæresim φὶν. Hoc quoque notandum, primitiuum tertiæ personæ ὅς, quocunque modo varietur, siue per casus, siue per dialectos, sæpenumero habere significationẽ relatiui αὐτὸς, id est ipse: & possessiuum ab eo deductum σφέτερος sumi pro ὑμέτερος; atque datiuum οἷ vsurpari pro genitiuo οὗ.

De aliis pronominibus.
ἐμεῖο, &c.

Attici & Iones genitiuos in ου per οιο, & Dores per ω efferunt, non aliter quàm in nominibus tertiæ declinationis: vt ἐμεῖο, pro ἐμοῦ, *mei*: σοῖο pro σοῦ, *tui*: οἷο pro οὗ, & ἑοῖο pro ἑοῦ, *sui*. Dores autem & poëtæ in possessiuo σὸς (vt diximus de primitiuo σὺ) mutant σ in τ, & interserunt ε: quod etiam faciunt in ὃς, dicentes τεὸς, τεὰ, τεόν; τεῶ, τεᾶς, τεῶ, &c. pro σὸς, σὴ, σόν: sic ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, pro ὃς, ἣ, ὄν. Æoles articulum cum pronomine miscent, ὁ σὸς, ὅσος, *tuus*: ἡ σὴ, ἥση, *tua*: τὸ σὸν, τόσον, *tuum*, cum spiritu tenui, & retracto tono. vide 120, 25. & 33. [*Pro* τόσον *perperam in superioribus editionibus erat* ὅσον. *nam* τόσον *scribendum esse, non ipsa tantum compositio* (*ex* τὸ *&* σὸν) *sed hoc Corinthi testimonium docet*: βαρυτονοῦσι δὲ οὐ μόνον τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄρθρα, ὅσαν ὀνομάτων τάξιν ἐπέχωσιν ὁ σὸς, ὅσος ἡ σὴ, ἥση· τὸ σὸν, τόσον. *Vbi etiam nota, de accentus solum retractione mentionem factam, de spiritus mutatione nihil dictum: solent tamen Æolij aspirationes detrahere. vide supra* 118. *v.* 28. *&* 38.]

τεὸς, τεὰ, τεόν.
ἑὸς, ἑὴ, ἑόν.
ὅσος, ἥση, τόσον.
ANNOTATIO.

Ducunt quoque Dores possessiua à nominatiuis pluralibus propriis; nempe ἀμὸς, ἀμὴ & ἀμὰ, ἀμόν: ὑμὸς, ὑμὴ & ὑμὰ, ὑμόν: σφὸς, σφὴ & σφὰ, σφὸν, à nominatiuis plur. Doricis ἄμες, ὔμες, σφές: his vtuntur pro ἡμέτερος, ὑμέτερος & σφέτερος. Dicunt etiam ἡμὸς pro ἀμὸς vel ἡμέτερος, ab ἡμεῖς. Ab ἐκεῖνος, poëtę & Æoles auferunt ε, κεῖνος, κείνη, κεῖνο: Dores verò, vertentes κ in τ, & ει in η diphthongum impropriam, dicunt τῆνος, τήνα, τῆνο: tamen quidam per η monophthongum malunt scribere, τῆνος, &c. Ab ἐκεῖνος fit apud Aristotelem ἐκείνινος, sicut Cicero Epistolarum fam. lib. 3. ex Lentulo formauit *Lentulitatem*, & ex Appio *Appietatem*. sic ab ἡμέτερος fit ἡμετέρειον, apud Anacreontem. In demonstratiuo οὗτος, & relatiuo αὐτὸς, & ab eo compositis, Iones ante diphthongos & vocales vltimæ syllabæ longas (præterquam in duali & nominati

ἀμὸς, ἡ, όν.
ὑμὸς, ἡ, όν.
σφὸς, σφὴ, σφόν.
ἡμὸς, ἡ, όν.
κεῖνος, κείνη, κεῖνο: τῆνος, τήνα, τῆνο: τῆνος.
ἐκείνινος.
ἡμετέρειον.
Ionismus.

natiuo plurali) præponunt ε, dicentes έη & έης pro η, ης: έυ & έυς pro ου, ους: έω & έων pro ω, ων: έας pro ας: έοις, έαις, (& addito ι, έοισι, έησι, vbi quoque αι in η, 121, 12. & 38.) pro οις, αις: hoc modo; ὗτος, gen. τυτέυ: dat. τυτέῳ: gen. plur. τυτέων, dat. τυτέοισιν, acc. τυτέυς. sic fœm. αὐτέη, ταυτέης, ταυτέῃ, ταυτέην: in plur. τυτέων, dat. ταυτέῃσι, acc. ταυτέας. Idem iudicium de αὐτὸς, genitiuus αὐτέυ, dat. αὐτέῳ: gen. plur. αὐτέων, dat. αὐτέοισιν, acc. αὐτέυς. fœm. αὐτέη, αὐτέης, αὐτέῃ, αὐτέην: gen. plur. αὐτέων, αὐτέῃσι, αὐτέας. sic & eius composita ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, & crasi Attica ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, αὑτοῦ; Ionicè absque crasi, & verso αυ in ωϋ, ἐμεωϋτέυ, σεωϋτέυ, ἑωϋτέυ, dat. ἐμεωϋτέῳ, σεωϋτέῳ, ἑωϋτέῳ. in plur. tertiæ personæ gen. ἑωϋτέων, dat. ἑωϋτέοισι. Idem fermè sentiendum de relatiuo αὐτὸς dum componitur cum articulo præpositiuo, qui efficit vt significet *idem, eadem, idem*: ὁ αὐτὸς Ionicè ὡϋτός: in genitiuo & datiuo pro masc. & neutr. τοῦ αὐτοῦ, & contractè ταυτοῦ, & Ionicè τωϋτέυ, *eiusdem*: τῷ αὐτῷ & ταυτῷ, Ion. τωϋτέῳ, *eidem*. neutrum in nominatiuo & accus. τὸ αὐτὸ, ταυτὸν, assumpto ν: Ion. τωϋτὸ, *idem*. in plur. τὰ αὐτὰ, ταυτὰ, *eadem*. [3] Declinatur etiam in singulari diuisim, præcipuè apud Homerum, ἕο αὐτοῦ, *sui ipsius*: ἕοι αὐτῷ, *sibi ipsi*: ἓε αὐτὸν, *se ipsum*. 3

ARTICVLVS DVPLEX.

Articuli.

Præpositiuus, ὁ, ἡ, τὸ, quem antea declinauimus: [1] Subiunctiuus, ὃς, ἣ, ὃ, valens relatiuum, *qui, quæ, quod*. 1

Præpositiuus.
Pag. 114. v. 11.
Subiunctiuus.

Masc. S. ὃς, οὗ, ᾧ, ὅν: D. ὤ, οἷν: P. οἳ, ὧν, οἷς, οὕς.
Fœm. S. ἣ, ἧς, ᾗ, ἥν: D. ἅ, αἷν: P. αἳ, ὧν, αἷς, ἅς.
Neut. S. ὃ, οὗ, ᾧ, ὅ: D. ὤ, οἷν: P. ἃ, ὧν, οἷς, ἅ.

Datiuus ᾧ aspiratur: aduerbiũ autem vocandi ὦ, lenem habet spiritum, nec ι subscriptum.

ᾧ. ὦ.

Præpositiui articuli pro interrogatiuis sumuntur, [2] τῷ pro τίνι, *cui?* & pro infinitis, εἴτῳ pro εἴτινι, *si cui*. [3] Capiuntur & pro demonstratiuis Pronominibus, τὸν pro τοῦτον, *hunc*: τὴν pro ταύτην, *hanc*. id quod crebrum est adiectis coniunctionibus δὲ & γε, ὅδε, ἥδε, τόδε: ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. [4] Itidem in reliquis 4

Articuli præpositiui sumpti pro interrogatiuis, infinitis, & pronominibus demõstratiuis. 2 3

casibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, pro τούτου, τούτῳ, τοῦτον.

Atticismus.

Attici pro ὅδε & τόδε dicunt ὁδί & τοδί.

Artic. subiunctiui compositi cum τὶς & περ.

Subiunctiui articuli componuntur cum no-
5 mine infinito, τὶς, τινός: Masc. ὅστις, [5] οὗτινος, ᾧτινι,
ὅντινα: Fœm. ἥτις, ἧστινος: Neut. ὅ,τι, οὗτινος. scri-

Notio de ὅ, τι & ὅτι.

bitur autem ὅ-τι per distinctiunculam, vt dif-
6 ferat à coniunctione ὅτι, quòd. Additur & [6] περ,
ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, qui, quæ, quod.

Officiũ articuli præpositiui.

Pręposítiui articuli officium est rem certam significare, ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, redde mihi librũ, nempe istum certum, de quo inter nos cõstat.

Atticismus.

quamquã Attici ornatus gratia nunc addant articulum, nunc rursus auferant.

Aliud eiusdem officium.

Habent præterea locum in diuisionibus, adiuncta Cõiun-
7 ctione μὲν & δὲ: vt [7] ὁ μὲν, ὁ δὲ, hic quidem, ille au-
tem: τὸν μὲν, τὸν δὲ, hunc quidem, illum verò.

Articulorum subiunctiuorum formatio.

ὁ pro ὅς.

τοί, ταί, pro οἱ, αἱ.

Varietas dialectorum in articulis.

1 [1] ARTICVLI Subiunctiui fiunt à præpositiuis, abiecto τ: vbi verò in præpositiuis deest τ, additur accentus in subiunctiuis: atque masculino ὁ subnectitur ς, ὅς. Apud poëtas tamen interdũ inuenitur sine ς ὅ pro ὅς. Præterea præpositiui plurales οἱ, αἱ, inueniuntur Doricè & poëticè cum τ & accentu, τοί, ταί. Cæterùm articuli & præpositiui & subiunctiui recipiunt varietatem dialectorum, non aliter quàm secunda nominum declinatio, per quam inflectitur articulus fœmininus: & tertia, per quam masculinus & neuter variantur: vt Doricè

ἁ, τᾶς, τᾶ, τάν.

τᾶν & τάων.

τῇς, τῇσι, τῇσιν.

τοῖσι, τοῖσιν.

τοῖο, τῶ, τώς.

ἁ μῶσα, τᾶς μώσας, τᾶ μώσᾳ, τὰν μῶσαν, 121, 9. τᾶν & Æolicè τάων, pro τῶν, genitiuo plurali fœminino, 121, 37. & 122, 14. τῇς, τῇσι, siue τῇσιν, pro ταῖς, Ionicè, 121, 13. & 38. sic τοῖσι siue τοῖσιν pro τοῖς. In genitiuo singulari masculino & neutro τοῖο Ionicè, & τῶ Doricè pro τοῦ, & τὼς pro τούς, 13 ., 4. tamen non raro inuenies apud poëtas articulum iuxta dialectum communem, licet casus illius alia dialecto efferatur, vt τοῖς λογίοισιν, & ταῖς οἰκίαισιν, apud

Articuli subiũctiui pro pronominibus demõstratiuis.

τῇ, τῇδε & τῇ. aduerbiascunt.

Articuli præ-

2 Aristophanem. Idem iudicato de reliquis. [2] Sic τοῦ &
3 poëticè τέο atque τεῦ, pro τίνος, cuius? [3] Idem nonnunquam faciunt articuli postpositiui, vt ὅς pro οὗτος. Articulus autem fœmininus datiui singularis tam præpositiuus quàm subiunctiuus, aduerbiascit, τῇ, ᾗ, eà, quà: & τῇδε, huc, hic, hac. idem facit τῇ apud poëtas. Ponuntur etiã interdum apud poëtas articuli præpositiui

pro

pro subiunctiuis: vt ὁ pro ὅς, &c. [ὁ *pro* qui, *non est articulus præpositiuus pro subiunctiuo positus, vt Antesignanus iudicauit: (præpositiuus enim ab hoc & significatione & scriptura differt) sed est articulus postpositiuus, ἀποβολῇ τοῦ σ, inquit Eustathius: amputato videlicet σ finali pro ὅς, metro sic postulante: vt Iliad. α.* Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί. *Sic etiam in compositione* ὅπερ *pro* ὅσπερ, qui: *vt Il. η.* ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων: *&* ὅτις *pro* ὅστις, qui: *vt Od. μ,* ὅτις σφέας εἰσαφίκηται, qui ad ipsas peruenerit. *atque adeo istud* ὁ *in talibus compositionibus apud poëtas interdum manet inuariatum: sic enim apud Homerum inuenies* ὅτινα *pro* ὅντινα, quem: *&* ὅτινας *pro* οὕστινας, quos: *necnon* ὅτινα *pro* ἅτινα, quæ, *Il. χ,* ἴδωμ' ὅττ' ἔργα τέτυκται, visam res quæ sunt perpetratæ. *Rursum* ὁ *ponitur pro altero relatiuo* ὅς, *id est* αὐτὸς, ipse: *vel (vt Eustathius mauult) pro demonstratiuo* οὗτος hic: *vt Il. α.* ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς, is enim (*vel*, hic enim) regi iratus *& neutro genere, Il. ψ,* Πάτροκλον κλαίωμεν. ὁ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, Patroclum deploremus: is enim (*vel*, hic enim) honos est defunctorum: hunc enim mortuis vltimum tribuimus honorem: *vt Eustath. quoque exponit* τοῦτο γάρ. *In hac significatione masculinum* ὁ *non malè pro* ὅδε *positum dixeris, vel etiam pro simplici* ὁ, *assumpta* τῇ σφοδρᾷ τάσει, *siue* τῇ ὀξείᾳ τονώσει, *quam Eustathius hic ei tribui docet: & consimiliter neutrum* ὁ *pro* τόδε *siue* τό. *Denique* ὁ *per Æolicam apocopen vsurpatur etiam pro coniunctione* ὅτι, quod: *vt Il. π,* ὃ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρε Ζεύς, *id est,* ὅτι δὴ, *inquit Eustathius:* agnouit quod Iupiter prælij consilia valde attondeat.] [4] Datiuus pluralis τοῖσδε recipit appositionem syllabæ σι, τοῖσδεσι, vel poëticè τοῖσδεσσι, sequente vocali τοῖσδεσιν & τοῖσδεσσιν. [5] Attici pro οὗτινος & ᾧτινι dicunt ὅτου, ὅτῳ: & Iones facta solutione, ὅτεο, ὅτεῳ, in genitiuo plurali ὁτέων, in datiuo ὁτέοισι: Dores verò ὅτου pro ὅτου: & Æoles ac poëtæ ὅττεο, pro ὅτεο. [ὅτεῳ *&* ὅτεων *apud Eustathium quoque leguntur proparoxytonως, licet epenthesin in his factã agnoscat: vt Atticus hic esse videatur accentus, sicut in* τετρήρεων, ὄφεω *& similibus, at in Genitiuo composito* ὧντινων *est enclisis.*] Atque in ὅτου, ὅτῳ, ὅτεο, &c. ο initiale non variatur: at in ὅστις, οὗτινος, ᾧτινι, &c. vtraque pars compositionis declinatur, ὅς, οὗ, ᾧ, &c. ac τὶς, τινὸς, τινι, &c. sed accentus manet tantùm in prima parte compositionis. nam τὶς, τινὸς, est dictio enclitica, vt dicetur in Accentuum tractatu. [6] In ὅνπερ, ἥνπερ, οἷνπερ & ἅνπερ, consonans ν manet ante π contra regulas Grammaticorum, iuxta

positiui pro subiunctiuis.

ANNOTATIO *de* ὁ *&* ὅς.

ὁ *in compositione inuariatum.*

ὁ *pro* ὅς *relatiuo vel* οὗτος.

ὁ *pro coniunct.* ὅτι.

4 τοῖσδεσι *vel* τοῖσδεσσι.

5 ὅτου, ὅτῳ, *Att.* ὅτεο, ὅτεῳ, *Ion.* ὅτου, *Doricè.*

ANNOTATIO.

6 *Notio de* ν *ante* π.

quas debet mutari in α: verùm retinetur ν, quia re vera
ſunt duæ dictiones. περ enim eſt coniunctio expletiua
& enclitica: quapropter accentu deſtituitur. quò fit vt

De ὁ μὲν & ὁ δὲ ac ſimilibus notio.

7 pro vnica dictione habeantur. [7] ὁ μὲν cum ſimilibus,
refertur ad propinquius: ὁ δὲ, ad remotius. interdum tamen
cõtrario modo ſe habẽt; idq; nõ ſolùm apud poëtas,
ſed & apud oratores, ſicut apud Latinos *hic* & *ille*.

De partibus indeclinabilibus.

TRES reliquas orationis partes, Aduerbium, Coniunctionem, & Præpoſitionem, breuiter perſtringemus: nam authorum lectione præſtat eas diſcere, quàm præceptionibus Grammaticis.

Aduerbia.

ADVERBIORVM ſignificationes ſunt
1 variæ. Temporis, νῦν, *nunc*: τότε, *tunc*. [1] Loci,
ἐνταῦθα, *hîc*: ἐκεῖθεν, *illinc*: δεῦρο, *huc*. Qualitatis,
εὖ, *bene*: κακῶς, *malè*. Quantitatis, ἅπαξ, *ſemel*;
δὶς, *bis*: & cætera omnia, quemadmodum apud
Latinos.

Formatio & varia terminatio aduerbiorũ qualitatis.

Qualitatis aduerbia plurima fiunt à genitiuo
plurali, τῶν σοφῶν, *ſapientum*, σοφῶς, *ſapienter*:
2 καλῶν, *pulchrorum*, καλῶς, *pulchrè*. [2] Alia in δὸν exeunt,
κυνηδὸν, *caninè*: βοτρυδὸν, *racematim*. Quædam
in στὶ, ἑλληνιστὶ, *Græcè*: ῥωμαϊστὶ, *Romanè*.

Interiectiones.

Cum aduerbiis numerantur quas vocamus
Interiectiones, ἰού, *hei*: οἴμοι, *hei mihi*: βαβαὶ, *papæ*.

Localia.

θι, σι, χοῦ, χῆ, in loco.

θεν, θε, ωθεν, ωθε, è loco.

δε, σε, ζε, ad locum.

δην, ην.

ὶ, ᾳ, ῃ, εί.

Notio.

1 [1] LOCALIA Finita in σι, θι, χοῦ & χῆ, ſignificant in
loco; vt οὐρανόθι, *in cælo*: Ἀθήνησι, *Athenis*: πάντοθι, πανταχοῦ
& πανταχῆ, *vbique*, *vbiuis*. Finita in θεν ſiue θε, ſignificant
de loco; vt οὐρανόθεν, οὐρανόθε, *è cælo*. Sunt etiam in † ωθεν
ſiue ωθε: vt πρόσωθεν ſiue πρόσωθε, *à priore ſiue anteriore
parte*: deriuatum à πρὸ, *pro*, *ante*. In δε, σε, ζε, ad locum:
2 vt οὐρανόνδε & οὐρανόσε, *in cælum*: Ἀθήναζε, *Athenas*. [2] Alia
in δην, συλλήβδην, *comprehenſim*. Alia in ην: ἀντιβίην, *contrà*,
ex oppoſito. Alia in ὶ, πανοικί, *cum tota domo*, *nullo relicto*:
πανστρατὶ & πανστρατιᾷ (Ionicè πανστρατιῇ) *cum toto
exercitu*: nam multa formam datiui ſingularis ſecundæ
declinationis habẽt. Alia in εί, ἀθεεί, *ſine deo*, *ſine deorum
numine*: ἀσπονδεὶ, *ſine fœdere aut libatione*: αὐτοβοεί, *cum
ipſo*

ipso clamore, primo impetu. Præterea adiectiua neutra tam singularis quàm pluralis numeri, sæpe pro aduerbiis sumũtur; vt ὀξὺ pro ὀξέως, *acutè*: τὰ πρῶτα (vbi etiam præponitur articulus) pro πρώτως, *primúm.* sic τὰ πολλὰ pro πολλάκις, *sæpe*: ἄλλα pro ἄλλως, *aliter.* Quædam etiam exeunt in άκις, quæ quantitatis dicuntur; vt τετράκις, πεντάκις, ἑξάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, *quater, quinquies, sexies, septies, octies.* sic ὀλιγάκις, *paucies, rarò*: πολλάκις, *multoties, sæpe.* Poëtæ hîc per Æolicam apocopen τοῦ ς, dicunt πολλάκι. Nonnulla quoque poëticè in δις, ἀμοιβαδὶς, *vicissim, alternatim.*

Adiectiua neutra pro aduerbiis sumpta.

άκις άκι.

Coniũctiones sunt, Copulatiuę, μὲν, *quidẽ*: δὲ, *verò*: τε, *que*: καὶ, *&*. Disiunctiuæ, ἢ, *vel*: ἤτοι, *siue.* Continuatiuæ, εἰ, *si*: εἴπερ, *siquidem.* Subcontinuatiuæ, ἐπεὶ, *postquam.* ἐπειδήπερ, *simulatque.* Causales, ἵνα, *ut*: ὅπως, *quò*: γὰρ, *enim*: ὅτι, *quòd*: διότι, *propterea quòd.* Dubitatiuæ, ἆρα, *an*: μῶν, *num*: μὴ, *numquid.* & quæcunque præterea de significationibus Coniunctionum dici solent.

Coniunctiones.

Præpositiones monosyllabæ sunt sex, [1] ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρὸ, [2] πρὸς, σὺν, pro quo Attici ξὺν in compositis.

Disyllabæ duodecim, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, [3] ἀμφὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπέρ.

Consonantem præcedit ἐκ, [4] vocalem ἐξ: ἐκ γῆς, *è terra*: ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso.*

Præpositiones.
1 *Monosyllabæ.*
2
Disyllabæ.
3 ἐκ *&* ἐξ *quomodo differant.*
4

Praepositionvm Varia significata quære in earum Syntaxi. [1] Poëtæ pro ἐν dicunt ἐνὶ, & mutato accentu ἔνι: sed tum vel postponitur suo casui, vel sumitur pro composito ἔνεσι, *licet.* sic μέτα, pro μέτεστι, *est copia vel participatio*: πάρα, pro πάρεστι, *adest, licet*: ἔπι, pro ἔπεστι, *inest, adest, potestas & arbitrium est*: πέρι, pro περίεστι, *superest*: sed sumitur πέρι etiam aduerbialiter, pro *ultrà, supra modum*: ἄπο pro ἄπεστι, *abest, deest*: & aduerbialiter *procul*: ὕπο pro ὕπεστι, *subest.* [2] Pro πρὸς Dores ποτὶ dicunt: ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα pro πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα, *ad Amaryllidem.* sic in compositione πότταγε pro πρόσαγε, *admoue*: ποτάγχωμεν, *appropinquamus*, pro προσεγγίζωμεν à προσεγγίζω: πότεχε, *adhibe*, pro πρόσεχε: ποτόσδω, *oleo*, pro προσόζω, 4, 11. ποτειδῶ, *aspicio*, pro προσειδῶ: ποτιμάττω, pro προσμάττω, *admisceo, attingo*: ποτορέω, *aspi-*

1 ἔνι, μέτα, πάρα, ἔπι, πέρι, ἄπο, ὕπο.
2 ποτὶ *pro* πρὸς *Doricè.*

cio, pro περσοράω: vbi τ mutatum fuit in θ, quòd ο in simplici ὁράω notetur spiritu aspero, 172, 10. [3] Æolicè ἀμπὶ: hinc ἀμπίχω, induo: ἀμπέχομαι, & ἀμπίσχομαι, induor, pro ἀμφέχω, ἀμφίσχομαι, ex ἀμφὶ, & ἔχω, & ἴσχομαι, habeo.

ἀμπὶ pro ἀμφὶ Æolicè. 3

ἐξ ante consonantem. 4

[4] Tamen in fine versus ponitur ἐξ etiam sequente consona in principio sequentis versus, vt apud Theocritum Idyllio 27,

——————— ἀμφοτέρων ἐξ

Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον, ——— *vtrisque ex parietibus viri gradiebantur.* forsan quia coniungenda est cum verbo, vt sit pro ἐξέβαινον.

Hactenus de partibus orationis ea conscripsimus, quæ Græcas literas auspicantibus, omnino putamus necessaria, & citra quorum cognitioné frustra legendis authoribus operam impendant. Nunc quæ præterea dicenda sunt de Nomine & Verbo, carptim & breuiter annotabimus.

ANNOTATIONES IN NOMINA ADIECTIVA.

ος, α, ον.
ος, η, ον.

TERTIÆ declinationis masculini in ος puri aut ρος, fœmininũ est 1 [1] α: non puri, η: neutrum semper ον: ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *sanctus, a, um*: ὁ ἀνθηρὸς, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, *floridus, a, um*: ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *bonus, a, um*.

Exceptio. Excipe ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη per η, *octauus, a.*

Atticismus. 2 Attici ος communiter accipiunt, [2] maximè in compositis & deriuatis, ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, *sapientiæ studiosus, a*: πάμφιλος, *omnib. amicus, a*: τὸ φιλόσοφον, τὸ πάμφιλον: ὁ καὶ ἡ κόσμιος. τὸ κόσμιον, *moderatus, a, um.*

ος, ον.

ως, ων. Quartæ declinationis cõmune ως, neutrum ων: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων, *fertilis, fertile.*

ην, εν. 3 Quintæ commune ην, τὸ εν: ὁ καὶ [3] ἡ τέρην, τὸ τέρεν, *tener, a, um.*

ων, ον. Commune ων, neutrum ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον, *felix.* sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον, *maior, maius.*

Mascu

Masculinum ας, fœmininum αινα, neutrum αν: ὁ μέλας, *niger*: τάλας, *miser*: ἡ μέλαινα, τάλαινα: τὸ μέλαν, τάλαν. Sed ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, *omnis, omne*: sic composita, ἅπας, *omnis*: σύμπας, *vniuersus*. — *ας, αινα, αν.* *Exceptio.*

Mascul. εἰς, ἡ εσσα, τὸ εν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratiosus, a, um*. — *εἰς, εσσα, εν.*

Commune ης, τὸ ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, *verus*. — *ης, ες.*

Cómune ις, τὸ ι, cõpositũ: ὁ καὶ ἡ ἄχαρις, *gratiosus*: φιλόπατρις. *studiosus patriæ*: τὸ ἄχαρι, φιλόπατρι. — *ις, ι.*

Mascul. ύς, ἡ εῖα, τὸ ύ: ὁ γλυκὺς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκὺ, *dulcis*. — *ύς, εῖα, ύ.*

Commune υς, τὸ υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, *non lacrymans*. sic ὁ καὶ ἡ φιλόγλυκυς, *amans dulcia*. — *υς, υ.*

Commune ους, τὸ ουν, ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, *multipes*. — *ους, ουν.*

[4] Pauca trium generum sub vna voce, ὁ ἡ τὸ ἅρπαξ, *rapax*: μάκαρ, *beatus, a, um*. — 4 *Adiectiua triũ generum.*

Fœmininũ habent & substantiua, ὁ λέων, *leo*: δράκων, *draco*: [5] θεράπων, *famulus*: ἡ λέαινα, *leæna*: δράκαινα, *dracæna*: θεράπαινα, *famula*. ὁ βασιλεὺς, *rex*; ἄναξ, *rex*: [6] ἡ βασίλισσα, *regina*; ἄνασσα, *regina*. ὁ ψάλτης, *cantor*; [7] ἡ ψάλτρια, *psaltria*: [8] ὁ παρακοίτης, *maritus*; ἡ παράκοιτις, *vxor*: ὁ δεσπότης, *dominus*; ἡ δεσπότις & δέσποινα, *domina*. — *Substãtiua fœmininum habentia.* 5 6 7.8

[1] IONICE Tamen vbique η: ἡ ἁγίη, ἡ αὐθηρὴ, veluti ἡ καλὴ: & Doricè vbique α: ἁ καλὰ, ἁ ὀγδόα, veluti ἡ ἁγία, ἡ αὐθηρά. Vide 118, 26. & 40. atque 121, 3. [2] Dixit *maximè in compositis & deriuatis*: nam simplicia & primitiua, rarò admodum in prosa oratione communis generis inueniuntur: apud poëtas verò non rarò: neque solùm adiectiua in ος, sed & quæuis participia tertiæ vel quintę declinationis. atque etiam nomina adiectiua quintæ, quæ communiter sunt tantùm masculina. φιλόσοφος autem componitur ex φίλος, *amicus*, & σοφὸς, *sapiens*: πάμφιλος verò ex πᾶν, *omne*, & φίλος. Porrò κόσμιος deriuatur ab ὁ κόσμος, *ornatus, mundus*. [3] Dicitur etiam ἡ τέρεινα, & Ionicè τερείνη. hinc apud Euripidem τερείνην ὄψιν, *tenerum oculum*. [4] Vel potius † nulla. non enim inuenitur τὸ ἅρπαξ, sed dicendum ἁρπακτικόν.

1 *Ionismus.* *Dorismus.* 2 *Notio de adiectiuis communibus.* 3 τέρεινα. 4

Heño

Nullū adiectiuum trium generum sub vna voce.

Hesiodus quidem dixit ἅρπαξ in fœminino, Δὼς ἀγαθή,
ἅρπαξ δ὾ κακή, *datio bona, rupina autē mala:* sed ibi ἅρπαξ
pro ἁρπαγή. neque etiam legitur ἡ aut τὸ μάκαρ: sed ἡ
5 μάκαιρα, *beata:* τὸ εὔδαιμον, *beatum.* [5] Legitur ὁ θέραψ,
απος, pro θεράπων, & ἡ θεράπαινις, ίδος, pro θεράπαινα. Fœ-

Fœminina in αινα.

mininum etiam in αινα facit Λάκων, ἡ Λάκαινα, *Lacon, La-*
cana. & apud poëtas γείτων, γείταινα, *vicinus, vicina:*
γνάθων, γνάθαινα, *parasitus, parasita:* θέων, θέαινα, *deus, dea:*
ἰχθυοπώλης, ἰχθυοπώλαινα, *ichthyopola, qui aut quæ vendit*
pisces: λύκος, λύκαινα, *lupus, lupa:* μάγειρος, μαγείραινα,
coquus, coqua: μύρος, μύραινα, *murus, muræna:* nomen
piscis: σκορπίος, σκόρπαινα, (quæ & σκορπὶς) *scorpius piscis*
mas, scorpio fœmina: τέκτων, τέκταινα, *fabricator, fabrica-*
6 *trix.* [6] Vel ἡ βασίλιννα, atque βασίλισσα, accentu in ante-
penultima: at ἡ βασιλεία acuta penultima, est *regnum.*

Fœmin. in σσα.

faciunt quoque fœmininum in σσα, πένης, ἡ πένησσα, *pau-*
per: πρόφρων, ἡ πρόφρασσα, *promptus, beneuolus, a:* φὰψ,
φάσσα, *palumbus mas & fœmina:* & pleraque gentilia,
vt ὁ Θρᾷξ, ἡ Θρᾷσσα & Atticè Θρᾷττα, *Thrax, Thrassa vel*
Thressa: (pro quibus Ionicè & poëticè dicitur Θρήιξ,
Θρήισσα) Κρὴς, Κρῆσσα, *Cretensis:* Λίβυς, Λίβυσσα, *Libys,*
Libyssa, qui vel quæ est ex Libya: Φοῖνιξ, Φοίνισσα, *Phœnix,*
Phœnissa: at ὁ Κὰρ, ἡ Καρίνη & Κάειρα, *qui aut quæ est è*
7 *Caria.* & ὁ Σκύθης, ἡ Σκυθὶς, *Scytha.* [7] Sic ἡ ποιήτρια, *poë-*
tria, ab ὁ ποιητὴς, οῦ, *poëta.* Sunt & finita in τρὶς, vt ὁ αὐλη-
8 τὴς, ἡ αὐλητρὶς, ίδος, *tibicen, tibicina.* [8] Sic ὁ ἐργάτης, ου,
operarius, ἡ ἐργάτις, ιδος. *operaria, operatrix:* ὁ προστάτης, ου,
præses, præfectus, ἡ προστάτις, ιδος, *mulier quæ rei alicui*
præsidet, tutatrix: ὁ προφήτης, ου, *Propheta,* ἡ προφῆτις, ιδος,
prophetissa. at hæc poëtica sunt: ὁ δότης, ου, ἡ δότειρα, *dator,*
datrix: dicitur pro eodem ὁ δοτὴρ & δωτὴρ, ῆρος, &
δώτωρ, ἡ δώτειρα.

NVMERALIA CARDINALIA.

Singularia.

1 S. Masc. [1] εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα, *vnus, vnius, vni, vnum.*
Fœm. μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν. Neut. ἓν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν.

Dualia.

2 Dual. δύο, *duo:* & δύω Atticè: [2] δυοῖν, & δυεῖν
pro fœminino.

Pluralia.

P. cōmunia, τρεῖς, τριῶν, τρισὶ, τρεῖς, *tres, triū, tribus.*
Neutra, τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία, *tria, trium, tribus.*
3 Sic οἱ αἱ [3] τέσσαρες, τὰ τέσσαρα, *quatuor:* τῶν τεσσάρων,
τοῖς ταῖς τοῖς τέσσαρσι, τοὺς τὰς τέσσαρας, τὰ τέσσαρα.

A quatuor vsque ad centū sunt [4] indeclina- 4
bilia; πέντε, *quinque:* [5] ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα, *decē:* 5
ἕνδεκα, [6] δώδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε, 6
δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, [7] εἴκοσι, *viginti:* 7
εἰκοσιεῖς, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεν-
τήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, [8] ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, 8
ἑκατὸν, *centum.* hinc iam declinantur, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *ducenti, tæ, ta:* τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι, *mille:* δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀκτακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, *decies mille:* δισμύριοι, τρισμύριοι: & ita in reliquis.

Indeclinabilia.

Declinabilia.

Ordinalia, πρῶτος, *primus:* δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔννατος, δέκατος, *decimus:* ἑνδέκατος, δυοκαιδέκατος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, *vicesimus:* εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, *centesimus:* διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς, *millesimus:* δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, *decies millesimus;* δισμυριοστὸς: & sic deinceps.

Ordinalia.

[1] ΟΥΔΕΙ'Σ Et μηδεὶς ex εἷς cōposita (143,12.& 25.) 1
declinatur etiam in plurali, οὐδένες, μηδένες, *nulli:* οὐδένας, μηδένας, *nullos.* [*οὐδεὶς & μηδεὶς si ex εἷς deducātur, rectius circumflectuntur, vt apud Ælium Dionysium & in Varini Cornucopia aliquoties scriptum inuenies οὐδεῖς. si vero ex δεὶς, acuuntur. Vtriusque & deriuationis & scripturæ meminit Eustathius. Veterum (inquit) nonnulli compositum esse dixerunt non ex tribus, μὴ, δὲ, & εἷς, sed è duobus, μὴ & δεὶς, nomine inusitato: ideoque non circumflecti, velut ab εἷς deriuatum sed acui: ita vt sit δεὶς δενὸς cum suis compositis, sicut κτεὶς κτενός. Hæc Eust. in istud hemistichium Iliad. θ,* νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν Ἕκτορος, nunc vero ne vnum quidem Hectorem dignè adæquare possumus. *Priorem deductionem confirmant fœminina οὐδεμία & μηδεμία, quæ à δεὶς formari non possunt: tum accentus, qui in tota compositorum flexione & qualitatem & sedem habet eandem quam in simplicibus εἷς μία ἕν. vt* enim

οὐδένες.
μηδένες.
ANNOTATIO.
De deductione οὐδεὶς & μηδεὶς.

enim εἷς ἑνὸς ἑνὶ ἕνα, *sic* οὐδεὶς οὐδενὸς οὐδενὶ οὐδένα. *rursum vt*
μία μιᾶς μιᾷ μίαν, *sic* οὐδεμία οὐδεμιᾶς οὐδεμιᾷ οὐδεμίαν. *iti-*
demque genere neutro. & in altero comp. μηδεὶς *Latinè*
quoque Nullus, dicitur pro Ne vnus quidem, vel diminu-
tiuè Ne vnulus quidem: (inde enim contractum est Vllus,
vt Bellus ex Benulus, ab obsoleto Benus; Villum ex Vinu-
lum) & Nemo pro Ne vnus quidem homo. Synonymũ οὔτις,
compositũ ex οὐ *&* τὶς, haud quisquam, *accentum remittit*
in syllabam præcedentem, vt encliticum: eodemque modo in
δυοῖν, δυεῖν. 2 *reliquorũ casuum & generũ flexione.*] [2] Δυοῖν est omnis
generis: δυεῖν verò plerumque fœmininum, & Atticum.
δύο, δυσί. at δύω vt omnium generum, sic etiam omnium est ca-
suum; in prosa quoque. Sed reperitur etiam genitiuus
pluralis δυῶν, & datiuus δυσί. Ac notandum hoc nomen
re vera duale, iungi substantiuis & articulis ac verbis
non solùm dualibus, sed etiam pluralibus.

τέσσερες. 3 [3] Ionicè τέσσερες: Doricè τοὶ ταὶ τέτορες, τετόρων, τετό-
τέτορες. ρεσι, (150,26.) τέτορας: τὰ τέτορα. poëticè οἱ αἱ πίσυρες, τὰ
πίσυρες. πίσυρα, τῶν πισύρων, τοῖς ταῖς τοῖς πισύρεσι, τοὺς τὰς πίσυρας:
πίσσυρες. 4 τὰ πίσυρα: Æolicè οἱ αἱ πίσσυρες, &c. [4] Inuenitur tamen
δυοκαίδεκα. δυοκαίδεκον pro δώδεκα vel δυοκαίδεκα; & τριηκόντων pro
τριηκόντων. τριάκοντα, quod Ionicè dicitur τριήκοντα verso α in η: sic
τεσσερήκοντα pro τεσσαράκοντα: & διηκόσιοι pro διακόσιοι.
ἐξ & ἐκ. 5 [5] ἐξ in compositione præpositum consonanti, fit ἐκ, vt
Annotatio. 6 ἑκκαίδεκα, *sedecim.* [6] Vel δυοκαίδεκα, inserta cõiunctione
copulatiua καὶ, & præposito minori numero: sic τρισκαί-
δεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, &c. vt vna dictio
composita: vel etiam vt tres dictiones, δύο καὶ δέκα,
7. 8 τρεῖς καὶ δέκα. [7] Doricè εἴκατι. [8] Ionicè ὀγδώκοντα.

Numeratiua in πλοῦς, πλάσιος & ας. Deriuantur & alia numeratiua ab his numeralibus,
finita in πλοῦς, πλάσιος, & ας: vt διπλοῦς, τριπλοῦς, τετρα-
πλοῦς, πενταπλοῦς, ἑξαπλοῦς, ἑπταπλοῦς, ὀκταπλοῦς, ἐννεαπλοῦς,
δεκαπλοῦς, &c. id est, *duplus, triplus*, &c. διπλάσιος, τρι-
πλάσιος, τετραπλάσιος, πενταπλάσιος, ἑξαπλάσιος, ἑπτα-
πλάσιος, ὀκταπλάσιος, ἐννεαπλάσιος, δεκαπλάσιος, &c.
id est, *duplex, triplex*, &c. Finita in ας fœminina sunt,
ἡ μονὰς, δυὰς, τριὰς, τετρὰς, πεντὰς, ἑξὰς, ἑπτὰς, ὀγδοὰς, ἐννεὰς,
δεκὰς, ἑκατοντὰς, χιλιὰς, μυριὰς, *vnitas, duitas, trinitas, qua-*
ternitas, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, no-
uenarius, denarius, centenarius, millenarius, decies mille-
Dialia in ταῖος. *narius.* Et illa quæ dierum spatium significant, τριταῖος,
τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος, ὀγδοαῖος, ἐννα-
ταῖος, δεκαταῖος, δωδεκαταῖος, *tertianus, quartanus, quin-*
tanus, &c. id est, *erumpens aut aliquid agens die tertio,*
quarto, quinto, sexto, &c.

GRADVS COMPARATIONIS.

Comparatiuus in τερος: Superlatiuus in τατος. Quę verò terminationes adiectiuorũ admittãt comparationẽ, & qua ratione aut litera tollatur aut vocalis permutetur, planũ est ex sequentibus exẽplis, quę in singulis terminationib⁹ collocauimus loco præceptionũ.

τερος, τατος.

ος { ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, *gloriosus.*
πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος, *mitis.*
σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, *sapiens.* }

ος { ότερος. ώτερος.

ων σώφρων, [1] σωφρονέστερος, σωφρονέστατος, *modestus.* 1 *ων ονέστερος.*
ας μέλας, [2] μελάντερος, μελάντατος, *niger.* 2 *ας άντερος.*
εις χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, *gratiosus.* *εις έστερος.*
ης εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, *pius.* *ης έστερος.*
ους ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *simplex.* *ους ούστερος.*
υς εὐρὺς, εὐρύτερος, εὐρύτατος, *latus.* *υς ύτερος.*

Ex ος, [3] præcedẽte vocali longa vel natura vel positione, fit ότερος & ότατος per ο μικρον: vt ἔνδοξος, πρᾶος: alioqui si præit breuis, per ώτερος & ώτατος, vt σοφός. At κενὸς, κενότερος, κενότατος, [4] *vacuus:* στενὸς, στενότερος, στενότατος, *angustus.* 3 *Annotatio.* 4

Comparationes irregulares.

Irregulariter comparãtur ἀγαθὸς, *bonus:* comparatiuus, ἀμείνων, ἀρείων, [5] βελτίων, κρείττων, λωΐων, *melior:* superlatiuus ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, & quandoque ἀγαθώτατος, *optimus.* 5

Κακὸς, *malus:* comparatiuus, [6] κακίων, χείρων, [7] χερείων, *peior:* superlatiuus, κάκιστος, χείριστος, *pessimus.* 6.7

καλὸς, [8] καλλίων, κάλλιστος, *pulcher.* 8
αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis.*
ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, *inimicus.*
ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος, *facilis.*
λάλος, [9] λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax.* 9
φίλος, [10] φίλτερος, [11] φίλτατος, per syncopen pro 10
φιλώτερος, φιλώτατος, *amicus.* 11
μέγας, [12] μείζων, μέγιστος, *magnus.* 12

πολὺς.

13 πολὺς, [13] πλείων, πλεῖστος, *multus.*

ύ-ς { ύτερος, ύτατος: ίων, ιστος.

14 Hæc, [14] *βαθὺς, profundus: βραδὺς, tardus: γλυκὺς, dulcis: ἡδὺς, ſuauis: παχὺς, craſſus: ταχὺς, celer: ὠκὺς, velox,* habent ύτερος & ύτατος, vt ὀξὺς: vel ίων & ιστος, βαθίων, βάθιστος. cæterùm ταχὺς facit etiam

15 [15] θάσσων.

μικρὸς, μικρότερος, μικρότατος, *paruus:* vel cõpara-

16 tiuus, [16] ἐλάττων, ἥττων, μείων: ſuperlatiu⁹, ἐλάχιστος.

Comparatio in ſubſtantiuis. 17 Comparatio etiam ex [17] ſubſtantiuo, κέρδος, *lucrum;* κερδίων, *lucroſior;* κέρδιστος, *lucroſiſſimus.*

In verbis. 18 Sed & in verbis locum habet, [18] βάλλω, *mitto,* βέλτερος *ſeu* βελτίων, βέλτιστος, *melior, optimus:* φέρω, *fero,* φέρτερος, *præſtantior,* φέρτατος, φέρτιστος, & φέριστος, *præſtantiſſimus.*

In aduerbiis. In aduerbiis; ἄνω, *ſuprà,* ἀνώτερος, ἀνώτατος, *ſuperior, ſupremus:* κάτω, *infrà,* κατώτερος, κατώτατος, *inferior, infimus:* μάλα, *valde,* μᾶλλον, μάλιστα, *magis, maximè:* πόρρω, *longè,* πορρώτερος, πορρώτατος, *remotior,*

19 *remotiſſimus:* [19] πέρα, *vltrà,* περαιτέρω, περαίτατοι, *vlterius, vltimùm:* ἐγγὺς, *propè,* ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιστος, *propior, proximus:* ἔξω, *extrà,* ἐξώτε-

20 ρος, ἐξώτατος, *exterior, extimus* [20].

In participiis. In participio; ἐρρωμένος, *validus,* ἐρρωμενέστερος, ἐρρωμενέστατος, *validior, validiſſimus.*

In præpoſitionibus. In præpoſitionibus; ὑπὲρ, *ſupra,* ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, *ſuperior, ſupremus:* πρὸ, *ante,* πρότερος, *prior,* πρότατος, & eliſo τ factaque craſi, πρῶτος, πρῶτος, *primus.*

1 [1] TAMEN ὁ καὶ ἡ πέπων, ονος, *maturus, mollis,* facit

2 πεπαίτερος, *maturior, mollior.* [2] Sic à τάλας, *miſer,* (141,8. & 251,2.) fit ταλάντερος, ταλάντατος, *miſerior, miſerrimus:*

3 his duobus ſimilia non inueniuntur. [3] Tamen ex κακόξεινος, id eſt, *qui malè aut neminem hoſpitio excipit,*

κακοξεινώτερος. Homerus dixit κακοξεινώτερος. nam ſimplex eſt, ξένος,

ANNOTATIO. 4 *hoſpes:* pro quo poëtæ ξεῖνος. [4] κενὸς & στενὸς in comparatiuo ac ſuperlatiuo retinere ο neſcio quam rectè tradat CLENARDVS: apud Athenæum enim lib. 8. legimus,

κενώτερον. κενώτερον λεβηρίδος, *inaniorem ſerpentis exuuio:* & apud Poly

Polyænum lib.2,cap.31. εἴσοδον στενοτάτην, *ingressum, angustissimum*, per ω, in tribus exemplaribus manuscriptis.
[5] Ἀρείων & λωΐων poëtica sunt. sic λῷστος & ἀγαθώτατος. à communi ὁ ἡ λωΐων, neutrum τὸ λώιον, & crasi Attica 5
λῷον,118,18. & 152,1. Pro βελτίων poëtæ dicunt βέλτερος: quod CLENARDVS format à verbo βάλλω. Pro κρείττων Attico, commune est κρείσσων, Doricè κρέσσων & κάῤῥων. [6] Poëticè κακώτερος. [7] χερείων poëticum est. datiuus χερείονι; verso ο in η, & syncope literarum ον, χέρηϊ. sic in accusatiuo χέρηα pro χερείονα: & in nominatiuo plurali χέρηες pro χερείονες. [8] καλλίων & κάλλιστος videntur formari à substantiuo τὸ κάλλος, εος, *pulchritudo*. [9] λαλίστερος & λαλίστατος, Attica sunt. Attici enim non rarò à positiuis in ος formant comparatiua in ίστερος, & superlatiua in ίστατος: vnde sunt illa, ὀλίγος, *paucus*, ὀλιγίστατος atque ὀλίγιστος, *paucissimus*: λάγνος, *libidinosus*, λαγνίστερος, λαγνίστατος, *libidinosissimus*: ὀψοφάγος, *obsonator*, ὀψοφαγίστατος, *obsoniis deditiss.* Atque horum formam sequuntur ὁ ἡ ἀλαζών, όνος, *ostentator*, ἀλαζονίστατος, *maximus ostent.* ὁ ἅρπαξ, αγος, rapax, ἁρπαγίστατος, *rapaciss.* ὁ βλάξ, βλακὸς, *mollis*, βλακίστατος, *molliss.* ὁ κλέπτης, ου, *fur*, item *callidus, taciturnus*, κλεπτίστατος, *furaciss. callidiss. & maximè taciturnus*: ὁ πλήκτης, ου, *percussor*, πληκτίστατος, *proniss. ad verberandum*: ὁ πότης, ου, *potor, bibulus*, ποτίστατος, *potor maximus*: ὁ ἡ ψευδὴς, έος, *mendax*, ψευδίστατος, *mendacissimus*. Iones autem pro Atticis ίστερος & ίστατος dicunt έστερος & έστατος: quibus tamen Attici quoque interdum vtuntur: vnde illa, αἰδοῖος, αἰδοιέστερος, *venerabilis, lior*: ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος, & Ionicè ἀκρητέστατος, *merus, purus, rior, rissimus*: ἄμορφος, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος, *deformis, ior, issimus*: ἀναγκαῖος, ἀναγκαιέστατος, *necessarius, maximè necessarius*: ἀνιηρὸς, ἀνιηρέστερος, *molestus, molestior*: ἄπονος, ἀπονέστερος, *labore carens, facilis, ior*: ἀρχαῖος, ἀρχαιέστερος, *antiquus, ior*: ἄσμενος, ἀσμενέστερος, ἀσμενέστατος, *lubẽs, lubẽtior, issimus*: hinc ἀσμενέστατα, *lubẽtissimè*: ἄφθονος, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος, *abundãs, tior, tissimus*: ἀφνειὸς, ἀφνειέστερος, ἀφνειέστατος, *locuples, etior, etissimus*: γενναῖος, γενναιέστατος, *generosus, sissimus*: δίκαιος, δικαιέστερος, *iustus, iustior*: ἐπιτήδειος, ἐπιτηδειέστατος, *commodus, dissimus*: ὄψιος, ὀψιέστερος, atque ὀψίτερος, *serus, serò veniens*: σπάνιος, σπανιέστερος, *rarus, rarior*: σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *studiosus, ior, issimus*: πτωχὸς, πτωχέστερος & πτωχίστερος, *pauper, rior*: ῥᾴδιος, ῥᾳδιέστερος, *facilis, lior*: ὑπέρθυμος, ὑπερθυμέστατος, *animo elatus, issimus*: ὡραῖος, ὡραιέστατος, *pulcher, errimus*. [10] Et Atticè φιλαίτερος 10

βέλτερος.
κρείσσων.
6.7 κάῤῥων.
κακώτερος.
χέρηϊ, χέρηα,
8 χέρηες.
9 *Atticismus*:
ος, ιστερος, ιστατος
ὀλίγιστος.
Ionismus:
ος, εστερος, εστατος
ἀσμενέστατα.
ὀψίτερος.
πτωχίστερος

Atticismus: ος, αίτερος, αίταλος.

& φιλαίταλος. Nam Attici à positiuis in ος, sæpe formant
comparatiua in αίτερος, & superlatiua in αίταλος: vnde ἥσυ-
χος, ἡσυχαίτερος, *quietus, ior*: ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίταλος,
peculiaris, magis pecul, maximè peculiaris: ἴσος, ἰσαίτερος,
ἰσαίταλος, *æqualis, ior, issimus*: μέσος, μεσαίτερος, μεσαίταλος,
medius, magis medius, maximè medius: μοιχὸς, μοιχαίταλος,

μοιχοίταλος.

& μοιχοίταλος, *adulter, maximus adulter siue mœchus*: Sed
acutè notat Sylburg. Superlatiua ista nominis μοιχὸς
nusquam reperiri: ac μοιχοίταλος saltem cacophonyæ
nomine suspectum esse: μυχὸς, *secessus*: μυχαίταλος, &

μυχοίταλος. μύχαλος.

μυχοίταλος, atque μύχαλος, *penitiss*. πλησίος, πλησιαίτερος, &
Ionicè πλησιέστερος, *propinquus, ior*: πρώϊος, πρωϊαίτερος,
πρωϊαίταλος, *maturè veniens, maturior: rimus*: ὄψιος, ὀψιαί-

φίλιστος. μάσσων.

11 τερος, ὀψιαίταλος, *serus, ior, iss.* [11] Poëticè φίλιστος. [12] Et
12 poëticè μάσσων: quo vsus est & Xenophon. [13] Poëticè

πλέων, το πλέον, πλεῖν, πλεῖν.

13 πλέων: neutrum πλέον, *plus*; & Atticè πλεῖν, Ionicè πλεῦν,
14 πλεῦνος. [14] His adde βραχὺς, *breuis*, βραχύτερος, βραχυτα-
15 τος, vel βραχίων, βράχιστος, *ior, issimus*. [15] Sic βαθὺς, βάσσων:

σσων ab ύς.

βραδὺς, βράσσων, βραδίων, βράδιστος, & βραδύτερος, βραδύτα-
τος: γλυκὺς, γλύσσων, γλυκίων, γλύκιστος, & γλυκύτερος, γλυ-
κύταλος: παχὺς, πάσσων, παχίων, πάχιστος, & παχύτερος, παχύ-

ἐλάσσων.

16 ταλος. [16] Ἐλάττων & ἥττων Attica sunt, communiter ἐλάσσων
& ἥσσων: atque vt βάσσων formatur à βαθὺς, & reliqua in
σσων, de quibus numero præcedente, ab υς, sic ἐλάσσων ab
ἐλαχὺς, *paruus, vilis*: quod etiam vt præcedentia formatur

ἐλάχιστος.

ex se ἐλαχύτερος, & ἐλαχίων, ἐλάχιστος: vnde ἐλάχιστα, *minime*.
hinc etiam aliud comparatiuum ἐλαχιστότερος, *infimior*.

16 *item, intellexi*: εἶπα, [16] ἔειπα, *dixi*: προσέειπα, *allocutus sum*: ὠσάμην, ἐωσάμην, *impuli*: sed huiusmodi magis poëtarum sunt.

Spiritus ε augmenti Attici.

17 [17] Cæterùm augmentum Atticum, spiritum sortitur præsentis: ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα: *vidi*: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἑώνημαι, *emi*.

Atticismus, ει pro { λε, με.

Attici præterea pro incremento λε & με, ponunt ει diphthongum: λήβω, *sumo*, λέληφα, εἴληφα: μείρομαι, *partior, sortior*, μέμαρμαι, [18] εἵμαρμαι.

18

Attica reduplicatio etiam in præsentibus.

1 [1] FVTVRVM Tamen μενῶ regulare est, 157,23. & aoristus primus ἔμεινα, 177,12. particip. μείνας, αντος.

2 [2] Huiusmodi reduplicatio non solùm habet locum in præteritis, sed etiam interdum in præsentibus; præcipuè verborum in μι. vide 232,39.

3 [3] Hinc tertia pluralis Ionica ἀγηγέραται, *congregati sunt*, 190,15,28.

ἀγηγέραται. Dorismus.

4 [4] Doricè verò nonnunquam manet longa: at quæ sola positione producitur, ne Atticè quidem aut communiter corripitur, vt patet ex ἀγήγερκα.

Notio. ἀληλεσμένος. ἀλήλιπται.

5 [5] Passiuum ἀλήλεσμαι:

6 particip. ἀληλεσμένος, *molitus*. [6] Pass. ἤλειμμαι, Atticè ἀλήλιμμαι, ἀλήλιψαι, ἀλήλιπται non ἤλειπται: particip. ἀληλιμμένος: aorist. secund. est ἤλιφον, 178,11.

7 [7] Et poëticè εἰλήλουθα, *veni*: vbi ε producitur aduocato ι, & tertia sylla

ἐλήλυθα:

ſyllaba Doricè manet longa : prima plur. εἰληλούθαμεν, εἰλήλουθμεν.
& ſyncope εἰλήλουθμεν. [8] Hinc particip. ἠρεικὼς, ότος, *qui* 8
fixit. [9] A tertia ſing. ἐρήρεισται fit tertia plur. Ionica ἐρη- 9 ἐρηρέδαται.
ρέδαται, *nixi ſunt*, 190, 15. & 20. pluſquamperfect. ſumit
aliud incrementum, ἠρηρείσμην, *innixus eram.* [10] Bœoticè 10 ἠρηρείσμην.
ἀγείοχα, η in ει mutato, 234, 25. [11] Præteritum eſt me- 11 ἀγείοχα.
dium : participium ὁ ἐῳγὼς, ἡ ἐῳγυῖα, *apertus, aperta.* ἐῳγυῖα.
[12] Et rurſus aucta præpoſitione, ἠνέῳγα. [13] Tertia plu- 12. 13 ἠνέῳγα.
ral. ἐωνέοντο ἐωνοῦντο, *emebant*, ab ὠνέομαι. [14] Vt ab οἰνο- 14
χοέω, ῶ, *vinum fundo*, imperfect. ᾠνοχόουν, ᾠνοχόεις, ᾠνοχόει & ἐῳνοχόει.
ἐῳνοχόει, Ιλ. γ. Cæterùm his quæ hoc loco à CLENARDO *Notio.*
recenſentur, non vtuntur doctiores qui proſa oratione
ſcripſerunt, niſi cum appoſitione huius augmenti ε.
at poëtæ illud non raro detrahunt : vnde ὥρα pro ἑώρα, ὥρα, ἑώρα.
intuebatur, tertia imperfecti ab ὁράω. ſic ab οἴγω, οἴξω:
aoriſt. prim. ᾦξα pro ἔῳξα, & ſoluta diphthongo ὤιξα, ᾦξα, ἔῳξα.
ὤιξας, ὤιξε : perfect. ᾦχα : paſſ. ᾦγμαι : pluſquamperfect. ὤιξα, ας, ε.
ᾤγμην, ᾦξο, ᾦκτο. vnde tertia plural. Ionica (190, 15.)
ᾤχατο, cum ἐπὶ, ἐπῴχατο, *clauſi erant*, Ιλ. μ. [15] Atque hinc 15 ἐπῴχατο.
vſitatiſſimum illud participium ὁ ἐοικὼς, ότος, *ſimilis*. at ἐοικὼς, ότος.
ὁ εἰκὼς, ότος, *ſimilis, conueniens* : & neutrum τὸ εἰκὸς, εἰκὼς, ότος:
ότος, *par, conſentaneum, vero proximum, ſignum ne-* εἰκὸς, ότος.
ceſſarium, ducuntur ab εἶκα pro ἔοικα, quod formam εἶκα.
habet præteriti medij ab εἴκω, retento ει, non in η mu-
tato : ſunt qui velint, Bœoticum eſſe pro aoriſto primo
εἶξα, *ſimilis ſum*; in cuius tertia plur. reperitur εἴξασι εἶξα.
pro εἶξαν, ab εἴκω : cuius futur. εἴξω : perfect. εἶκα : paſſ.
εἶγμαι, εἶξαι, & ſoluta diphthongo, verſoque ε in η,
ἤιξαι, *ſimilis es* : ſic in pluſquamperfecto ἠίγμην, ἤιξο, ἤιξαι.
ἤικτο, *ſimilis erat.* tertia perfecti εἶκται, cum augmen- ἤικτο.
to ε, ἔϊκται, *ſimilis eſt.* Hæc præterita præſentis ſigni- *Annotatio.*
ficationem habent, & pluſquamperfectum imperfecti.
[16] Sic in aoriſto ſecund. εἶπον, ἔειπον, ab ἔπω *dico*, quod 16 ἔειπον.
per ει augetur. [17] Hoc fit contra regulam generalem, 17 *Regula.*
quæ vult ε augmentum ſyllabicum notari ſemper ſpi-
ritu tenui. [18] Tertia perſona εἵμαρται, *fatum eſt* : ter- 18 εἵμαρται:
tia pluſquamperfecti εἵμαρτο, *fato decretum erat* : par- εἵμαρτο.
ticip. εἱμαρμένος, *fatalis.* Pro εἵμαρμαι reiecto ι, & me- εἱμαρμένος.
tatheſi, dicitur ἔμβραμαι, *fatatus ſum* : inſeritur β, ἔμβραμαι:
quòd μ ante ρ non ponatur, 6, 9. hinc ἡ ἐμβραμένη, vt ἐμβραμένη.
ab εἵμαρμαι ἡ εἱμαρμένη, id eſt, *fatum, ſors, fatalis* εἱμαρμένη.
curſus. ſunt qui ſcribant cum ſpiritu aſpero εἵμαρμαι,
εἱμαρμένη. Ab eodem μείρομαι præteritum med. eſt μέ-
μορα, *ſortitus ſum*, & poëticè ἔμμορα facta meta- ἔμμορα.
theſi : qua etiam in quibuſdam aliis præteritis vtuntur:

vt

ἔσσυμαι: ἐσσυμένως. ἐπέσσυται. διέσσυτο. ἔσσυθεν.

ve ἔσσυμαι, *motus sum*, pro σέσυμαι, à σεύω, *moueo*: part.
ἐσσυμένος, *properans*: hinc aduerb. ἐσσυμένως, *studiosè,*
certatim, properè: tertia perfecti ἔσσυται, cum ἐπὶ, ἐπέσσυται,
impetū fecit: plusquamperf. ἐσσύμην, ἔσσυσο, ἔσσυτο, *ruebat,*
cum διὰ, διέσσυτο, *peruadebat*: potest tamē etiam censeri
imperfectum à σύμαι: aor. prim. ἐσσύθην, tertia plur. ἐσσύ-
θησαν, & Bœoticè ἔσσυθεν, *ruerunt*, 192, 29.

De plusquamperfecto actiuo & medio.
Atticismus.
ἐκεχήνη.
ᾔδη.

1 [1] Plusquamperfecti & prima & tertia singu-
laris, Atticè per η sine ν: ἐτετύφη ἐγὼ, *verberaue-*
2 *ram ego*: ἐτετύφη ἐκεῖνος, *verberauerat ille*: [2] vnde
ἐκεχήνη plusquamperfectum medium à χαίνω,
3 *dehisco*: & ᾔδη pro [3] ᾔδειν ab εἴδω, *video, scio.*

ἐτετύφεσαν, ᾔδεσαν, ἀκηκόεσαν, à τύπτω, εἴδω, ἀκούω.

4 [4] Tertiam pluralē εισαν Atticus effert per εσαν
5 elidendo subiunctiuam: [5] ἐτετύφεσαν, ᾔδεσαν, ἀκη-
κόεσαν, *verberauerant, nouerant, audiuerant.*

τεθεμελίωτο.

6 [6] Est quandoque hoc tempus contentum
incremento perfecti: τεθεμελίωτο, *fundatus erat*;
plusquamperfectum passiuum à θεμελιόομαι,
fundor, aris.

Plusquamperfectum cum triplici augmento: ἠγηγέρκειν, ὠρωρύχειν, ἠκηκόειν, ab ἀγείρω, ὀρύσσω, ἀκούω.
ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐῴκειν: ab ἔλπω, ἔργω, εἴκω.

Atticum plusquamperfectum temporaliter
7 initio augetur: ἀγήγερκα, [7] ἠγηγέρκειν, *congregaui,*
8 *congregauerā*: ὀρώρυχα, [8] ὠρωρύχειν, *fodi, foderam*: ἀκή-
κοα, ἠκηκόειν, *audiui, audiueram.* Excipe ἐληλύκειν &
9 [9] ἐληλύθειν, *veneram*, ab ἐλήλυκα & ἐλήλυθα, ab
ἐλεύθω, *venio.* At ἔολπα, *speraui*, ἐώλπειν: ἔοργα, *feci,*
10 *patraui*, ἐώργειν: ἔοικα, *similis sum*, [10] ἐῴκειν, [11] augen-
11 tur secunda syllaba, pro ἠόλπειν, ἠόργειν, ἠοίκειν.

Ionismus.

1 [1] Id Fit arrepta ab Ionibus occasione, qui primam
personam plusquamperfecti actiui & medij per εα, &
tertiam per εε efferunt; quæ Attici & Dores in η con-
2 trahunt. [2] Sic ὀδώδη, *oluerat*, ab ὄζω: præt. med. ὦδα, 197, 8.
Atticè ὄδωδα, δ pro ζ repetito, (hinc infin. ὀδωδέναι, &
part. ὀδωδὼς, ότος) plusquāperf. ὠδώδειν, ὠδώδεις, ὠδώδει, & Io
nicè detracto priori augmēto ὀδώδεα, † ὀδώδεας, ὀδώδεε,
3 & crasi Attica ὀδώδη. [3] Vide Inuestigationē thematis in
verbo εἴδω. Reperitur & Ionicum ᾔδεα, ᾔδεας, ᾔδεε, *noue-*
ram, as, at: vnde factum est Atticum ᾔδη, *nouerā* & *no-*
4 *uerat*. [4] Idem & Dores obseruant. His similia sunt
ἐλελοίπεσαν, *reliquerāt*, à λείπω: præt. med. λέλοιπα, 197, 22.
ἐπεπράγεσαν, *egerant*: à πράττω: præt. med. πέπραγα, 197, 8.

ὀδώδη: ὀδωδέναι: ὀδωδώς. ᾔδεα, ας, ε. Dorismus. ἐλελοίπεσαν. ἐπεπράγεσαν.

ἐκεχ

ἐκεχωρήκεσαν, *cesserant*, & detracto ε Ionicè, κεχωρήκεσαν,
à χωρέω, μ. ήσω, π. ηκα. [5] Ionicè sine ε, πετύφεσαν. [6] Iones 5. 6
& poëtæ id in multis obseruant: imò non rarò perfecti
quoque augmẽtum plusquamperfecto pass. detrahunt;
atque nonnunquam imperfecti augmentum tantum-
modo illi concedunt: vt δέδεκτο, δέκτο & ἔδεκτο, atq; ectasi
poëtica δείδεκτο, pro ἐδέδεκτο, *susceperat*: & prima persona
ἐδέγμην pro ἐδεδέγμην, à δέχομαι. ex δείδεκτο fit tertia
plur. Ionica (190,15.) δειδέχατο: sic in tertia plurali per-
fecti, δειδέχαται, *susceperunt*. ἔλεκτο pro ἐλέλεκτο, *cubuerat*,
à λέχομαι seu (vt Eustath.) λέγομαι. ἐλέλικτο, *conuolutus*
erat, pro ἠλήλικτο, ab ἑλίσσω: fut. ἑλίξω: præt. ἥλιχα: pass.
ἥλιγμαι, & per reduplicationem Atticam ἐλήλιγμαι;
vnde plusq. ἠληλίγμην, ἠλήλιξο, ἠλήλικτο, & sublato vtroq;
augmento, remanente tamen reduplicatione, ἐλέλικτο.
ἀπάμειπτο pro ἀπήμειπτο *responderat*, ab ἀπαμείβομαι. Sic
enim restituit Sylburg. quod erat in primis editionibus
mendosè, ἐπάμειπτο pro ἐπήμειπτο: respondendi enim
(inquit) significationem habet, non ἐπαμείβεσθαι, (quod
est *mutare, & alternare*) sed ἀπαμείβεσθαι. Idque passim
apud Homerum. sed & apud Xenoph. ὣδε ἀπημείφθη,
sic respondit. ἔπλητο pro ἐπέπλητο, *impletus erat*, vel *im-*
plebatur: & in tertia plurali ἔπληντο pro ἐπέπληντο, à πλάω
τὸ πλήθω. nisi malis esse imperfectũ à πλῆμι, penultima
remanente longa in voce pass. πλῆμαι, ἐπλήμην, ἔπλησο,
ἔπλητο. κεκάρκειν, κεκάρκεις, κεκάρκει, *totonderam, as, at*, pro
ἐκεκάρκειν, à κείρω, fut. κερῶ, 157,34. perfect. κέκαρκα, 175,7.
pass. κέκαρμαι. κέκλασο, pro ἐκέκλασο, *fractus erat*, à κλάω:
fut. κλάσω: perf. κέκλακα: pass. κέκλασμαι. πάλτο, *vibratus*
fuerat, pro ἐπέπαλτο, à πάλλομαι, *vibror*. παραπολελαύκειν
pro παραπελελαύκειν, vel pro παρηπολαύκειν, *obiter fructum*
ceperam. à παραπολαύω, quod componitur ex παρὰ &
ἀπολαύω, atque ἀπολαύω ex ἀπὸ & inusitato λαύω. πεφό-
βητο, *territus erat*: vnde tertia plur. Ionica (190,15. & 34.)
πεφοβήατο pro ἐπεφόβηντο, à φοβέω, μ. ήσω. χύτο, *fusus erat*,
pro ἐκέχυτο: in tertia plur. χυῶτο pro ἐκεχυῶτο: cum solo
imperfecti augmento ἔχυτο, cum ἀμφὶ, ἀμφέχυτο, *circum-*
fusus erat, vel *circumfundebatur*. [7] Potest duci ἠγηγέρκειν 7
ab ἀγείρω, de quo suprà, 297,28. vel ab ἐγείρω, *excito*:
quorum perfectum ἤγερκα, *collegi* vel *excitaui*: pass. ἤγερ-
μαι, *collectus sum* vel *excitatus sum*: Atticè ab ἀγείρω,
ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι: ab ἐγείρω, ἐγήγερκα, ἐγήγερμαι: plus-
quamperfectum ab vtroque ἠγηγέρκειν, *congregaueram* vel
excitaram. [8] At ὠρωρέχειν, *porrexeram*, ab ὀρέγω: pass. ὠρω- 8
ρέγμην, ὠρώρεξο, ὠρώρεκτο: hinc detracto priori augmento
fit

κεχωρήκεσαν.
πετύφεσαν.
Augmẽtũ plusquamperfecti apud Iones & poëtas.
δέδεκτο, δέκτο, ἔδεκτο, δείδεκτο.
δειδέχατο.
ἔλεκτο.
ἐλέλικτο.

ANNOTATIO.

ἔπλητο.
ἔπληντο.
κεκάρκειν.
κέκλασο.
πάλτο.
παραπολελαύκειν.
πεφόβητο.
χύτο.
ἀμφέχυτο.
ἤγερκα, ἤγερμαι.
ἀγήγερκα.
ἐγήγερκα
ἠγηγέρκειν.
ὠρωρέχειν.

ὀρωρέχατο. fit tertia plur. Ionica (190,15.) ὀρωρέχατο, *porrecti erant.*
ἐληλύθεσαν. 9 [9] Tertia plur. ἐληλύθεισαν, & Atticè ἐληλύθεσαν. [10] Et
10 sine augmento, ἐοίκειν: in tertia plur. ἐοίκεισαν, & Atticè
ἐοίκεσαν. 11 ἐοίκεσαν, *similes erant.* [11] Sic ἑορτάζω, *festum diem ago:*
ἑώρταζον. imperf. ἑώρταζον pro ἠόρταζον.

De aorist. 1. Aoristus primus consonantem seruat futuri, præter quinque, ἔπω, εἶπα, *dico:* ἐνέγκω, ἤνεγκα, *fero:* τίθημι, ἔθηκα, *pono:* δίδωμι, ἔδωκα, *do:* ἵημι, ἧκα,
εἶπα. ἤνεγκα. ἔθηκα. ἔδωκα. ἧκα.
1 *mitto:* [1] duo primi, etiam in reliquis modis vsurpantur; tres vltimi, minimè.

ἔχεα, ἔχευα. 2 Quatuor scribũtur purè: χέω, ἔχεα vel [2] ἔχευα, *fundo:*
ἔσσευα. ἤλευα. 3 σεύω, ἔσσευα, *moueo:* ἀλεύω, ἤλευα, *vito:* [3] καίω vel
ἔκηα. κάω, ἔκηα, *accendo*, sublata futuri consonante.

Ducta ab εἶπα & ἤνεγκα. 1 [1] Ab εἶπα imperatiuus εἶπον, εἰπάτω: optat. εἴπαιμι: particip. εἴπας, αντος. Ab ἤνεγκα imperat. ἔνεγκον, ἐνεγκάτω: optat. ἐνέγκαιμι: infin. ἐνέγκαι: particip. ἐνέγκας, αντος. in voce med. ἠνεγκάμην, tertia plur. ἠνέγκαντο, & Ionicè reiecto augmento ἐνέγκαντο, *tulerunt*: infin. ἐνέγ-
2 κασθαι: particip. ἐνεγκάμενος. [2] Dicitur & ἔχευσα, à fu-
tur. χεύσω: hinc infin. χεῦσαι, cum κατὰ, καταχεῦσαι, & poë-
καγχεῦσαι. 3 ticè καγχεῦσαι, *effudisse*, 173,15. & 23. [3] Καίω siue κάω facit in futuro καύσω, pro καίσω vel κήσω: hinc alius aoristus
ἔκαυσα: ἐκαύθην. ἔκαυσα: & in aor. primo pass. ἐκαύθην, *succensus sum.* at ἔκηα fit à κήσω, sublata futuri consonante; non autem
κῆαι, κήας. à καύσω: hinc infin. κῆαι: part. κήας: aorist. prim. med.
κήαντο. ἐκηάμην: tertia plur. reiecto augmento κήαντο, *accenderunt*: particip. κηάμενος, *qui accendit vel vssit.*

De aorist. 2. 1 Aoristus secundus disyllabus [1] in multis nõ corripit penultimam, quòd in eandem cadat augmẽtum: ᾄδω, ᾖδον, *cano:* ἕλκω, εἷλκον, *traho:* ἕλω,
2 εἷλον, *capio:* ἔπω, εἶπον, *dico:* ἔχω, εἶχον, *habeo:* ἥκω, [2] ἧκον, *venio:* ἄγω, ἦγον, *ago*, & Atticè ἤγαγον, interpo-
ἤγαγον. ἴδον. ἦλθον. sito γα: εἴδω, εἶδον, *video:* nam ἴδον poëticum est: ἐλεύθω, ἦλθον, *venio:* sed est syncope ab ἤλυθον.

3 Etiam trisyllabus [3] penultima longa: ἐνέγκω, ἤνεγκον, *fero:* πέρθω, ἔπαρθον, *deuasto:* δέρκω, ἔδαρκον, *vi-*
ἤνεγκον. ἔπραθον. ἔδρακον. ἔπληγον: ἔπλαγον. 4.5 *deo:* & [4] metathesi poëtica, ἔπραθον, [5] ἔδρακον. πλήσσω, ἔπληγον, *percutio*, ad corpus pertinet: ἔπλαγον, *perculsi*, ad animum.

In

Notio.

In sextæ coniugationis circumflexis nihil ob penultimam mutabitur: σχέω, ἔσχον, *habeo:* εὑρέω, εὗρον, *inuenio:* βλαστέω, ἔβλαστον, *germino:* δουπέω, ἔδουπον, *sono:* ὀλισθέω, ὤλισθον, *labor.*

[6] Tria, λέγω, *dico:* φλέγω, *uro:* βλέπω, *video*, non 6
mutant ε in α; ἔλεγον, ἔφλεγον, ἔβλεπον: at τέμνω, ἔταμον & ἔτεμον, *seco.*

ἔλεγον. ἔφλεγον. ἔβλεπον. ἔταμον: ἔτεμον.

Tertia pluralis, par primæ singulari, ἔτυπον: sed [7] Bœoti in imperfecto & vtroque aoristo 7
hanc personam faciunt syllabis parem primæ plurali, ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν: ἐτύψαμεν, ἐτύψασαν: ἐτύπομεν, ἐτύποσαν: vnde sunt illa, [8] εἴδοσαν, *viderunt, nouerunt:* ἐμάθοσαν, *didicerunt:* [9] ἤλθοσαν, *venerunt*, ab εἶδον, ἔμαθον, ἦλθον.

8 εἴδοσαν, ἐμάθοσαν, ἤλθοσαν, ab εἴδω, μανθάνω, (sed quasi à μαθέω) ἐλεύθω.

[1] POTES Delere *in multis.* nunquam enim corripitur nisi licentia poëtica, vt ἴδον, & alia quæ sine augmento efferuntur, vt ἔλον pro εἷλον. [2] In ἦκον re vera non cadit augmentum: neque tamen η mutatur. Idem iudicato de similibus. [3] Hoc non habet locum nisi in ἔπληγον, de quo hîc sermo habetur, aut quum penultima est longa positu. neque enim debet corripi, si sola positione producatur; nisi in verbis quartæ coniugationis, & in finitis in πτω, κτω, σσω, μνω. [4] Hæc literarum transpositio fit, vt penultima corripiatur. Contrà à τρέφω, *nutrio*, aorist. secund. ἔτραφον, pass. ἐτράφην: prima plur. ἐτράφημεν, reiecto augmento & facta metathesi vt α producatur; τάρφημεν, & Ionicè aspirata in tenuem mutata (118, 35.) τάρπημεν, *nutriti sumus.* nisi malis hoc deducere à τέρπω, *oblecto.* [5] Sic ab eodem δέρκω, in præt. medio δέδορκα, & metathesi δέδροκα, *vidi.* [6] His adde ἐνέγκω, ἤνεγκον, *fero.* Neque etiam aliàs ε mutatur in α, nisi illud ε præcedat vel sequatur aliqua immutabilium λ, μ, ν, ρ. [7] Nam pro litera ν ponunt syllabam σαν. [8] Sic imperfect. ἐδολιόοσαν, & crasi ἐδολιοῦσαν, pro ἐδολίοον ἐδολίουν à δολιόω, *dolosè ago.* Inuenitur hæc vox Psalmo quinto, ἐδολιοῦσαν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, *linguis suis dolosè agebant, linguis suis ad dolum vtebantur.* [9] Sine augmento ἔλθοσαν: & absque syncope ἐλεύθοσαν pro ἤλυθον. Sic in tertia plur. opt. ἔλθοιεν pro ἔλθοιεν, *venissent.*

Marginal notes: 1 — 2 ἔλον. — 3 — *Penultima aoristi disyllabi quando longa.* — 4 — 5 τάρπημεν. δέδροκα. — 6 — 7 *Notio.* — 8 ἐδολιοῦσαν. — 9 ἔλθοσαν, ἐλεύθοσαν: ἔλθοισαν.

[1] Futura

De futuro primo.

θρέψω. θρέξω. ἕξω.

1 [1] Futura tria ſunt quæ ſpiritum præſentis
non ſeruant : τρέφω, θρέψω, *nutrio :* τρέχω, θρέξω,
2 *curro :* ἔχω, [2] ἕξω, *habeo*, ad differentiam aduer-
bij ἔξω, *extrà.*

ίζω, ίσω, ιῶ: ίσομαι, ιοῦμαι.

Quartæ coniugationis polyſyllabum futu-
3 rum in ίσω [3] circumflectunt Attici, tollendo σ,
νομίζω, νομίσω, νομιῶ, *puto :* & medium βαδίζομαι,
βαδίσομαι, βαδιοῦμαι, *vado :* ἀγωνίζομαι, ἀγωνίσομαι,
ἀγωνιοῦμαι, *certo.*

Futurum Barytonorum à circumflexis.

4 [4] Barytona quædam habent futurum à cir-
cumflexis inuſitatis; θέλω, *volo :* ὀφείλω, *debeo :* μέ-
λω, *curo :* αὔξω, *augeo :* ἕψω, *coquo :* ἀλέξω, *arceo*, *auxi-
lior :* in ήσω, θελήσω, ὀφειλήσω, ab inuſitatis, θελέω
θελῶ, &c. Sic etiam βούλομαι, βουλήσομαι, tanquam

βουλήσομαι. Atticiſmus.

à βουλέομαι βουλοῦμαι, *volo.* Atticorum enim eſt è
circumflexis facere barytona.

έω, εύσω. αίω, αύσω.

Sic πλέω, *nauigo :* ῥέω, *fluo :* χέω, *fundo :* πνέω, *ſpiro :*
5 in [5] εύσω, πλεύσω, &c. Itidem κλαίω, κλαύσω, *fleo :*
καίω vel κάω, καύσω, *vro.*

πετραφέμεν.

1 [1] In Aoriſtis ſecundis & præterito medio ſeruatur
τ vt in præſentibus : in reliquis temporibus retinetur θ
futuri : aoriſtus igitur ſecundus eſt ἔτραφον, ες, ε, & poë-
ticè τέτραφον, ες, ε, 172, 17. vnde infinitiuus Ionicus τε-
τραφέμεν, 182, 7. paſſiuam habet ſignificationem, *nutri-
tum eſſe :* præteritum med. τέτροφα, *nutriui :* at præterit.

τέθραμμαι.

act. τέτρεφα : paſſ. τέθρεμμαι, ψαι, πται, & Atticè τέθραμμαι :
aor. prim. ἐτρέφθην : actiuus ἔθρεψα : imperat. θρέψον : med.
ἐθρεψάμην : part. θρεψάμενος, *qui educauit.* à τρέφω opta-
tiuus τρέφοιμι, & μι in ην verſo Atticè vt in circumfle-

τρέφοιν. Annotatio.

xis, 214, 14. τρεφοίην, ſyncope τρέφοιν, *alerem.* [τετραφέ-
μεν, *porrò ſicubi paſſiuè vſurpatum reperitur, (actiuam
enim potius vt terminationem, ita ſignificationem habet)
habet primum apocopen finalis αι, deinde ſyſtolen vocalis
longæ, & à fronte reduplicationem Æolicam atque poëti-
cam, 172, 17. ita vt ex τραφῆναι fiat primum τραφήμεναι,
inde τραφῆμεν, ſyſtole & anadiplaſiaſmo τετραφέμεν, ſicut
ϛερῆμεν Heſychius affert pro ϛερηθῆναι,* priuatum eſſe. *nam
pro communi ϛερηθῆναι, Dores ϛερηθήμεναι dicunt : è quo
poëtæ ϛερῆμεν faciunt, amputata primum finali αι, deinde
poſteriore η correpto, & priore per ſyncopen extrito.*]

[2] Hinc

[2] Hinc in compositis mutatio tenuium in aspiratas: ἀντέχομαι, fut.med. ἀνθέξομαι, *mihi vindicabo*: ἀπέχω, *abstineo*: futur. ἀφέξω: med. ἀφέξομαι. ἐπέχω, *inhibeo*: fut. ἐφέξω: infin. ἐφέξειν. κατέχω, *obtineo*: futur. καθέξω: εὖ καθέξει, *bene habebit, bene succedet*. μετέχω, *cum aliquo habeo, particeps sum*: fut. μεθέξω: med. μεθέξομαι, *partem capiam*. ὑπέχω, *sustineo, submitto*: fut. ὑφέξω. [3] Huiusmodi fut. circumflexa terminationibus conueniunt cum futur. sec. eiusdem vocis ac modi, atque in maximo sunt vsu apud quosuis oratores: vnde ἀκουτιῶ, ἀκουτιεῖς, ab ἀκουτίζω, *audire facio*: ἀναθεματιῶ ab ἀναθεματίζω, *deuoueo*: βαδιῶ à βαδίζω: γνωριῶ, à γνωρίζω, *notum facio*: ἐγγιῶ ab ἐγγίζω, *appropinquo*: ἐλπιῶ ab ἐλπίζω, *spero*: καθιῶ & medium καθιοῦμαι, *sedebo*, à καθίζω, *sedeo*: κομιῶ à κομίζω, *porto*: μακαριῶ à μακαρίζω, *beatum dico*: οἰκτιῶ ab οἰκτίζω, *misereor*: ὀνειδιῶ ab ὀνειδίζω, *exprobro*: ὀρθριῶ ab ὀρθρίζω, *mane surgo*: ὁριῶ ab ὁρίζω, *definio*: ποδιῶ à ποδίζω, *compede vincio*: σαφηνιῶ à σαφηνίζω, *notum facio*. Dores in horum terminationibus ponunt ευ pro ου suo more, 119,9. vt ἀγωνιεῦμαι, *decertabo*, pro ἀγωνιοῦμαι, ab ἀγωνίζομαι. ἀνδραποδίζομαι, *in seruitutem rapio*: futurum medium ἀνδραποδίσομαι, Atticè ἀνδραποδιοῦμαι, Doricè ἀνδραποδιεῦμαι, & tertia plur. ἀνδραποδιεῦνται, pro ἀνδραποδιοῦνται, *in seruitutem rapient*. communis esset ἀνδραποδίσοντ). [4] Vide Inuestigationem thematis in verbo ἄυξω. [5] Hæc futura πλεύσω, ῥεύσω, χεύσω, πνεύσω, fiunt ab Æolicis πλεύω, ῥεύω, χεύω, πνεύω. sic θέω, *curro*, θεύσω, & medium θεύσομαι, à θεύω: & † νέω, νεύσω, à νεύω, *nuo*. quum autem significat *neo, nato, vado*, facit in futuro νήσω. Cæterùm κλαύσω & καύσω fiunt ab Æolicis κλαύω, καύω, quæ ab Atticis κλάω, κάω, addito υ sunt facta: Attica verò à communibus κλαίω, καίω, subtracto ι.

Margin: 2 ἀνθέξομαι. ἀφέξω. ἐφέξω. καθέξω. μεθέξομαι. 3 ὑφέξω. *Futura actiua in ιῶ, & media in ιοῦμαι, ab ίζω, & eorum terminationes.* *Dorismus, ευ pro ου.* ἀγωνιεῦμαι. ἀνδραποδιεῦμαι. 4 5 *Futura in εύσω à monosyllabis in έω.* νέω, νεύσω, & νήσω. *Æolismus.* *Atticismus.*

[1] Imperatiui tertiam pluralem Attici faciũt similem genitiuo plurali participiorum eiusdem temporis; τυπτόντων, τυψάντων, pro τυπτέτωσαν, τυψάτωσαν.

Margin: 1 *De imperatiuo.* τυπτόντων. τυψάντων.

Secundus aoristus vltimam grauat, τύπε: sed acuuntur tres, [2] ἐλθέ, *venito*: [3] εὑρέ, *inuenito*: [4] εἰπέ, *dicito*: sic Atticè [5] λαβέ, *accipito*: [6] ἰδέ, *videto*: cùm communiter dicant λάβε, ἴδε.

Margin: 2.3 ἐλθὲ, εὑρὲ, εἰπὲ, 4 λαβὲ, ἰδέ. 5.6

[1] HINC Μελόντων, *curæ sint*, pro μελέτωσαν, à μέλω, *curo*. ποιούντων, *faciant*, pro ποιείτωσαν, 203,20. ἀγγελλόντων, *nuntient*, pro ἀγγελλέτωσαν, ab ἀγγέλλω, *nuntio*. [2] Ab

Margin: 1 μελόντων. ποιούντων. 2 ἀγγελλόντων.

ἐλεύθω. Vide 302, 34. & Inueſtigationem thematis in
3 verbo ἔρχομαι. [3] Vide 303, 3. & Inueſtigationem the-
4.5 matis in verbo εὑρίσκω. [4] Vide 286,26. [5] Vide Inue-
ſtig. thematis in verbis λαγχάνω, λαμβάνω, &c. & 178,4.
6 [6] Vide 302,33. & Inueſtig. thematis in verbo εἴδω.

De optatiuo.

1 [1] Optatiuo Æolico non vtuntur Attici niſi in ſecunda & tertia ſingulari, τύψειας, τύψειε, & tertia plurali, τύψειαν.

1 [1] DIXERAT 181, 1. vſitatiſſimum eſſe apud Atticos optatiui primum aoriſtum Æolicum.

De ſubiunctiuo.

1 Subiunctiui ſecunda & [1] tertia perſona tam barytonorum quàm circumflexorum & verborum in μι, continet diphthongum impropriam, ἐὰν τύπτῃς, τύπτῃ: ποιῇς, ποιῇ: τιθῇς, τιθῇ.

Notio.

1 [1] PRO τύπτῃ, ποιῇ, τιθῇ, Iones dicunt τύπτῃσι, ποιῇσι, τιθῇσι. Vide 228, 33. Illud etiam hoc loco monendum, poëtas primam perſonam pluralem ſubiunctiuorum in ωμεν efferre per ομεν: vt à δέμω, *ædifico*: fut. δεμῶ: aor. prim. ἔδειμα, 177,12. hinc in ſubiunctiuo, δείμω, prima plur. δείμωμεν, & poëticè δείμομεν, *ædificemus*.

δείμομεν.

De indicatiuo vocis paſſiuæ.

1 [1] Paſſiui ſecunda perſona præſentis & futuri in ῃ; τύπτῃ, τυφθήσῃ, τυπήσῃ, τετύψῃ: perfecti autem in σαι, πεποίησαι, vt & præſentium à verbis in μι, τίθεμαι, τίθεσαι: [1] quem morem & in barytonis quibuſdam cernimus, φάγομαι, *edo*: φάγεσαι, pro φάγῃ: & in circumflexis, καυχάομαι καυχῶμαι, *glorior*, καυχάεσαι καυχᾶσαι, pro καυχάῃ, καυχᾷ. Et contrà quædam à verbis in μι deſinunt in ῃ more barytonorum, κάθημαι, κάθῃ, *ſedeo*: ἐπίσταμαι, ἐπίσῃ, *ſcio*: δύναμαι, δύνῃ, *poſſum*: pro κάθησαι, ἐπίστασαι, δύνασαι. ſic perfectum μέμνημαι, μέμνῃ, pro μέμνησαι, *memini*.

εσαι, pro ῃ.

φάγεσαι.
καυχάεσαι,
καυχᾶσαι.
ῃ pro ησαι vel ασαι.
κάθῃ.
ἐπίσῃ.
δύνῃ. μέμνῃ.

Atticiſmus.
βούλει. οἴει.
ὄψει. εἶ.

2 [2] Quatuor Attici finiunt in ει, βούλομαι, βούλει, *volo*: οἴομαι, [3] οἴει, *puto*: [4] ὄψομαι, ὄψει, *videbo*: ἔσομαι, ἔσει, & facta craſi; † εἶ, *ſum, es*.

1 [1] VIDE Quæ de hac re copioſè diximus; 186, 1.
2 [2] Hæc quatuor Communes ab Atticis acceperunt. Verùm Attici idem obſeruãt in omnibus ferè præſentibus & futuris vocis paſſiuæ & mediæ: quod non nega

CLENARDVS. [3] Et Ionicè οἴεαι, 186, 1. & 19. [4] Futurum primum indicatiui medij ab ὄπ͵ομαι, *video & videor.* 3. 4 οἴεαι.

[1] Perfectum passiuum à verbis in νω, per σμαι faciunt Attici; μιαίνω, μεμίασμαι, *fœdo:* μολύνω, μεμόλυσμαι, *inquino.* 1 De perfecto pass. Atticismus. μεμίασμαι. μεμόλυσμαι.

Verbum μένω, μεμένημαι, vt μεμένηκα, velut à μθυέω, *maneo.* μεμένηκα: μεμένημαι.

Disyllaba primę & secundæ coniugationis, quæ Attico præterito mutant [2] ε in ο, hîc repetunt ε; λέγω, *dico,* [3] λέλοχα, λέλεγμαι: κλέπτω, *furor,* κέκλοφα, κέκλεμμαι: inuenitur verò & κέκλαμμαι, *furto sublatus sum.* 2 3 κέκλαμμαι.

Quæ habent ρε cum aliqua consonante, vertunt ε in α; στρέφω, [4] ἔστροφα, ἔστραμμαι, *verto:* sed βρέχω, βέβρεχα, [5] βέβρεγμαι, *irrigo.* 4 ἔστραμμαι. 5 βέβρεγμαι.

[1] Hoc Tantummodo obseruatur in primis personis perfecti & plusquamperfecti, & in participio perfecto, μεμίασμαι, μεμιάσμεθον, μεμιάσμεθα: ἐμεμιάσμην, σμεθον, σμεθα: particip. μεμιασμένος: non autem μεμίασαι, μεμίασται, sed μεμίανσαι, μεμίανται. quidam tamen ab ὑφαίνω, *subtexo,* ducunt ὕφασμαι, ὕφασαι, ὕφασται, & reduplicatione poëtica ὑφήφασται, *subtexus est:* ego malim deducere ab ὑφάζω, quod est idem atque ὑφαίνω, eadem tamen formandi ratione. in secunda syllaba substitutum fuit † η pro υ. sic in ἐτήτυμος, *verus,* (quod fit ex ἔτυμος per poëticam reduplicationem, quæ & in nominibus locum habet) substituitur η pro ε. [2] Vt dictum est 297, 17. [3] Atticis receptiora sunt εἴλοχα, εἴλεγμαι, 298, 23. [4] Atticè ἔστροφα. vt perfectum pass. ἔστραμμαι, mutat ε in α, ita & plusquamperfectum, ἐστράμμην, ἔστραψο, ἔστραπτο: hinc tertia pluralis Ionica (190, 15.) ἐστράφατο, *versi erant.* [5] Hinc participium βεβρεγμένος, s. οἴνῳ, *vino madidus, non planè ebrius,* 297, 20. 1 Notio. ὑφήφασται. 2 3 εἴλοχα. εἴλεγμαι. 4 ἐστράφατο. 5 βεβρεγμένος.

Aoristi primi passiui ἐῤῥώσθην, *valeo,* & ἐμνήσθην, *memini,* [1] assumpserunt σ, cùm non insit præterito, ἔῤῥωται, μέμνηται. Contrà ἐσώθην perdidit σ. nam præteritum σέσωσμαι à σώζω, *seruo.* De aor. 1. pass. ἐῤῥώσθην à ῥώω: 1 ἐμνήσθην à μνάομαι. ἐσώθην:

Cæterùm ἐγνώσθην regulariter fit à barytono γνόω, *nosco.* μ. γνώσω, π. ἔγνωκα, ἔγνωσμαι, vnde [2] ἐγνώσθην. Etiam ἐδυνάσθην, & Atticè ἠδυνάσθην, ἐγνώσθην. 2 ἐδυνάσθην: ἠδυνάσθην.

ἐδυνήθην.

ἀ δυνάζω, *valeo, possum*: sed ἐδυνήθην, & Attici
3 ἠδυνήθην, ἀ δυνάω, μ. [3] δυνήσω, *possum*.

εὑρέθην, ab εὑρίσκω, quasi ab εὑρέω.
ἐπῃνέθην, ab ἐπαινέω.
καθῃρέθην.
ἀφῃρέθην.
ἠρέθην.
ἐρρέθην, ἀ ῥέω ῥῶ.
ῥηθείς.

Penultima huius temporis eadem cum perfecto: at εὑρέθην & ἐπῃνέθην per systolen, ab εὕρημαι, *inuentus sum*, & ἐπῄνημαι, *laudatus sum*.

4 Sic composita ab αἱρέω αἱρῶ, *capio*, [4] καθῃρέθην, *destructus sum*: ἀφῃρέθην, *ablatus sum*: & simplex ἡρέθην, à præteritis ἥρημαι, καθῄρημαι, ἀφῄρημαι.

Sic ἐρρέθην ab εἴρημαι, quod & ἐρρήθην, *dictus sum*; vnde ῥηθείς, *dictus*.

Illa quę verterant præterito ε in α, hîc rursus per ε scribuntur; στρέφω, *verto*: ἔστραμμαι, ἐστρέφθην.

Notio.

ἐκλίνθην.
ἐκρίνθην.

διακρινθέντες.
ἐπνεύσθην:
ἐπνύθην.
ἀμπνύνθη.

ἐμπνύνθη.

1 [1] Sic Apud poëtas verba in νω, quæ in præterito perdebant ν, illud interdum in hoc aoristo recipiunt: vt ἐκλίνθην & ἐκρίνθην, à κλίνω, *inclino*, & κρίνω, *iudico*: quorum tertia persona perfecti passiui non erat ι, sed κλιται, κέκριται, vt habes 189, 20. ab ἐκρίνθην, part. κρινθέντος: in plurali οἱ κρινθέντες, cum διὰ, διακρινθέντες, *discreti*. Sic à πνύω, *spiro*, aoristus prim. ἐπνεύσθην assumit, quamuis non desinat in νω: sine augmento πνύσθης, πνύσθη, cum ἀνὰ, ἀναπνύσθη, & poëticè ἀμπνύσθη, *respirauit*, refertur ad ἄμπνυμαι, 171, 14. & 38. dicitur etiam ἐπνύθην, ἐπνύθης, ἐπνύθη sine ν: hinc cum ἐν, ἐμπνύθη sine
2 augmento, pro ἐνεπνύθη, *respirauit*. [2] Hinc part. γνωσθέντος, *cognitus*. sic ab ἐσώθην, σωθείς, *seruatus*. [3] Medium
3 fut. δυνήσομαι, *potero*: perfect. pass. δεδύνημαι, *potui*. [4] à
4 thematibus καθαιρέω, *destruo*: ἀφαιρέω, *aufero*. quæ componuntur ex præpositionibus κατὰ & ἀπὸ: sed vltimæ vocales perduntur; & tenues τ & π migrant in suas aspiratas θ, φ. quare id fiat vide 172, 1. & 9.

De optat. pass.

τυφθείημεν.
τυφθεῖεν.
τυφθείημεν, τυφθεῖεν.
εἴημεν, *essemus*.
τυφθεῖτε.
εἴημεν, εἶτε.

Optatiuorum prima pluralis in είημεν patitur syncopen in omnibus verbis; τυφθεῖμεν
1 τυφθείημεν: vnde formatur [1] tertia τυφθεῖεν. Similiter a verbis in μι, τιθείημεν, τιθεῖμεν, τι-
2 θεῖεν. sic εἶεν, *essent*, pro εἴησαν, ab [2] εἴημεν.

1. 2 [1] Atque Secunda τυφθεῖτε. [2] Et syncope εἶμεν, *essemus*: secunda εἴητε, εἶτε, *essetis*. thema est εἰμὶ, cuius coniugatio habetur in tractatu anomalorum in μι.

De subiunctiuo passiuo.

Subiunctiui secunda persona singularis, diph

diphthongus est impropria, τύπτῃ, ποιῇ, τιθῇ, similis tertiæ actiuorum.

QVAE In subiunctiuum annotauimus, vide 228,13. & 236,35. & 237,8.

[1] Medium præteritum à βλάπτω, lædo: καλύπτω, tego: κρύπτω, abscōdo, desinit in βα, βέβλαβα, &c. 1 *De præterito medio.*

[1] ab antiquis in βω finitis, βλάβω, &c. 1

Sic à βάπτω, tingo: θάπτω, sepelio: σκάπτω, fodio, præteritum in φα, βέβαφα, [1] ab inusitatis, βάφω, τάφω, σκάφω. sic aoristus secundus & futurum secundum, ἔβλαβον, βλαβῶ: ἔβαφον, βαφῶ. 1 *βέβαφα. τέταφα. ἔσκαφα. ἔβλαβον. ἔβαφον.*

Verbum μίμνω, maneo, facit μέμονα, à μένω: [2] fit enim μίμνω per pleonasmum à μένω: & solent huiusmodi vertere ε in ι, πέτω, πίπτω, cado: τέκω, τίκτω, pario: ῥέπω, ῥίπτω, proiicio: ἔπω, ἴσπω, dico [3]. 2 3 *ε in ι propter pleonasmum.*

Duo illa, τέτελα & μέμελα, vnde [4] μέμηλα, fiunt à τελέω, τελῶ: μελέω, μελῶ, quæ † Atticè grauantur, τέλω, perficio: μέλω, curo. 4 *τέτελα. μέμελα. μέμηλα.*

Illa, [5] δέδηα & κέκηα, à δαίω, diuido, epulum præbeo, comburo: & καίω, adoleo, vro: vt φαίνω, [6] πέφηνα, appareo. 5 6 *δέδηα. κέκηα.*

Futura secūda media sunt, [7] ἔδομαι, edam: [8] πίομαι, bibam: [9] φάγομαι, edam, præter morem: circumflecti enim deberent, vt τυποῦμαι. 7.8 9 *De futuro secundo medio. ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι, non οῦμαι.*

[1] AB His quæ hîc antiqua siue inusitata appellantur, per interpositionem literæ τ facta sunt vsitata in πτω, β & φ ante τ in π mutatis. nam ante τ illæ consistere non possunt, vt dictum est 5,4. Cæterum deperdito τ, (quod in solis præsentibus & imperfectis seruatur) non π, sed germanæ characteristicæ ponuntur, τ illas non impediente. Itaque è βλάπτω, quod fit à βλάβω, præteritum medium erit βέβλαβα, non βέβλαπα: aorist. sec. ἔβλαβον, non ἔβλαπον: passiuus ἐβλάβη, detrimentum accepit: vnde infinitiuus βλαβῆναι, læsum esse: & part. βλαβεὶς, βλαβεῖσα, βλαβὲν, læsus, a, um: atque fut. sec. βλαβήσομαι, βλαβήσῃ, βλαβήσεται. futur. actiuum est βλάψω: perfect. βέβλαφα: pass. βέβλαμμαι, ψαι, πται: aor. prim. ἐβλάφθην: infin. βλαφθῆναι. [Porro βλάβω cum verbali βλαβὴ Eustathius ex [illegible] βλάψω futurum innuit. Macedonica τροπῇ τοῦ φ εἰς β. 1 *β & φ in π.*

Tempora à βλάπτω tanquam à βλάβω.

ANNOTATIO.

vtitur autem isto verbo Homer. Od. ν. βλάβεται δὲ … γούνατ᾽ ἰόντι. *& Anacreon,* βλάβεται βραχεῖσα νεῦρα, lædi-

καλύπτω à καλύβω.

tur, detrimentum accipit.] Sic à καλύπτω, quod fit à καλύβω, præt. medium est κεκάλυβα, *abscondi* : perfectum pass. κεκάλυμμαι, *tectus sum* : part. κεκαλυμμένος, *tectus*.

κρύπτω à κρύβω.

E κρύπτω, quod fit à κρύβω, præt. med. κέκρυβα, *occultaui*: aor. sec. ἔκρυβον : passiuus ἐκρύβην, ἐκρύβης : vnde infin. κρυβῆναι, *occultatum esse* : & part. κρυβεὶς, *absconditus*: atque fut. sec. κρυβήσομαι, *tegar*. in perfecto actiuo dicitur ἔκρυφα, sine repetitione consonantis κ, pro κέκρυφα.

ἔκρυφα.

θάπτω à τάφω.

E θάπτω, quod fit à τάφω per τ, perfect. med. τέταφα, *sepeliui*: aor. sec. ἔταφον : passiuus ἐτάφην : part. ταφεὶς, ταφέντος, *sepultus*: futurum actiuum θάψω per θ, & aor. prim. ἔθαψα : vt à τρέφω, θρέψω : τρέχω, θρέξω : ἔχω, ἕξω, de quibus 304, 1. quæ semper vnam syllabam aspiratam habent, duas nunquam. sic à † θήπω, *obstupeo*, aor. sec. ἔταφον, part. ταφῶν, *obstupefactus* : tamen præt. med. est τέθηπα, *obstupui*.

σκάπτω à σκάφω.

E σκάπτω, quod fit à σκάφω, præt. med. ἔσκαφα, *fodi* : idem est & actiuum, vnde pass. ἔσκαμμαι, ψαι, πται: aor. pri. ἐσκάφθην : infin. σκαφθῆναι: aor. sec. ἔσκαφον: pass. ἐσκάφην, *fossus sum*. Sunt & pauca alia quæ non seruant in aoristo sec. præsentis characteristicam: vt δρύπτω, *lacero vnguibus præ dolore animi*: aor. sec. ἔδρυφον, passiuus ἐδρύφην, tanquam à δρύφω. ῥάπτω, *suo*, ἔῤῥαφον, ἐῤῥάφην, quasi à ῥάφω. ῥίπτω, *proijcio*: ἔῤῥιφον, ἐῤῥίφην, quasi à ῥίφω. σμύχω, *comburo*, ἔσμυγον, ἐσμύγην: part. σμυγεὶς, *combustus*, à σμύγω. ψύχω, *refrigero*, ἔψυγον, ἐψύγην : part. ψυγεὶς, ψυγεῖσα, τῇ ψυγείσῃ, *refrigeratæ*, Aristoph. Hi aor. sec. in voce pass. sunt vsitati, in actiuo exoleuerunt.

δρύπτω à δρύφω.
ῥάπτω à ῥάφω.
ῥίπτω à ῥίφω.
σμύχω à σμύγω.
ψύχω à ψύγω.

Annotatio.

2 [2] Litera quæ in huiusmodi verbis per pleonasmum adiicitur, propriè collocanda erat ante ω, vt fit in τίκω, τίκτω: verùm in μίμνω, πίπτω, & ἵπτω, hoc non obseruatur: quia pugnat cōsonantium structura, de qua pag. 5. & 6. non enim dici potest μίνμω, πίτπω, aut ἵπτω, vt ex loco citato colligitur. quare facta fuit metathesis, ac præcessit litera quę per pleonasmum addita fuerat, cùm nō posset sequi. Aliquando autem fit duarum literarum pleonasmus; εὑρέω, εὑρίσκω, *inuenio* : aut, vt quibusdam placet, talia fiunt à futuris in σω, per pleonasmum κ: sic γηράω, μ. γηράσω: vndę γηράσκω, *senesco*, & similia. tamen in ἀρέω, ἀρέσκω, *placeo*, ε non mutatur, veluti neque in ἕπομαι, ἕσπομαι, *sequor*: at in hoc nonnunquā ε amittitur: imperat. σπῦ, Ionicè σπέο, 193, 31. ectasi poëtica σπεῖο, pro ἕσπου, *sequere*: infin. σπέσθαι pro ἕσπεσθαι, *sequi*: part. σπόμενος pro ἑσπόμενος, *sequens*.

Duarum literarum pleonasmus.

εὑρίσκω.

ἕσπομαι.

σπέο, σπέσθαι, σπόμενος.

3 [3] ἵπτω legitur quoque, melius tamen

γίγνομαι.
γίνομαι.

tamen ad præcedentia quadrat ἴπτω, quod cum ἴπτω
eiuſdem eſt originis & ſignificationis: eodémq; modo
ab ἐνέπω eſt ἐνίπτω, *dico, increpo.* ἴπτω autem ex ἕπω ſic
deriuatum eſt, vt ἴσχω ab ἔχω. In γίνομαι autẽ & per pleo-
naſmũ γίγνομαι, *fio*, quamuis γ interdũ abiiciatur, tamen
retinetur ι, γίνομαι, non aliter quàm ſi adeſſet pleonaſ-
mus. [4] Verſo ſcilicet ε in η per extenſionem poëticam. 4
tertia perſona μέμηλε, *curæ eſt*, ſumitur imperſonaliter:
Pluſquamperfect. ἐμεμήλειν, & ſine ε, μεμήλειν, 300,16.
[5] Pluſquamperf. cum ſimplici augmento, δεδήειν, *com-* 5
buſtus eram. [6] Vide 198, 3. [7] Secunda perſona ἔδῃ, & 6.7
Atticè ἔδει, à themate ἔδω, 306,35. [8] A πίνω: vide Inueſtig. 8
thematis in verbo πίνω. [9] A φήγω, quod in aor. ſec. & 9
futuro ſec. mutat η in α, vt habes 178,4.

Notanda de cõtractionib. Atticorum.

προὔδωκας à προδίδωμι, 234, 30.

προὐτίθει à προτίθημι, 234, 20.

Contractiones verborum ſuprà commemo-
rauimus: verùm & aliter quoq; fit [1] cõtractio; 1
προέδωκας, προὔδωκας, *prodidiſti*: προετίθει, προὐτί-
θει, *proponebat*: πρόοπτον, προὖπτον, *præuiſum, mani-
feſtum*: πρὸ ἔργου, προὔργου, *operæ pretium.* Sic & τὸ
ἀγαθὸν, τἀγαθὸν. *bonum*: καὶ ἐγὼ, † κἀγὼ, *& ego*: τὸ
ἐναντίον, τοὐναντίον, *contrarium*: τὸ ὄνομα, τοὔνομα, *no-
men*: τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον, *veſtis*: [2] cuiuſmodi cra- 2
ſis apoſtrophi nota ſignari ſolet.

Notio.

[3] Perfecti paſſiui penultima breuis, non 3
ſemper aſciſcit σ; δέω, *ligo*, δέδεκα, δέδεμαι: vnde
ἐδέθην, *ligatus ſum*: δράω, *facio*, δέδρακα, † δέδραμαι:
vnde δρᾶμα, *repræſentatio, actus comœdiarũ*: ἀρόω,
ἤροκα, ἤρομαι, *aro*: vnde ἀροτὴρ, *arator*: tamen ὁ
δεσμὸς, *vinculum*, tanquam à δέδεσμαι.

ἐδέθην.
δρᾶμα.
ἀροτήρ.
δεσμός.

[1] Huiuſmodi craſis habet ferè tantummodo locũ in 1
præpoſitione περὶ, in articulo † neutro τὸ & τὰ, & in con-
iunctione καί. atq; περὶ quidẽ, ſequẽte ſolũmodo vel al-
tero ο μικρῷ vel ε, eoq; præcipuè in augmẽto; ſed interdũ
etiã citra augmẽtũ, vt dictũ eſt 172,35. ante ο, vt περὶ ὀλί-
γου περὐλίγου, *paulò antè.* περιοφείλω, περὐφείλω, *prædebeo, de-
beo*: hinc tertia perſona περὐφείλει, *prædebet*: imperf. ſine
augmẽto Ionicè περιόφειλες, περὔφειλες, *debebas*: genitiuus
fœmininus part. paſſ. περὐφειλομένης εὐεργεσίας, *intercedẽte
beneficio.* ante ε quod non ſit ex augmẽto; περιλαμβάνω,
περὐλαμβάνω, *priùs exiſtimo*: cõponitur ex περὶ & ἐν atq;
λαμβάνω. [περὐλαμβάνω *legitur etiã in vulgatis lexicis:*

περὶ cõtractum ante ο & ε.

περὐλίγου.
περὐφείλω.

ANNOTATIO.

Sed vereor ne ad hoc thema comminiſcendum occaſionem
illis dederit imperfectum προὐλάμβανε, *vel aoriſtum ſec.*
προὔλαβε, *malè intellecta. ſunt enim hæc à* προλαμβάνω, *cu-*
ius augmentum ſyllabicum ε *in præteritis illis cum finali*
præpoſitionis omicro coit in ου. *non minus ſuſpectum eſt*
προυξενεῖ *apud Heſych. quod exp.* ξενίζει : *ſcribendumq́; vel*
προξενεῖ conciliat, *vel* προὐξένει (*contractum ex* προεξένει)
conciliabat, *à* προξενέω concilio, προὐμνάομαι *quidẽ certè,*
quod in ijſdem vulg. lexicis extat, euidens habet mendum,
pari occaſione commiſſum. hic enim poſterior diphthongi υ
vocalis tollenda eſt, non minus quàm augmentum : quippe
quæ ex ε (*ſyllabico præteriti augmento*) *per craſin abierit*
προὐννέπω. *in* υ.] προεννέπω, προὐννέπω, *prædico, denuntio:* προέχω, προὔ-
προὔχω. χω, *emineo:* hinc etiam προέχει, προὔχει, *eminet* : imperfect[um]
paſſ. προειχόμην, & ſine augmento προεχόμην, προὐχό[μην],
prætendebam: tertia plur. προέχοντο, προὔχοντο : particip. act.
προέχων, προὔχων, *prominens* : accuſatiuus τὸν προὔχοντα, τὴν
προὔχουσαν. ante ε quod fit ex augmento, ſæpiſſimè con-
tractio hæc inuenitur ; vt προβαίνω, *procedo* : imperfect.
προὔβαινε, προὔ- προέβαινον, προέβαινες, προέβαινε, προὔβαινε, *procedebat:* aor.
βη, προὔβησαν. ſec. à προβίβημι eſt προέβην, προέβης, προέβη, προὔβη, *pro-*
ceſſit: tertia plur. προέβησαν, προὔβησαν. προβάλλω, *propono:*
προὔβαλε. in aor. ſec. προέβαλε, προὔβαλε, *propoſuit.* προδίδωμι, *prodo:*
in imperfecto προεδίδων, ως, ω : tertia plur. προεδίδοσαν,
προὐδίδοσαν: προὐδίδοσαν, 228, 17. in aoriſt. ſec. προέδων, ως, ω : προέδοσαν,
προὔδοσαν: προὔ- προὔδοσαν, 228, 20. in primo προέδωκα : προέδωκας, προὔδω-
[illegible]ωκε κας: προέδωκε, προὔδωκε, 234, 30. προθυμέομαι, *ſum promptus,*
προὐθυμέετο. *propero:* in imperfecto προεθυμέετο, προὐθυμέετο, *properabat.*
προκάθημαι, *præſideo, antè ſedeo:* in imperfect. προεκάθητο,
[illegible]καθητο. προὐκάθητο, *præſidebat.* προπέμπω, *præmitto, deduco honoris*
[illegible]έπεμπε. *gratia* : in imperfecto προέπεμπε, προὔπεμπε, *deducebat:*
προὔπεμψαν. in aor. prim. προέπεμψαν, προὔπεμψαν, *deduxerunt.* προ-
πίνω, *propino, priùs bibo*, ſumit aoriſtum ſecundum à
προὔπιε. προπίω, προέπιον : tertia προέπιε, προὔπιε, *propinauit.* προΐ-
στημι, *præficio* : in tertia duali aoriſti ſecundi προεστήτην,
προὐστήτην, *præſides fuerunt.* προτενθεύω, *præligurio, præ-*
προὐτένθευσαν. *occupo:* in aoriſto primo προετένθευσαν, προὐτένθευσαν, *præ-*
προὔτραπε. *occuparunt.* προτρέπω, *hortor* : in aor. ſec. προέτραπε, προὔ-
τραπεν, *hortatus eſt*, 178, 7. προφαίνω, *præmonſtro* : in im-
προὔφαινε. perfecto προέφαινε, προὔφαινε, *præmonſtrabat.* προχόω, u.
προὔχωσε. ώννυμι, *aggere præmunio:* in aor. pr. προέχωσε, προὔχωσε, *aggeſſit.*
προὔφασμα. Inuenitur etiam τὸ † προὔφασμα, ατος, *prætextus, us*, pro
προΰφασμα : ὕφασμα, *textura*, verbale eſt ab ὑφαίνω, *texo,*
cuius perfect. paſſ. Atticè eſt ὕφασμαι, 307, 3. Et hæc de
τὸ ante ε, ο, *in* ου. πρὸ. τὸ verò ſequente breui ε vel ο, contrahitur in ου:
ante

ante ο rarò, τὸ ὀπίσω, τοὔπίσω, *posthac*. ante ε sæpe: vt τὸ ἐλάχιστον, τοὐλάχιστον, *saltem, minimum*: τὸ ἐμὸν, τοὐμὸν, *meum*: τὸ ἔμπαλιν, τοὔμπαλιν & τοὔμπαλι, *contrà*: τὸ ἔμπροσθεν, τοὔμπροσθεν, *antè, anterior pars*: τὸ ἐντεῦθεν, τοὐντεῦθεν, *inde*: τὸ ἐπίπαν, τοὐπίπαν, *omnino*: τὸ ἐπίπεμπτον, τοὐπίπεμπτον, *sesquinta pars*: τὸ ἔπος, τοὔπος, *verbum*: τὸ ἔργον, τοὔργον, *opus*: τὸ ἔσχατον, τοὔσχατον, *extremum*. ante α inuenitur contractum nunc in ου, τὸ ἄλλο, τοὖλλο, *aliud*: nunc in ω, τὸ ἀρχαῖον, τὠρχαῖον, *vetustum*: nunc in α, τὸ ἀγαθὸν, τἀγαθὸν, *bonum*.

ante α in ου, ω, & α.

[τοὖλλο *Corinthus Æolicæ dialecto tribuit: masculinum tamen* ὁ ἄλλος *in* ὦλλος *ab iisdem contrahi docet, forma communiter etiam vsitata. priori simile est* τοὖρθρον *apud Hesych. ex* τὸ ἄρθρον, *articulus, membrum: posteriori*, ὡνὴρ *ex* ὁ ἀνὴρ, *vir*: ὤνεμος, *ex* ὁ ἄνεμος, *ventus*.] sequente η, crasis fit in ω: τὸ ἥμισυ, θὤμισυ, dimidium. sequente ι, coalescunt ο & ι in diphthongum οι: τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον. τὰ ante α & ε contrahitur in α; τὰ ἀγαθὰ, τἀγαθὰ, *bona*: τὰ ἄλλα, τἆλλα, *alioqui*: τὰ ἐκεῖ, τἀκεῖ, *loca illa*: τὰ ἐμὰ, τἀμὰ, *mea, res meæ*: τὰ ἐναντία, τἀναντία, *contraria*: τὰ ἐν εἴδεσι, τἀν εἴδεσι, *in formis*. Adiectiuum vnum ἕτερος, *alter*, in mascul. & neutro contrahitur in α, cum articulis ὁ, τὸ, τοῦ, τῷ: οἱ, τὰ: ἅτερος, θατέρου, θατέρῳ, ἅτεροι, pro ὁ ἕτερος, τοῦ ἑτέρου, τῷ ἑτέρῳ, οἱ ἕτεροι. in neutro θάτερον, θατέρου, θατέρῳ, θάτερον, θάτερα, pro τὸ ἕτερον, τοῦ ἑτέρου, τῷ ἑτέρῳ, τὸ ἕτερον, τὰ ἕτερα: sic in nominatiuo plurali fœm. θάτεραι, Doricè, pro ταὶ ἕτεραι, 246, 22. Inueniuntur etiam contractiones ex τοῦ & τῷ; τοῦ ἀγαθοῦ, τἀγαθοῦ, *boni*: τῷ ἀγαθῷ, τἀγαθῷ, *bono*: τὸ ἄγαλμα, τοῦ ἀγάλματος, τῷ ἀγάλματι, τὤγαλμα, τὠγάλματος, τὠγάλματι, *statua*: τοῦ ἀνδρὸς, τἀνδρὸς, *viri*: τῷ ἀνδρὶ, τἀνδρὶ, *viro*: τοῦ ἀνθρώπου, τἀνθρώπου, *hominis*: τῷ ἀνθρώπῳ, τἀνθρώπῳ, *homini*: τοῦ ἕνεκα, τοὔνεκα (vbi τοῦ pro τούτου) *huius gratia, propterea*: sic τοὔνεκεν pro τοῦ ἕνεκεν, *quapropter*: τοῦ ἐπιόντος, τοὐπιόντος, *futuri*. τοῦ εὐβούλοιο, † τωὐβούλοιο, *prudentis*, ab εὔβουλος, ου καὶ οιο, 130, 3. [*In* τωὐβούλοιο *tamen Dorica est crasis, non Attica vel communis: apud Theocr. Idyl. 2.* ἦνθ' ἁ τωὐβούλοιο, vênit Eubuli *s. filia. vbi tamen & textus & scholiorum editiones diuisè* τῶ ὐβούλοιο *scriptum habent; forsan vt euidentior sit contractio ex Dorico articulo* τῶ *pro communi* τοῦ, *246, 31. & Ionico* Εὐβούλοιο *pro* Εὐβούλου, *130, 3. præferenda tamen videtur coniuncta scriptura, vt apud Aristoph. Ran. p. 137.* ἐὰν δὲ μηὕρω, si verò non inuenero, *pro* μὴ εὕρω: *propterea quod hic* ωυ *&* ηυ *vnam faciant syllabam, non duas.*] τοῦ ἡμετέρου, θἠμετέρου, *nostri*. † Reperitur & ὁ cum ε contractum in ου, ὁ ἐπίτριπτος, οὑπίτριπτος, *dignus qui conteratur ac perdatur*.

ANNOTATIO.

ante η in ω: ante ι in οι.

τὰ ante α & ε in α.

ἕτερος contractũ cum articulis ὁ, τὸ, τοῦ, τῷ: οἱ, τὰ: ταί.

Crasis cum τοῦ & τῷ.

ANNOTATIO.

Contractio ex ὁ ante ε in ου.

ὁ ἐμὸς, οὑμὸς, *meus*. Et hactenus de contractione articulorum. de his verò ſumus & alia quædam dicturi in Inueſtigatione thematis circa finem in voce ὦταν. Ex καὶ ſequente α vel ε, craſis fit in α, καὶ ἂν, κἂν, *etſi*: καὶ ἐκ, κἀκ, *& ex*: (Doricè κὴκ: ſic κἤκα pro καὶ εἴκα, *& ſi*) καὶ ἐκεῖ, κἀκεῖ, *& illic*: καὶ ἐκεῖθεν, κἀκεῖθεν, *& inde*: καὶ ἐκεῖνος, κἀκεῖνος, *& ille*. καὶ ἐμοὶ, κἀμοὶ, *& mihi*: καὶ ἐμὲ, κἀμὲ, *& me*: καὶ ἔνθεν, κἄνθεν, *& inde*: καὶ εἶτα, κᾆτα, *& deinde*: καὶ ἔπειτα, κἄπειτα, *& deinde*: καὶ ἔτι, κἄτι, *& etiam*, κἄτι μάλιστα, atque adeò. ſequente articulo ὁ, contractio fit in ω, καὶ ὁ μάντις, χ' ὡμάντις, *& vates*. Malit tamen Sylburg. coniunctè χῶ: quia non tantum apoſtrophus ibi eſt, ſed etiam craſis, vt in κᾦνον apud Ariſtoph. p. 151. pro καὶ οἶνον, *& vinum*. Poteſt tamen in his ι negligi, non tantum more Dorico, 119, 42. ſed etiam diſcriminis cauſa: vt χὼ ſit pro καὶ ὁ, at χᾦ pro καὶ οἱ. In fœminino poteſt vtraque ferri ſcriptura, χ' ἁ σύριγξ, & χἀ σύριγξ: dici enim poteſt & nudam habere apoſtrophum, & vnà cum apoſtropho craſin duorum α in vnum. ſic in fœminino χ' ἁ σύριγξ, pro καὶ ἁ σύριγξ, *& fiſtula*: vbi ἁ pro ἡ Doricum eſt, 246, 26. ſed hæc in poëtis ſolùm occurrunt. [2] In προὔδωκας, προὔλιθε, προὖπτον, & ſimilibus, craſi apud Heſychium quoque, Suidam & alios, plerunque ſuperſcripta reperitur apoſtrophi nota, fortaſſe propter affinitatem τοῦ πάθους. vt enim communiter apoſtrophus ſignificat, hiatus vitandi gratia, vel in fine præcedentis, vel in principio ſequentis dictionis, ſublatam eſſe vocalem, dictioneſque illas hac ratione coëuntes diſterminat, veluti limes in confinio poſitus: ita etiam hîc indicat, in congreſſu duarum compoſitionis partium vel prioris partis finalem, vel poſterioris initialem, ſi non abolitam, at ſaltem fuiſſe mutatam: cúmque hac ratione compoſitionis veſtigia veluti deleantur, indicio ſuo prodit, ſoluta craſi, reperiri ea poſſe. Longè iuſtius inſcribitur hæc nota ſequentibus dictionibus, προὔργου, τοὐναντίον, τοὔνομα, & ſimilibus. nam in his ſignificat duas dictiones in vnam coiiſſe, ſolutaque craſi dirimi etiam coniunctionẽ iſtarum dictionum, cum in ſuperioribus, etiamſi craſis ſoluatur, compoſitio tamen integra maneat. Sed frequenter & in his & in ſuperioribus neglectam comperies hãc notam: ſic enim προὔνεικος inuenies apud Heſychium, Suidam, Etymologum & Euſtathiũ, cum tamen id ex προένεικος cõtractum, craſeos in confinio factæ notam requirat apoſtrophon. Sic etiã θοιμάτιον apud Heſych. & Suidã, & θοἰμάτιον apud Euſtathiũ:

Quomodo contrahatur καί.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO. 2

quo

quorũ illud ex τὸ ἱμάτιον, hoc ex τὸ ἁμάξιον per apostro-
phum est contractũ. Videreturque in his duobus poste-
rioribus (sicut etiam in αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, ἅτεροι & θἄτερα
pro οἱ ἕτεροι & τὰ ἕτερα, & similibus) apostrophus, veluti
tenuis spiritus, ab aspero, tanquam fortiore, absorberi,
(vt Apollonius innuit apud Etymologum in ἁμός) nisi
etiam in tenuatis omissa cerneretur, vt sunt illa passim
obuia, σαυτοῦ, ἐμαυτοῦ, ταὐτὸ, cõtracta ex σεαυτοῦ, ἐμεαυτοῦ, τὸ
αὐτό: ac potissimum in deriuatis ex posteriori, vt ταὐτῶς,
ταὐτότης, ταὐτολογία, &c. [3] Sic κονιάω, *dealbo, opere tectorio* 3
induco, κεκονίακα, κεκονίαμαι, participium κεκονιαμένος: κεκονιαμένος.
poëtæ tamen huic tribuunt σ, sed α priùs per syncopen
abiecto, κεκονισμένος. [*Non tamen video quod sit opus* κεκονιτμένος.
à κονιάω *deducere per tot figuras, quũ regulariter à* κονίω ANNOTATIO.
deriuare liceat, vt κεχρισμένος *à* χρίω, *189, 29. præsertim
quum apud Hesych. legamus* κονίοντες, *expositum* λευκαί-
νοντες, dealbantes, *calce videlicet. vsus est autem illo par-
ticipio Theocr. Idyl. 1.* κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος, oblitus
helichryso, veluti calce. [4] Penultimam in δέδραμαι 4
non breuem, sed longam censent alij: ideoque δρᾶμα
scribunt, vt νᾶμα, κρᾶμα, & similia.]

ANOMALA IN MI.

PLurima fiunt ab εω: [1] quod vario spiritu 1 *De εἰμὶ quod est sum.*
varia significat. Verbũ substantiuũ εἰμὶ fit
ab ἕω, pro ὑπάρχω, hoc est, *sum*: reduplicationẽ 1
non habet: penultima non η ex ε, ne idem sit
cũ ἠμὶ, *dico*; sed additur ι, vt penultima sit lon-
ga, & [2] acuitur vltima, cùm dicendum foret 2
εἶμι. nam disyllaba penultimã circumflectunt; 3.4 *Annotatio.*
vt γνῶμι, *nosco*: δῦμι, *ingredior*: κλῦμι, *audio.* 5.6
Indicatiui præsens; S.[3] εἰμὶ, [4] εἶ, [5] ἐστί: D. ἐστὸν, 7.8 *Indicatiuus.*
ἐστόν: P. [6] ἐσμὲν, [7] ἐστὲ, [8] εἰσί. 9
10
Imperfectum; S.[9] ἦν, ἦς, [10] ἦν: D. [11] ἦτον, ἤτην: 11
P. [12] ἦμεν, ἦτε, [13] ἦσαν. 12
[14] Personis in σ, Æoles addunt θα; ἦσθα, *eras*: 13 *θα additio Æolica.*
[15] ἔφησθα, *dicebas, vel dixisti*: [16] εἴπησθα, *dixeris.* 14
[17] Plusquamperfectum passiuum, ἤμην, ἦσο, 15
ἦτο, &c. 16
17
Futurum, [18] ἔσομαι, (vt τύψομαι) [19] ἐσσεῖται: 18
& syncope [20] ἔσαι. 19
20

Imperatiuus. 19 Imperatiui præsens; Singul. ἴσθι vel [19] ἔσο, ἔσω: Dual. ἔστον, ἔστων: Plur. ἔστε, ἔστωσαν. Inuenitur 21 etiam ἤτω pro ἔστω, à barytono ἔω, [21] ἔε, ἐέτω, & crasi duorum εε in η, ἤτω.

Optatiuus. 22 Optatiui præsens; Sing. [22] εἴην, εἴης, εἴη: D. εἴητον, εἰήτην: Plur. εἴημεν, εἴητε, εἴησαν, & εἶεν, de qua syncope * suprà dictum est. *308,31.

Futurum, ἐσοίμην, ἔσοιο, ἔσοιτο, vt τυψοίμην.

Subiunctiuus. 23 Subiunctiui præsens; S. ἐὰν [23] ὦ, [24] ᾖς, [23] ᾖ:
24 D. ἦτον, ἦτον: P. ὦμεν, ἦτε, [25] ὦσι.

Infinitiuus. 25 26 Infinitiui præsens, [26] εἶναι: Futurum, ἔσεσθαι.

Participia. 27 Participij præsens, [27] ὁ ὢν ὄντος, ἡ οὖσα οὔσης, τὸ ὂν
19 ὄντος: Futurum, [19] ὁ ἐσόμενος, ἡ ἐσομένη, τὸ ἐσόμενον.

ἔω. 1 [1] SPIRITU Tenui, est *sum*, & *vado*: spiritu autem
ἕω. 2 aspero, est *mitto*, *concupisco*, *sedeo*, & *induo*. [2] Id factum est vt accentu saltem differret ab εἶμι, *eo*. præterea, quia
Notio de encliticis. est è dictionum encliticarum numero, quæ in vltima
ἐμμὶ, ἦμι. 3 habent accentum: sic φημὶ siue ἠμι, *dico*. [3] Doricè ἐμμὶ,
εἶ, εἰς. 4 & Æolicè ἦμι. [4] Εἶ fit ab ἔομαι, 306, 32. dicitur & εἶς, accentu acuto; quod aliquando encliticum est: εἶ verò
ἐσσί. ἐντί. 5 minimè. Poëtæ pro εἶ dicunt ἐσσί. [5] Doricè ἐντί.
ἐμὲν, εἰμὲν, εἰμὲς. 6.7 [6] Poëticè ἐμὲν & εἰμὲν, Doricè εἰμὲς, 119, 4. [7] Poëticè
ἐτέ. 8 ἐτὲ, vt in prima ἐμέν. [8] Ionicè ἔασι, poëticè ἔασσι, Doricè
ἔασι, ἐντὶ, εὔντι. ἐντὶ, qua voce vtuntur etiam pro ἐστί. Æolicè εὔντι. Ab
9 εἰσὶ cum ἐν, fit ἔνεισιν, *insunt*. [9] Ionicè ἔα, ectasi poëtica
ἔα, ἦα: ἦεν, ἦ. ἦα, vnde & in tertia ἦε: cum ἐν, ἐνῆεν, *inerat*. Atticè verò
ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε. ἦ, per crasim ex Ionico ἔα. Rursus poëticè ἔσκον, ἔσκες,
ἦν, ἔον, ἔες, ἦς, ἔης. ἔσκε, 170, 38. atque † ἦν & ἔον, ἔες, crasi ἦς, & Ionica dialysi ἔης, *eras*. [*ἦν regulariter quidem ab* εἰμὶ *quoque formatur, vt* ἔφην *à* φημί: *ab Vrbano tamen, Caninio, &* CLENARDO *ipso,(317,37.) tribuitur hoc imperfectum verbo* εἶμι *eo.*] dissoluunt quoque ἦν primæ & tertiæ,
ANNOTATIO.
ἔην, ἤην. dicentes ἔην, & rursus Attico more producto ε, ἤην, 29,
10 13. ex ἦν cum ἀπὸ fit ἀπῆν, *aberam*. [10] Doricè ἦς. vide
11 præcedentem numerum 9. [11] Et per pleonasmum τε
ἦστον, ἤστην. 12 σ, ἦστον, ἤστην: reperitur etiam ἦτον atque ἔστον. [12] Doricè
ἦτον, ἔστον. ἦμες. 13 ἦμες, 119, 4. [13] Et per systolen ἔσαν, & rursus geminato σ, ἔσσαν. ex ἦσαν cum ἐν, fit ἐνῆσαν *inerant*: cum ἐπὶ, ἐπῆ-
ἔσαν, ἔσσαν. 14 σαν, *insuper erant*. [14] Vide Inuestigationem thematis
ἦσθα. 15 in verbo οἶδα. pro ἦσθα poëtæ dicunt ᾖσθα. [15] Et sine
φῆσθα. augmento φῆσθα, pro ἔφης: est imperfectum vel aor. sec.

a φη

ἂ φημὶ, *dico* : vt paulò pòst dicetur in hoc ipso tractatu,
in verbo φημί. [16] Vide 289, 18. sunt qui scribant εἴπη- 16 εἴπηϲθα, *vel*
ϲθα per diphthongum impropriam ῃ : alij punctum εἴπηϲθα.
subscriptum negligunt, εἴπηϲθα. [17] Quibusdam magis 17
placet vt sit imperfectũ medium, vt ἥμην ab ἧμαι, *sedeo*;
de quo infrà in hoc ipso tractatu. [18] Poëticè ἔσσομαι: 18 ἔσσομαι, ἐσοῦμαι,
Doricè ἐσοῦμαι & ἐσεῦμαι, (170, 6. & in Inuestigatione ἐσεῦμαι.
thematis in πίπλω) ἐσῆ, ἐσεῖται, & poëticè geminato σ, ἐσῆ, ἐσεῖται, ἐσ-
ἐσσεῖται. ex ἔσομαι cum ἀπὸ, fit ἀπέσομαι, *abero*. [19] Poë- 19 σεῖται.
ticè ἔσσῃ: Atticè ἔσει, 306, 35. Ionicè ἔσεαι : (186, 1. & 23.) & ἔσσῃ, ἔσει, ἔσεαι,
apud poëtas ἔσσεαι. sic in tertia ἐσσεῖται pro ἔσεται : & in ἔσσεαι.
imperatiuo ἔσσο pro ἔσο : & in participio futuro ἐσσόμε- σ *geminatum*
νος, ἐσσομένη, ἐσσόμενον, pro ἐσόμενος, η, ον. id fieri dicitur *Æolicè*.
Æolica dialecto. [20] Hinc cum ἐν, ἐνέσομαι, *inerit*. [21] Et 20
crasi εἶ, cũ παρὰ, πάρει, *ades*. [22] Poëticè ἔοιμι, ἔοις, ἔοι, *sim*, 21 εἶ, πάρει.
sis, *sit*, à barytono ἔω. [23] Et Ionicè ἔω, ἔῃς, ἔῃ, &c. poë- 22 ἔοιμι, ἔοις, ἔοι.
ticè εἴω, εἴῃς, εἴῃ: prima plur. εἴωμεν & systole εἴομεν 234, 35. 23 ἔω, ἔῃς, ἔῃ.
& 306, 15. Pro tertia persona ᾖ vel ἔῃ ipsi Iones dicunt εἴω, εἴομεν.
ᾖσι vel ἔῃσι, 228, 33. Quidam huic subiunctiuo tribuunt ᾖσιν, ἔῃσιν.
aoristum prim. med. ἐὰν ἔσωμαι, ἔσῃ, ἔσηται, &c. [24] Æoli- 24
cè ᾖσθα, *sis*. [25] Cum ἐν, ἐνῶσι, *insint*. [26] Doricè ἦμεν & 25 ᾖσθα.
ἦμες. Recipit etiam varietatem dialectorum, vt dictum 26 ἦμεν, ἦμες.
est in infin. actiuo barytonorum : nempe ἔμεναι vel ἔμ- ἔμεναι, ἔμμεναι,
μεναι, vel εἴμεναι aduocato ι ad ε, & ἔμεν, ex quo per ecta- εἴμεναι, ἔμεν.
sim factum est Doricum ἦμεν. [27] Ionicè ὁ ἐὼν, ἐόντος: 27 ἐὼν, ἐοῦσα, ἔασσα,
ἡ ἐοῦσα, ἐούσης, & Doricè ἔασσα, ἐάσσας : τὸ ἐὸν, ἐόντος, &c. ἐόν.
Æolicè εἷς, ἔντος: εἶσα, εἴσης: ἔν, ἔντος: hinc παρεὶς, παρέντος, *qui* εἷς, εἶσα, ἔν.
adest, *præsens* : τῶν παρέντων pro παρόντων. Ex Ionico
ἐὼν, cum ἀπὸ, fit ἀπεὼν pro ἀπὼν, *absens*.

Εἶμι τὸ πορεύομαι, fit ab ἔω, [1] εἴω, deinde εἶμι, 1 *De* εἶμι, *quod*
hoc est, *eo* vel *ibo* : [2] nam futurum εἴσω, non est 2 *est eo*.
in vsu.

Indicatiui præsens ; Sing. εἶμι, [3] εἶς, vel εἶ, 3 ἄπει, *ab* ἄπειμι.
ν post α; vt *κιχέω ῶ, κιχάνω, inuenio, consequor*: *οἰδέω ῶ, οἰδάνομαι, tumesco, turgesco, indor.* atque in huiusmodi verbis locum habet CLENARDI regula: *κιχάνω*, fut. *κιχήσω*, med. *κιχήσομαι*: aorist. sec. *ἔκιχον*: *ἔκιχε, nactus est*: infin. *κιχεῖν*, Doricè *κιχήμεναι*, 182,6. & ectasi poëtica *κιχήμεναι, deprehendere*. Sunt & alia in *άνω* quæ fiunt à Barytonis disyllabis, verso ω in *άνω*, correpta penultima, & ν post eam assumpto: vt *λείπω, λίμπω, λιμπάνω, linquo*: *λήβω, λαμβάνω, sumo, capio*: *λήθω, λανθάνω, lateo, fallor, & imprudēs aliquid facio*: *λήχω, λαγχάνω, sortior, adipiscor*: *μήθω, μανθάνω, disco*: *πεύθομαι, πυνθάνομαι, audio, sciscitor, interrogo*: *τεύχω, τυγχάνω, fio compos, sortior*: *φεύγω, φυγγάνω, fugio, vito*: sic compositum *καταφεύγω, καταφυγγάνω, refugio.* in his exemplis ν ante γ & χ mutatum fuit in γ, ante β & π in μ, ob orthographiam: vide 7, 13. & 10,12. & 175, 18. Hæc autem atque cætera id genus in *άνω*, à suis primitiuis tempora mutuantur: *μανθάνω* tamē sumit futurum med. *μαθήσομαι* à *μαθέω*: sic aorist. prim. *ἐμάθησα*: & perf. *μεμάθηκα*: sed aor. sec. à *μήθω*, vel etiā ab eodem *μαθέω*. nam ab vtrouis erit semper *ἔμαθον*, 178,4. & 213,35. vide hunc tractatum in verbis *λαγχάνω, πυνθάνομαι*, & *τυγχάνω*. [6] Fut. *ἁμαρτήσω*: perf. *ἡμάρτηκα*: infin. 6
ἡμαρτηκέναι: perfect. pass. *ἡμάρτημαι*: part. *ἡμαρτημένος, delictus*: *τὰ ἡμαρτημένα, errata, peccata.* Aor. sec. *ἥμαρτον, ες, ε*, & sine augmento Ionicè *ἅμαρτον, ες, ε*: poëticè *ἤμβροτον, ες, ε*, tanquam ab *ἀμβροτέω*: vel pro *ἥμαρτον*, traiectione literæ & mutatione α in ο, *ἥμροτον*: sed quia μ non habet locum ante ρ, (7, 7.) inseritur β, & mutatur spiritus, *ἤμβροτον*. [7] Imperf. *ἠπεχθανόμην*, pro *ἀπηχθανόμην*, au- 7
getur initio: tertia plur. *ἠπεχθάνοντο, inuisi erant*: futur. med. *ἀπεχθήσομαι, ἀπεχθήσῃ*, aor. sec. med. *ἀπηχθόμην, ἀπήχθου, ἀπήχθετο*, augetur in medio: & sine augmento *ἀπεχθόμην*: infinit. *ἀπεχθέσθαι*: part. *ἀπεχθόμενος*: perf. pass. *ἀπήχθημαι, odio fui.* Sic simplex *ἐχθάνομαι* ab inusitato *ἐχθέομαι*: fut. med. *ἐχθήσομαι, inuisus ero*: perf. pass. *ἤχθημαι, exosus fui*: aor. sec. med. *ἠχθόμην, odio fui.* [8] Vide in- 8
frà in verbo *αὔξω*. nam vtrumque idem significat, & ab *αὐξέω* tēpora mutuatur. [9] Fut. *βλαστήσω*: perf. *βεβλάστηκα*: 9
in plusquamperfecto *ἐβεβλαστήκει, pullulauerat*: aor. sec. *ἔβλαστον, ἔβλαστες, ἔβλαστε*: part. *βλαστών, ortus, natus.* [10] Aor. 10
sec. *κατέδαρθον*: infi. *καταδαρθεῖν*, Atticè *καταδάρθειν*, acuta penultima: aor. sec. pass. *κατεδάρθην*, vnde part. *καταδαρθείς, εῖσα, έν, cōsopit⁹, dormiēs.* Sic simplex *δαρθάνω, dormio*, à [illegible]: fut. med. *δαρθήσομαι, dormiam*: aor. sec. actiuus *ἔδαρθον*, & metathesi poëtica (302, 37.) *ἔδραθον*: infi. *δαρθεῖν* & *δραθεῖν*.

κιχάνω.
οἰδάνομαι.
ἔκιχε.
κιχήμεναι.
λιμπάνω.
λαμβάνω.
λανθάνω.
λαγχάνω.
μανθάνω.
πυνθάνομαι.
τυγχάνω.
φυγγάνω.
μανθάνω à μαθέω & μήθω.
Tempora ab ἁμαρτάνω.
τὰ ἡμαρτημένα.
ἥμαρτον, ες, ε.
ἤμβροτον.
ἀπεχθάνομαι.
ἠπεχθάνοντο.
ἀπηχθόμην.
ἀπεχθόμην.
ἐχθάνομαι.
βλαστάνω à βλαστέω.
[illegible]

ἁλίσκομαι ab ἁλόω & ἅλωμι.

1 Ἁλίσκομαι, *capior*: Fut. [1] ἁλώσομαι: Præter. ἥλωκα & ἑάλωκα: passiuum ἑάλωμαι; vnde verbalia, ἅλωσις, *captiuitas*: ἁλωτὸς, *captiuus*, ab ἁλόω. Aorist.
2 sec. ἥλων, ἑάλων: [2] Infinit. ἁλῶναι: Particip. ἁλοὺς, ἁλόντος, ab ἅλωμι: quę sunt omnia vocis actiuæ, sed significationis passiuæ: id quod frequentissimum est in † compositis verbi ἵστημι, vt

Vox actiua significationis passiua.

καθεστῶτα.

3 [3] καθεστῶτα, *constituta*.

ἀναλίσκω.

Augmentorum in quibusdam compositis varietas.

4 Compositum ἀναλίσκω, *consumo*, [4] valde variat in augmento præteriti: dicitur enim ἀνάλωκα, *consumpsi*, sine augmento; & ἀνάλωται, *consumptus est*: etiam ἀνήλωκα, ἀνάλωκα: ἀνήλωται, ἀνάλωται. Atque hęc incrementorũ diuersitas in multis præterea contingit.

ἐγγυάομαι.

ἐγγυάομαι, *despondeo, pro-*
5. 6 *mitto*: Imperfectũ, [5] ἠγγυᾶτο: Perf. act. [6] ἐγγεγύηκα.

ἐγχυράζομαι.

7 ἐγχυράζομαι, *oppignero*: Perfectum, [7] ἐγκεχυρασμένον & ἠνεχυρασμένον: quod tamen fieri possit ab

ἐνεχυράζομαι. *ἐγγυάω.*

ἐνεχυράζομαι: vtrumq; enim inuenitur. ἐγγυάω, do
8 *fidem*, [8] ἐνεγγύησε, ἐνεγγυησάμην, & ἠγγύησε: sed

παρεγγύησε.

9 [9] ἐγγυᾶτο & [10] παρεγγύησε, *fideiussit, spopondit*:

βλακεύομαι.

10 sine augmento. Βλακεύομαι *torpeo*: [11] ἐβλάκευμαι
11 & βεβλάκευμαι, *torpore dissolutus sum*. Et compo-

Composita à λέγω. *συλλέγω.* *διαιτέω.*

12 sita à λέγω, [12] per λε aut ει: συνειλεγμένοι & συλ-
13 λελεγμένοι, *collecti*. Διαιτέω, *indico vt arbiter*, [13] δε-
14 διῄτημένος, vt [14] ἠνώχλησε, *turbauit*, per duplex

ἀμπέχομαι. *ἀνέχομαι.* *παροινέω.* *ἐπιδημέω.* *ἐπιορκέω.* *ἐπιστατέω.* *ἐμπολάω.* *κτάομαι.*

15 augmentum. Ἀμπέχομαι, [15] ἠμπεχόμην, *induor*,
16 *circumdo*. [16] Ἠνέσχετο, *sustinuit*; & ἠνείχετο, *sustine-*
17 *bat*. Παροινέω, *debacchor*, [17] πεπαρῴνηται, *debacchatus*
18 *est*. [18] Ἐπιδημῶ, ἐπιδεδήμηκα, *peregrè dego*. Ἐπιορκῶ, ἐπιώρκηκα, *peiero*. Ἐπιστατῶ, ἐπεστάτηκα, *præsum*.
21 Ἐμπολῶ, ἐμπεπόληκα & ἠμπόλησα, *emo, lucror*. [11] κτάο-
μαι, κέκτημαι & ἔκτημαι, *possideo*: & plurima item alia generales canones augmenti non exactè seruauerunt: de quibus copiosè Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.

ἀμφιέννυμι & ...

19 Ἀμφιέννυμι & † ἀμφίεμαι, *induo*: Fut. [19] ἀμφιέσω:
Præt

Præt.paſſ.ἠμφίεσμαι,ab ἀμφιέω.ſiquidem ννύω & ννυμι habenda ſunt vt ω,[20]quæcunq; pręcedat vocalis:[21] ζωννύω,cingo:[20]κεραννύω,miſceo:[20]κορεννύω,ſaturo:[20] πετεννύω,expando:[22] ῥώννυμι,valeo:[23] στρώννυμι,ſterno:[20] στορεννύω,ſterno,ſopio:[24] χωννύω,aggere munio: tanquam ζώω,&c.

ἀμφίεσμαι ab ἀμφιέω.
20
21 Annotatio de
20 finitis in ννυω
22 & ννυμι.
23
20
24

[1] PRO ἁλώσομαι doctiores vſurpant ληφθήσομαι, futurum prim. paſſiuum verbi obſoleti λήβω:à quo etiam λαμβάνω ſua capit tempora. [2] Imperatiuus ἅλωθι, capiaris,vt γνῶθι,235,6. Optat.ἁλοίην,captus ſim,caperer,vt δοίην,228,22. & Doricè ἁλῴην,ης,η, vt χρυσῴην pro χρυσοίην,219,36. [3] Eſt participium perfectum. vide 235,34. & 236,3. [4] De huiuſmodi augmentorum varietate in verbis compoſitis,vide quoque 289,40.& 290,20. Hæc autem in quadruplici ſunt differentia.nam aut augmẽto prorſus deſtituuntur,vt perfectum actiuum ἀνάλωκα, & tertia perſona perfecti paſſ. ἀνάλωται: vel augentur ſolùm in medio,id eſt, in principio verbi ſimplicis, & non initio compoſiti; vt ἀνήλωκα: vel tantùm initio, id eſt,in principio verbi compoſiti,& non ſimplicis; vt ἠνάλωκα, paſſ. ἠνάλωμαι,ἠνάλωσαι,ἠνάλωται: vel vtrinque, id eſt,& initio compoſiti,& initio ſimplicis;vt ἠνήλωμαι, ἠνήλωσαι,ἠνήλωται. hinc in aoriſto primo actiuo ἀνάλωσα, ἀνήλωσα,& ἠνάλωσα,inſumpſi,conſumpſi:vnde infinit.ἀναλῶσαι,à fut.ἀναλώσω: in aor.primo paſſ. ἀνηλώθη,abſumptus eſt. ſic μεμελοπεποίηται, in tertia perfecti paſſiui, à μελοποιέω ῶ,carmina modulor & pango; quod componitur è τὸ μέλος,εος,cantus,modulatio,carmen;& ποιέω,facio. ſic etiam ὠνοματοπεποίηται, ab ὀνοματοποιέω ῶ,vocabula facio ſeu fingo: è nomine τὸ ὄνομα ατος,nomen. † at ἐβαρυώπησαν ὀφθαλμοὶ,grauati ſunt & caligauerunt oculi, non eſt aor. ſec.paſſ. verbi βαρυόπτομαι,quod non reperitur; ſed aor.prim. actiuus verbi βαρυωπέω,vt ὀξυωπέω, ἀμβλυωπέω, & ſimilia. [5] Eſt tertiæ perſonæ ſing. per craſim ab ἠχυάετο. augetur initio. [6] Tertia perfecti ſingularis: in medio augetur. [7] Sunt participia neutra perfecti paſſiui. Atque ἐγκεχυρασμένον quidem augetur in medio, repetita tenui κ pro aſpirata χ:vt habes 175,1. ἐνεχυρασμένον verò, ſi ducatur ab ἐγχυράζομαι,augebitur vtrinque:vbi notãdum γ, quod in themate ἐγχυράζομαι ponebatur pro ν præpoſitionis ἐν propter χ ſequens, in ἐνεχυρασμένον rediiſſe in ν,cùm iam non ſequatur χ neque κ,ſed ε. Vide 7,13. & 10,12. atque hunc tractatum in

1 ληφθήσομαι.
2 ἅλωθι.
ἁλῴην.
3
4
καθεστᾶσι.
ἀνάλωκα:
ἀνάλωται.
ἀνήλωκα.
ἠνάλωκα.
ἠνήλωται.
ἀνηλώθη.
μεμελοπεποίηται.
ὠνοματοπεποίηται.
ἐβαρυώπησαν.
5
6 ἠχυᾶτο.
7 ἐχηχύακε.
ἐγκεχυρασμένον:
ἐνεχυρασμένον.

verbo συῤῥήγνυσθαι. Aduertendum quoque hoc loco, in ἠνεχυρασμένον augmentum medium factum esse absque reduplicatione, quamuis sit breue, pro ἠγκεχυρασμένον.

De προσεπατταλεύμαι.

sic à προσπατταλεύω, *affigo, appingo*, perf. pass. προσεπατταλεῦμαι. atque à simplici χαλκεύω, *fabrico seu fabricor*,

ἐχάλκευμαι.

fit ἐχάλκευμαι pro κεχάλκευμαι. & à νεωχαλίζω, *delicior*,

ἐνεωχάλισμαι.

ἐνεωχάλισμαι pro νενεωχάλισμαι. [NOTANDVM ἐπαττάλευμαι,

ANNOTATIO.

ἐχάλκευμαι, ἐνεωχάλισμαι, *& infrà* 342,14. ἔκτημαι, ἐθλάκευμαι, ἔολαμμαι, ἔγλυμμαι, ἐθλάσμαι, *& similia, censentur Ionica magis quàm Attica. apud Herodotũ quidem certè passim obuium est* ἔκτημαι.] Sed quia hoc rarum est, malim dicere ἠνεχυρασμένον fieri ab ἐνεχυράζομαι, cùm id & inueniatur, & significet idem quod ἐγχυράζομαι. atque hoc modo ἠνεχυρασμένον augetur tantùm initio. sic ab actiuo ἐνεχυράζω, *pignora capio*, (cuius futurũ ἐνεχυράσω, ἐνεχυράσεις) fit aor. prim. ἠνεχύρασα, ας, ε, & sine augmento

ἐνεγγύησε.

8 ἐνεχύρασα, ας, ε. [8] ἐνεγγύησεν augetur in medio: ἠγγύησε

ἠγγύησε.

verò initio. vtrumque est tertiæ personæ singul. aoristi

ἐνεγγυησάμην.

primi actiui. ἐνεγγυησάμην, est aoristi primi medij, & augetur in medio, vt ἐνεγγύησεν. vbi notandum γ ob euphoniam geminatum esse, pro ἐνεγύησεν, ἐνεγυησάμην. sic ἐγκωμιάζω, ἐνεγκωμίαζον, pro ἐνεκωμίαζον: de quo 295,35.

Annotatio.

ἐνεγκωμίαζον.

malim tamen scribere ἐνεκωμίαζον, sine γ: ac dicere † ἐνεγγύησεν & ἐνεγγυησάμην esse composita ex ἐν, & ἐγγύησεν, ἐγγυησάμην, quæ augmẽto destituuntur, pro ἐνηγγύησεν, ἐνηγγυησάμην, vt παρεγγύησε, pro παρηγγύησε. Verùm

Eadem præpositio in cõpositione geminata: ἐν ἐν, περὶ, περὶ.

thema ἐνεγγυάω videbitur compositum è geminata præpositione ἐν ἐν & inusitato γυάω: quod Græcis nõ omnino nouum: dicunt enim περιπεπτωκυλινδόμενος, *supplex ad pedes deuolutus*. ἐγγυάω simplex videri potest quibusdam: sed perfectum ἐγγεγύηκα, ας, εν, arguit esse compositum.

ANNOTATIO.

[*Aoristum* ἐνεγγύησε *mauult Antesignanus ex composito* ἐνεγγυάω *quam ex simplici* ἐγγυάω *deducere. cui opinioni non refragandum iudicarem nisi apud Budæum inuenissem imperfectum* παρενεγγύα, *eadem significatione qua* παρηγγύα *apud Xenophontem: ideoque formatum non à* παρενεγγυάω *(cuius nulla fit apud Lexicographos mentio) sed à* παρεγγυάω. *nam vt apud Xenoph. est,* παρηγγύησα ἐπαναγεῖν, præcepi pedem referre: *sic in illo loco,* παρενεγγύα αὐτῷ, Πέρσαις μὴ συμπλέκεσθαι, mandabat ei ne cum Persis congrederetur. *Vt igitur de* ἐγγυάω *& compositis eius meam tibi sententiam explicem, sic habe. Reperiuntur hæc interdum sine augmento, vt* ἀνάλωκα, ἀνάλωται, 338,10. *sic enim* ἐγγυᾶτο *apud Isæum, &* παρεγγύησε *apud Synesium reperiri testatur Budæus. Interdum augentur in principio.*

quæ

quia ἐγγυάω deriuatum est è nomine, iuxta regulam quam exposui supra, in paginam 289. atque ita Bud. affert ἠγγύησε ex Demosth: ἠγγυᾶτο ex Platone: ἐξηγγυήθη ex Lysia: διηγγυημένοι è Thucydide: κατηγγύησα & κατηγγυῶντο è Demosthene: παρηγγύα & παρηγγύησεν è Xenophonte. Interdum in medio: quia nomen huius verbi primitiuum, ἐγγύη scilicet, compositum est è præpositione & alio nomine: (ἐγγύη enim sponsio *est* eiusmodi qua ἐν γύοις, hoc est in manibus, seu iunctis dextris, spondetur quippiam) *quæ autē verba talibus è nominibus sunt orta, intra se recipiunt augmentum; vt supra in eandem paginā 289. notaui. ita igitur ex Demosth. citat Budæus, ξένης θυγατέρα ἐγγεγυηκέναι: quod idem alibi per aoristum dicit, ξένης θυγατέρα ἐγγυῆσαι. At ἐνεγγύησε apud Plutarchum, & ἐνεγγυησάμην apud Demosthenem (teste Budæo) vel initialis augmenti loco habent Atticam reduplicationem duarum præsentis initialium, vt ἐνένιπε & ἐνένισπε apud Hom. ab ἐνίπτω & ἐνίσπω, & ἀραίρητο apud Herodotum ab αἱρέω, (297, 25.) vel augmentum quidem habent in medio, sed γ euphoniæ gratia duplicatum: itidemque compos. παρενεγγύα, in loco paulo ante citato, dictum vel per reduplicationem pro παρηγγύα, vel per geminationem pro παρενεγύα, sicut ἐνεγκωμίαζον reperiri tradit Antesignanus, pro ἐνεκωμίαζον, quod apud Xenoph. extat p. 74. Similis ferè augmenti ratio est in ἐνεχυράζω & ἐνεχυριάζω. nam & hæc interdum initio augentur, vt ἠνεχύρασας in Bibliis, & ἠνεχυρίασο apud Synesium. interdum augmento carent, vt ἐνεχυρίαζε & προσενεχύραζε. apud Demosthenem, pro ἠνεχύραζε siue ἠνεχυρίαζε. Possunt tamen hæc duo posteriora (ἐνεχύραζε & ἐνεχυρίαζε) referri etiam ad ἐγχυράζω & ἐγχυριάζω, è quorum illo participium est ἐγκεχυρασμένον apud Budæum. Sunt autem verba ista deriuata è nominibus ἐνέχυρον, ἔγχυρον, & ἐγχύριον: quorū duo posteriora per syncopen facta sunt è primo: id enim ex ἐν & ἐχυρὸς compositū est, & significat* pignus, quippe cuius interuentu debitum vel pactum redditur. ἐχυρὸν, tutum. *similiter ἐγγυάω non est compositum ex ἐν & γυάω, vt Antesignanus arbitratur, 340, 28. & 30. sed è composito nomine deriuatū, vt prædicta verba ἐνεχυράζω, ἐγχυράζω, ἐγκωμιάζω, & similia. vt enim ἐγκωμιάζω simplici deriuatione manauit ex ἐγκώμιον, ἐνεχυράζω ex ἐνέχυρον, & ἐγχυράζω ex syncopato ἔγχυρον: sic etiam ἐγγυάω ex ἐγγύη. hoc autem compositum est ex ἐν & γυῖα, sicut paulo ante docui, quemadmodum ἐνέχυρον ex ἐν & ἐχυρὸς, ἐγκώμιον ex ἐν & κώμη. atque hoc verborum genus sæpius in medio augetur, interdum tamen etiam in præpositione,*

vt supra docui. Sicut tamen quadam ex ijsdem carent augmento, sic et iã λύχν☉ ἐλλυχνιασμέν☉ (lucerna ellychnio instructa) apud Diosc. lib. 1. c. 97. *à them.* ἐλλυχνιάζω: *cuius primitiuum* ἐλλύχνιον, *compositũ est ex* ἐν *&* λύχνος.

9 [9] Per crasim pro ἐγγυάετο, tertia imperfecti pass. Dicitur & ἠγγυᾶτο, vt iam dictum est. ex ἐγγυᾶτο cum ἐν, fit ἐνηγγυᾶτο. lege præcedens scholium.

ἐγγυᾶτο.

10 [10] Tertia singularis aoristi primi à παρεγγυάω, quod componitur ex παρὰ & ἐγγυάω, μ. ήσω.

παρεγγύησε.

11 [11] Duo tantùm verba simplicia hoc loco à CLENARDO enumerantur, quæ augmenti varietatem recipiunt veluti composita; nempe βλάπτομαι, & κτάομαι, in quorum perfecto prima thematis nunc ante ε anceps reduplicatur, βεβλάκωμαι, κέκτημαι: nunc non reduplicatur, ἐβλάκωμαι, ἔκτημαι. Sic à βλάπτω, *lædo, noceo*, perfectum pass. βέβλαμμαι & ἔβλαμμαι, *damno affectus sum.* à διαγλύφω, *insculpo*, tertia perfecti pass. διαγέγλυπται & διέγλυπται, *insculptum est.* a θλάω, *frango, tundo*, μ. θλάσω, 217, 14. perfect. pass. τέθλασμαι & ἔθλασμαι, *fractus sum.* à τέθλασμαι, part. τεθλασμέν☉, *fractus*: aorist. prim. ἐθλάσθην, in tertia plur. ἐθλάσθησαν, *sunt castrati, aut elisi*: infinitiuus θλασθῆναι, *collisum esse.*

βεβλάκωμαι.
κέκτημαι.
ἐβλάκωμαι.
ἔκτημαι.
ἔβλαμμαι.
διέγλυπται.
ἔθλασμαι.

12 [12] Per λε quidem communiter: per λ verò Atticè, 298, 13. συνειλεγμένοι autem & συλλελεγμένοι, sunt nominatiui plurales participij perfecti passiui, à συλλέγω siue συλλέγομαι, *colligo.* componitur ex σὺν mutato ν in λ (vt dicetur in verbo συῤῥήγνυσθαι) λέγω, *lego*: vnde perfectum λέλεχα & Atticè εἴλοχα, 307, 28. infinit. εἰλοχέναι: cum σὺν, συνειλοχέναι, *collegisse*: particip. εἰλοχὼς, συνειλοχὼς, *qui collegit.* perfect. pass. λέλεγμαι & εἴλεγμαι: vnde εἰλεγμένοι, *lecti*, id est, *delecti*, &c. In aoristo secundo pass. ἐλέγησαν: cum ξὺν Atticè pro σὺν, ξυνελέγησαν, *collecti sunt.*

συνειλεγμένοι:
συλλελεγμένοι.
συνειλοχέναι.
συνειλοχώς.
ξυνελέγησαν.

13 [13] Est participium perfecti passiui. perfectum act. est δεδιήτηκα, *ex arbiter iudicaui*: aor. prim. ἐδιήτησα, & deperdito priori augmento, διήτησα: infinit. διαιτῆσαι: aorist. prim. pass. ἐδιητήθην: vnde partic. διαιτηθεὶς, έντ☉: τὰ διαιτηθέντα, *ea quæ arbitri statuerunt.* Legitur apud Lucianum διαιτῶντο, διαιτέοντο, *vitam degebant*: quod est imperfectum pass. Ionicum sine augmẽto, & habet significationem verbi διαιτάω, *viuo*: veluti & διαιτάω nonnunquam sumitur pro διαιτέω, *vt arbiter iudico.* διαιτάω augetur in medio: imperfect. pass. διητώμην, διητῶ, διητᾶτο, *viuebam, as, at*: in aoristo primo pass. διητήθη, *diuersatus est.* [διαιτάω & διαιτέω *non differunt significatione, vt Antesignanus innuit, sed dialecto. illud enim communis, hoc vero Ionicæ lingua est, apud Herodotum frequens, vt* ὁρμέω *pro* ὁρμάω, *nimi*

δεδιήτηκα.
διήτησα.
διαιτηθέντα.
διαιτέοντο.
διητώμην.
διητήθη.
ANNOTATIO.

nimirum ῶ resoluto in έω. ideoque in Luciani loco qui præcedit (sumptus autē is est è libro de dea Syria, Ionicè scripto) malim legere, δίαιταν τὴν αὐτὴν διαιτέωντο , vt initio eiusdem libri est , ἐς τὰ ἱρὰ χρέωνται : & sub finem , (itidemq; apud Hesych.) ὕδασι χρεώμενος. in his enim duobus locis apertè cernimus ω, cōtractum ex αο, Ionicè resolutum esse in εω.] [14] Ηνώχλησα, ας, εν , est aorist. prim. act. ab 14
ἐνοχλέω ῶ , μ. ήσω. augetur in principio & medio , vt
imperfect. ἠνώχλουν, ἠνώχλεις, ἠνώχλει, *turbabam, as, at.* de
quo 290,6. reperitur tamen aorist. prim. pass. cum vnō
tantùm incremento , ἐνωχλήθην , *molestia sum affectus.*
[15] Imperfectum passiuum : augetur initio , vtrinque 15
etiam auctum inuenitur, ἠμπειχόμην, *induebar.* componitur autem ἀμπέχομαι ex præpositione Æolica ἀμπὶ pro
ἀμφὶ (250,2.) & ἔχομαι , quod augetur per ει , vt dictum
est 286,17. [16] Ηνέσχετο est tertiæ personæ sing. aoristi 16
secundi med. augetur vtrinque, à themate ἀνέχομαι, *sustineo*, 290,6. sed formatur tanquam ab ἀνασχέομαι. nam
simplex ἔχω sumit aoristum secundum à σχέω , vt paulo
post dicetur in verbo ἔχω. ἠνείχετο autem est imperfecti
pass. ab eodem ἀνέχομαι. augetur & ipsum vtrinque : in
principio quidem , migrante α præpositionis ἀνὰ in η:
in medio verò, ἔχομαι augetur per ει, vt habes 286, 17. in
in actiuo ἔχω. † [17] Vtrinque augetur : est verò tertiæ 17
personæ sing. perfecti pass. sic imperfectum ἐπαρῴνουν.
[18] Quæ sequuntur composita, sunt perfecta primę con- 18
iugationis Circumflexorum , (præterquam ἐμπολάω ῶ,
quod est secundæ) & augentur in medio , quamuis
eorum simplicia non sint in vsu : sed ἠμπόλησε tertia
persona aoristi primi act. augetur initio. sic & perfectū
apud Sophoclem, ἠμπόληκας, *lucratus es* , per antiphrasin, pro *Exitium tibi accersisti.* Notandum in ἐπιορκῶ nō
elidi ι præpositionis ἐπὶ, ante vocalem. vide 172,29.

ἠνώχλησα.

ἐνωχλήθην.

ἠμπειχόμην.

ἠνέσχετο.

ἠνείχετο.

πεπαρῴνηται.

ἠμπόλησε.

ἠμπόληκας.

Huiusmodi verbis compositis aliquando altera præfigitur præpositio, quæ licèt augmentum non recipiat, interdum tamen in medio geminum augmentum relinquit ; vt δεδιῃτημένος, compositum ἐνδεδιῃτημένος, *à solita diæta digressus* : πεπαρῴνηται, compositum ἐμπεπαρῴνηται, id est , *per vinū & petulantiam iniuria & probro affectus est*: vnde & particip. ἐμπεπαρῳνημένος, *talem iniuriam passus.* ducitur hoc verbum ab ὁ οἶνος, ου, *vinum.* sic ab ἀπαναίνομαι, *renuo*, quod componitur ex ἀπὸ, ἀνὰ, & αἴνομαι, aorist. prim. med. ἀπηνηνάμην, ἀπηνήνω, ἀπηνήνατο, *renui, isti, it*, cum duplici augmento in medio. quia tamen alterū seruatur in infinitiuo ἀπανήνασθαι, *recusare:*

De verbis ex duplici præpositione compositis appendix.

ἐνδεδιῃτημένος.

ἐμπεπαρῴνηται.

ἐμπεπαρῳνημένος.

ἀπηνηνάμην.

dicere poterimus ἐπανόρθωμαι haberi pro simplici, atque in eo mutatum fuisse αι in η Atticè, vt in ἔμηνα, siue ἔμεινα, de quo 177,9. In huiusmodi enim penultima, quidam subscribunt ι, habentes rationem præsentis, in quo est αι: alij non subscribunt, quòd futurum habeat α nudam vocalem. Ab ἀνορθόω, μ. ώσω, *corrigo, emendo*: cum ἐπὶ, ἐπανορθόω, id est, *quod lapsum est corrigo*: aorist. prim. ἠνώρθωσα, ἐπηνώρθωσα: tertia persona perfecti pass. ἠνώρθωται, ἐπηνώρθωται, *correctum & instauratum est*.

ἐπηνώρθωσα. ἐπηνώρθωται.

Tempora verbi ἀμφιέννυμι tanquam ab ἀμφιέω: atque simplicis ἕννυμι quasi ab ἕω.

19 [19] Poëticè ἀμφιέσω, *induam*: aorist. prim. ἠμφίεσα: simplex tamen εἷσα, εἷσας, εἷσε, & poëticè detracto augmento & geminato σ, ἕσσα, ἕσσας, ἕσσε, quod etiam est *collocare*. hinc imperat. ἕσσον & ἕσσον, *indue*: particip. ἕσσας & ἕσσας: infinit. ἕσσαι & ἕσσαι: cum ἐπὶ, ἐφέσσαι, *sedere in*: at ἐφέσσαι, imperatiuus est medius. nam indicatiuus est ἑσσάμην, ἕσσω, ἕσσατο, pro εἱσάμην, quod & ἐεισάμην, 298,15. & detracto omni augmento ἑσάμην: tertia pluralis ἕσσαντο, *induti sunt*: particip. ἑσσάμενος & ἑσσάμενος: cum ἀμφὶ, ἀμφιεσσάμενος, *indutus*. Redeamus igitur ad ἀμφιέννυμι: imperfectum pass. ἠμφιεννύμην, *induebar*. Perfectum passiuum est etiam ἠμφίεσμαι: vnde particip. ἠμφιεσμένος, *indutus*: at ἠμφιεσμένος, ab ἠμφίεσμαι, quod ponitur in contextu. Inuenitur etiam ἠμφιεσμένος, pro eodem: in quo duplex est augmentum, veluti & in ἠμφιεσμένος; sed in altero præpositio perdit ι finale, quod in aliis retinet. vide 172,1.& 29. Est præterea & aliud huius participium ἀμφιειμένος cum augmento in medio, veluti & simplex εἱμένος, per ει facto augmento pro η. nam ἀμφιέω componitur ex ἀμφὶ & ἕω, *induo, pono*: quod augetur per ει, 286,21.& 30. vnde perfect. pass. εἷμαι, εἷσαι, & ἕσσαι poëticè, εἷται & † ἧσται, *sedi, isti, it*, seu *indutus sum, es, est*: tertia plur. εἷνται, Ionicè (190,16. & 29.) εἵαται, & ectasi poëtica εἵαται, *sederunt* vel *sedent*. sic in tertia plur. plusquamperfecti, εἷντο, εἵατο & εἵατο, *sederant* vel *sedebant*: cum παρὰ, παρείατο, *assiderant* seu *assidebant*. nam huius perfectum, præsentis etiam significationem habet: & plusquamperfectum, imperfecti. hinc dicunt nonnulli εἷμαι præsens esse verborum in μι, ex ἕεμαι, crasi εἷμαι, quod & ἧμαι, 324,6. Pro perfecto εἷμαι, reiecto augmento & assumpto σ, dicitur ἕσμαι, (vnde ἀμφίεσμαι) & plusquamperfect. ἕσμην: tertia persona ἕσο, *induerat* seu *sederat*.

εἷμαι. ἕσμαι.

In άω & έω ab ἀνύω & ἕννυω, α & ε non mutantur.

20 [20] Si huiusmodi vocalis fuerit α vel ε, ea in futuro aut perfecto non mutabitur in η, vt in verbis Circumflexis, sed retinebitur vt in præsenti: κεράννυμι seu κεραννύω,

κε

κεράννυμι à κεράω.

κεράω, μ. κεράσω: aorist. prim. ἐκέρασα, ἐκέρασας, ἐκέρασε: detracto augmento κέρασε: particip. κεράσας, *qui temperauit*: ἡ κεράσασα, cum ἐν, ἐγκεράσασα, *quæ infudit*. Aoristus primus med. ἐκερασάμην, ἐκεράσω, ἐκεράσατο, reiecto augmento & geminato σ, κεράσσατο, *fudit*: particip. κερασάμενος & κερασσάμενος, *qui fudit*. A futuro κεράσω per syncopen dicitur κράσω: vnde perfect. κέκρακα: passiuum κέκραμαι sine σ: at si non fiat syncope, dicimus κεκέρασμαι: vnde particip. κεκερασμένος, *mixtus*: sed κεκραμένος est magis receptum, à κέκραμαι, κέκρασαι, ex quo verbale ἡ κρᾶσις, (261,8.) *crasis, temperies, commixtio*: tertia perfecti plur. κέκρανται, *temperati sunt*: infinit. κεκρᾶσθαι, *temperatum esse*: aorist. prim. ἐκράθην: vnde particip. κραθεὶς, ἐντος, *mixtus*.

πετάννυμι à πετάω.

Πετάννυμι siue πετάννύω, πετάω, μ. πετάσω: aorist. prim. ἐπέτασα, ας, ε: geminato σ, ἐπέτασσε, *aperuit*: tertia plur. ἐπέτασσαν, & reiecto augmẽto πέτασσαν, *panderunt, explicarunt*: particip. πετάσας: cum ἐκ, ἐκπετάσας, *qui extendit*. perfect. πεπέτακα: pass. πεπέτασμαι, ασαι, αςαι: vnde aorist. prim. ἐπετάσθην, ἐπετάσθης, ἐπετάσθη, *expansus fui, isti, it*. reperitur tamen fut. medium πετήσομαι, *volabo*: atque perfect. pass. πεπέτημαι, πεπέτησαι, *volaui, isti*: quæ verterunt α in η. sed id fit licentia poëtica: vel habita ratione thematis vsitati πετάομαι, πετῶμαι, *alas pando*: vnde particip. πεταόμενος, πετώμενος, *volans*.

κορέννυμι à κορέω.

Κορέννυμι siue κορεννύω, κορέω, μ. κορέσω: perf. κεκόρεκα: pass. κεκόρεσμαι: part. κεκορεσμένος, *satiatus*: κεκορεσμέναι αἶγες, *saturatæ capræ*: (poëtica etiam licentia reperitur κεκορημένος, *saturatus*) aorist. prim. ἐκορέσθην: vnde infin. κορεσθῆναι, *satiatum esse*: particip. κορεσθεὶς, *saturatus*.

σορέννυμι à σορέω.

Στορέννυμι siue στορεννύω, & syncope στόρνυμι, στορέω, μ. στορέσω: aorist. prim. ἐστόρεσα, ἐστόρεσας, ἐστόρεσε: tertia plur. ἐστόρεσαν, sine augmento στόρεσαν: subiunct. στορέσω, ῃς, ῃ: στορέσωμεν, *strauerimus*: infinit. στορέσαι, *sternere*: participium στορέσας, *qui strauit*. aoristus primus med. ἐστορεσάμην: tertia pluralis deposito augmento στορέσαντο, *strauerunt*. In tertia singulari perfecti passiui Dores dicunt ἐστόρραται pro ἐστόρεσται, *stratus est*. [21] Ζωννύω 21

ζώννυμι à ζώω.

siue ζώννυμι, † ζώω, μ. ζώσω, aorist. prim. ἔζωσα: med. ἐζωσάμην, detracto Ionicè augmento ζωσάμην, *cinxi*: tertia plur. ζώσαντο, *se cingunt & cunctantur*, apud Hesiodũ. Perfect. ἔζωκα: pass. ἔζωσμαι, *cinctus sum*, assumit σ: (vnde verbale τὸ ζῶσμα ατος: & Atticè abiecto σ, ζῶμα, *cingulum, succincta tunica*) part. ἐζωσμένος, *cinctus*: ἐζωσμένοι, *cincti*. aor. prim. ἐζώσθην: infinit. ζωσθῆναι, *cinctum esse*: partic. ὁ ζωσθεὶς, έντος: ἡ ζωσθεῖσα, είσης, *cinctus, cincta*.

Annotatio. [Verùm pro thematibus ζώω, σρώω, χώω, χρώω, maluit alij breui chacteriſtica ζόω, σρόω, χόω, χρόω: itemq; infra v.40. βρόω pro βρώω: quod illa ſint poëtica & defectiua, vt ſupra monui, 166, 28. apud Etymologum tamen in
22 ἐγνώσθην inuenies γνώω.] [22] Vide infrà, in verbo ῥώννυμι.

στρώννυμι à στρώω.

23 [23] Στρώννυμι ſiue † στρώμνυμι aut στρωννύω, στρώω, μ. στρώσω: aor. prim. ἔστρωσα: perfect. ἔστρωκα: paſſ. ἔστρωμαι, ωσαι, ωται: *ſtratus ſum, es, eſt*: particip. ἐστρωμένος: στιβάδες ἐστρωμέναι, *tori ſtrati ſiue confecti*. aoriſt. prim. ἐστρώθην: vnde particip.

χώννυμι à χώω.

24 στρωθεὶς, έντος, *ſtratus*. [24] Χωννύω ſiue χώννυμι, χώω, μ. χώσω: aoriſtus primus ἔχωσα: infinit. χῶσαι, *aggeſſiſſe*: χῶσαι τάφον, *excitare ſepulchrum*: partic. χώσας, αντος, *qui aggeſſit*: aoriſtus primus med. ἐχωσάμην, *exaggeraui terram, tumulum feci*. (coincidit cū ἐχωσάμην, verbi χόομαι, *iraſcor*: vnde ἐχώσατο, & detracto augmento χώσατο, *iratus eſt, ſuccenſuit*: & participium χωσάμενος, χωσαμένη, *iratus, irata*) Perfectum paſſiuum κέχωσμαι, κέχωσαι, κέχωσται, aſſumit σ. hinc verbalia ἡ χῶσις, εως, *aggeſtio*: & ὁ χωστὸς, *aggeſtus*: χωστὸς τάφος, *aggeſtus tumulus*. Aoriſt. prim. ἐχώσθην, *aggeſtus fui*: infinitiuus χωσθῆναι, *aggeri*: participiū χωσθεὶς, έντος, *aggeſtus*.

χρώννυμι à χρώω.

Præcedentibus adde χρώννυμι ſiue χρωννύω, χρώω, *coloro*: μ. χρώσω: perfectum κέχρωκα: paſſiuum κέχρωσμαι, ωσαι, ωσται, aſſumit σ: vnde verbalia ἡ χρῶσις, εως, *coloratio*: & ὁ χρωστὴς, ῆρος, *qui colorat, infector*. tamen τὸ χρῶμα, χρώματος, *color*, amittit σ. vide 261, 25. †

Ανοίγω.

Ανοίγω, *aperio*: Futurum ἀνοίξω: Aoriſt. primus
1. 2 Atticè [1] ἀνέῳξα. Præteritum med. [2] ἀνέῳγα. Præ-
3. 4 terit. paſſiuum, [3] ἀνέῳγμαι: Particip. [4] ἀνεῳγμένος.
Aoriſt. prim. paſſ. ἀνεῴχθην.

ἀπολλύω & ἀπόλλυμι, ab ἀπόλλω & ἀπολέω.

Ἀπολλύω & ἀπόλλυμι, *pereo, perdo, deſtruo*:
5. 6 Fut. ἀπολῶ: Præt. med. Att. [5] ἀπόλωλα, ab [6] ἀπόλλω. Fut. ἀπολέσω: Præt. ἀπώλεκα, Att. ἀπολώλεκα, ab ἀπολέω.

ἀπέσκληκα ab ἀποσκλάω.

7 [7] Ἀπέσκληκα, *indurui*: ἀπεσκληκὼς, *tabidus*: ἀπεσκληκέναι, *obriguiſſe*: perfecta ſunt ab inuſitato ἀποσκλάω, *tabeſco, indureſco*. Optatiuus, ἀποσκλαίη, *obriguiſſet*, ab ἀπόσκλημι.

ἀποσκλαίη ab ἀπόσκλημι.

ἀρέσκω ab ἀρέω.

8 Ἀρέσκω, *placeo*: Futurum, ἀρέσω, ab ἀρέω. [8] nam

Annotatio de finitis in σκω & σκομαι.

9 σκω & σκομαι tanquam ω & ομαι: [9] βρώσκω, *comedo*:
8 [8] γηράσκω, *ſeneſco*: [8] ἱλάσκομαι, *placo*: vt βρώω, γηράω, ἱλάομαι.

ΕΤ

[1] Et Rursus aucta præpositione ἠνέῳξα, *aperui.* vide 298, 9. & 299, 6. & 16. [2] Atque ἀνῷγα, cum vno duntaxat augmento: & cum triplici incremento ἠνέῳγα: vnde participium ἀνεῳγὼς, ότος, *patulus, apertus.* [3] Sic simplex ἔῳγμαι, *patefactus sum*: & part. ἐῳγμένος, *patefactus, apertus*; ab οἴγω, cuius imperfectũ ᾦγον, *aperiebam.* [4] Et augmentum sumente præpositione, ἀνεῳγμένος, *apertus.* sic in aor. primo ἀνεῴχθην pro ἀνεῴχθην: tertia plur. ἀνεῴχθησαν, *aperti sunt.* Dicitur etiam ἀνῴχθην, cum simplici augmento: & poëticè resoluta diphthongo ῳ in ωι, ἀνώϊχθην. Reperitur etiam aorist. sec. passiuus ἀνοίγην, ἀνοίγης, ἀνοίγη, *apertus sum, es, est*: vbi sola præpositio augetur. hinc fut. sec. ἀνοιγήσομαι, ἀνοιγήσῃ, ἀνοιγήσεται, *aperiar, eris, etur.* ab aor. primo ἀνεῴχθην, ducitur part. ἀνοιχθεὶς, *apertus.* [5] Hinc participium ἀπολωλὼς, *qui periit*: ἀπολωλὼς φαρμάκῳ, *veneno sublatus.* Plusquamperf. ἀπωλώλειν, *perieram*: aliud augmẽtũ suscipit, 297, 25. & 300, 19. [6] Ab ἀπόλλω, siue ab ἀπολέω, aor. sec. (169, 24. 213, 35.) med. ἀπωλόμην: hinc Optat. ἀπολοίμην, ἀπόλοιο, ἀπόλοιτο: ἀπολοίμην κάκιστα, *peream pessimè*, genus est iurisiurandi: Subiunctiuus ἀπόλωμαι, *peream.* [7] Sic simplex ἔσκληκα, Ion. ἔσκληα, *obdurui, arui*: part. ἐσκληκὼς, ότος, quod & ἐσκληὼς, *aridus*, à σκλάω. Vide 235, 34. & 237, 15. Aor. secund. ἔσκλην, ης, η, *exarui*: infin. σκλῆναι, *tabescere*, (cum ἀπὸ ἀποσκλῆναι, *emori*) à σκλῆμι. thema vsitatum est σκέλλω, quod & σκάλλω, μ. σκαλῶ: aorist. prim. ἔσκαλα, & Atticè (177, 4.) ἔσκηλα: hinc Optatiuus Æolicus, σκήλεια, σκήλειας, σκήλειε: subiunctiuus σκήλω, σκήλῃς, σκήλῃ, *arefecerim, is, it*: infin. σκῆλαι, *arefecisse.* [8] Hinc tamen excipe ἀλύσκω, *fugio*; futur. ἀλύξω: quod est etiam ab ἀλύσσω vel ἀλύζω, *in angustiis versor.* διδάσκω, *doceo*, fut. διδάξω, ab inusitato διδάχω: de quo infrà. θνήσκω, *morior*, fut. θνήξω, & medium θνήξομαι, & cum poëtica reduplicatione (172, 17.) τεθνήξομαι, τεθνήξῃ, & Atticè (306, 37.) τεθνήξει, *morieris*: infin. τεθνήξεσθαι, *moriturum esse*: (potest tamen & paulopostfuturum censeri) quasi à θνήκω. Excipe quoque ἁλίσκομαι, de quo 338, 1. ac γινώσκω & χάσκω, de quibus infrà. Illud etiam hîc notandum, finita in άω & έω ab άσκω & έσκω, non mutare in futuro aut præterito charasteristicam breuem in longam η, more Circumflexorum: vt γηράσκω, γηράω, μ. γηράσω: perf. γεγήρακα: part. γεγηρακὼς, *senio cõfectus.* huius imperf. ἐγήρασκον, ας, ας: & crasi ἐγήραν, ἐγήρας, ἐγήρα. Ἀρέσκω, ἀρέω, μ. ἀρέσω: aorist. prim. ἤρεσα, ἤρεσας, ἤρεσε, *placui, isti, it*: fut. med. ἀρέσομαι: vnde in prima plur. ἀρεσόμεσθα, *placebimus.*

ἠνέῳξα. 1
ἀνῷγα. 2
ἀνεῳγώς. 3
ἔῳγμαι.
ᾦγον.
ἀνεῳγμένος. 4
ἀνεῴχθησαν.
ἀνώϊχθην.
ἀνοίγη.
ἀνοιγήσεται.
ἀπολωλώς. 5
6
ἀπολοίμην.
ἀπόλωμαι. 7
ἐσκληώς.
ἔσκλη.
σκλῆναι.
ἀποσκλῆναι.
σκήλεια, ας, ε.
σκήλῃ: σκῆλαι. 8
ἀλύξω.
διδάξω.
θνήξω.
τεθνήξει.
τεθνήξεσθαι.
άω & έω ab άσκω & έσκω non mutant α aut ε.
γεγηρακώς.
ἐγήρα.
ἤρεσε.

Ιλάσκομαι, ἱλάομαι, fut. med. ἱλάσομαι, *placabo* : aor. pri. ἱλασάμην : part. ἱλασάμενος, *qui placauit*. perf. pass. ἵλασμαι, ἵλασαι, ἵλασται : imperat. ἵλασο, *placa* : part. ἱλασμένος, *oblationis placandi numinis causa*. aor. prim. ἱλάσθην, ης, η : imperat. ἱλάσθητι, *propitius esto* : syncope ἵλαθι, & poëtica ectasi ἵληθι. in ἱλάσθητι vltima syllaba scribitur per τ pro θ, ob aliud θ præcedens, 193,23. at ἵλαθι habet θ. Possumus

ἵλαθι.
ἵληθι.

etiam dicere, ἵλαθι esse præsens actiuum ab ἵλημι, 231,18. vt ἵσταθι ab ἵστημι, 226,34. ἵληθι verò vel esse aoristi secundi, in quo seruatur penultima longa, 235,4. vel dictũ esse pro ἵλαθι per ectasim poëticam. ἵλασο quoque potest censeri præsentis temporis vocis passiuæ seu mediæ ab eodẽ ἵλημι, pass. ἵλαμαι : veluti ἵστασο ab ἵστημι, ἵσταμαι, 227,

Notio.

23. Notandũ pręterea, verba in σκω & σκομαι, esse omnia deriuata; & formari à primitiuorum vel præsenti, insertis ante ω literis σκ; vel à futuro, inserto σ. hæ literæ in deducendis postea temporibus sunt abiiciendæ, vt ritè docet CLENARDVS: verùm reticet quæ sit habenda penultimæ ratio. addendum igitur, penultimam deriuati in σκω, haud rarò diuersam esse à primitiui penultima: præcipuè in finitis in έω, ex quibus ferè fit ίσκω, vt εὑρέω, εὑρίσκω, *inuenio*: & ex όω, ώσκω, vt βιόω, βιώσκω, *viuo*: βρόω siue βρώω, βρώσκω, & cum reduplicatione βιβρώσκω, *comedo*. cùm igitur ab huiusmodi verbis volueris tempora deducere, non solùm literæ σκ sunt reiiciendæ, sed & penultimę vocalis atque reduplicationis (quę in multis locum habet, vt pleniùs dicetur in verbo πιπρώσκω) erit habenda ratio. nam penultima se habebit vt in primitiuo: & reduplicatio vltra præsens & imperfectum non seruatur. vel, vt breuiùs dicam, hæc à suis primitiuis

De penultima & reduplicatione verborum deriuatorum in σκω,

εὑρίσκω.
βιώσκω.
βρώσκω.
βιβρώσκω.

mutuantur tempora: vt τελίσκω, *perficio, absoluo* : fut. non τελίσω, sed τελέσω, à τελέω. βιβρώσκω, *comedo*, futur. non βιβρώσω, sed βρώσω, à primitiuo βρόω siue βρώω. sed eadem est ratio. nam ab όω fit ώσω, mutata breui in longam, vt in Circumflexis : βιόω, βιώσκω, *viuo*: futur. βιώσω. quod etiam in nonnullis ab άω & έω factis obseruatur: βάσκω à βάω, *vado*, μ. βήσω : βάσκ' ἴθι, *vade, accelera*: imperatiuus pro βάσκε. ἡβάσκω ab ἡβάω, *pubesco*, μ. ἡβήσω. φάσκω & (per reduplicationem, & assumpto υ) πιφαύσκω, à φάω, *dico, nuntio*, μ. φήσω. à φάσκω est imperat. φάσκε, φασκέτω, *dic, dicat* : imperfectum à πιφαύσκω, ἐπιφαύσκον, & sine augmento πίφαυσκον, *loquebar* vel *loquebantur*: in præsenti pass. πιφαύσκομαι, πιφαύσκῃ & Ionicè πιφαύσκεαι, *loqueris*, 186,23. θρώσκω, metathesi θορίσκω, & verso οι in ω θρώσκω, à θορέω, *salio, curro*, fut. θορήσω.

τελίσκω.
βιβρώσκω.
όω, ώσκω, ώσω.
άω, άσκω, ήσω.
έω, ίσκω, ήσω.
βάσκω.
ἡβάσκω.
φάσκω, πιφαύσκω.
πίφαυσκον.
πιφαύσκεαι.
θρώσκω.

κνίσκω

κυΐσκω à κυέω, *concipio*, μ. κυήσω. μολίσκω, metathesi, versoque οΐ in ῳ, & μ in β mutato, quòd μ ante λ locum non habeat, (7, 9.) βλῴσκω, à μολεω, *eo, proficiscor*, μ. μολήσω, 216, 20. reperitur tamen participium aoristi primi † βρῴξας, *profectus*, tanquam à futuro βρῴξω: sed receptum non est. [*Sed videtur esse Doricum, pro* βλώσας, vt ἀπόκλαξον *pro* ἀπόκλεισον, (167, 31.) ἐγέλαξε *pro* ἐγέλασε, *in annotat. ad verbum* πίπτω. *Verbale sanè non* βλῶξις *est sed* βλῶσις *apud Hesychium, & compos.* ἄμβλωσις *apud medicos, non* ἄμβλωξις.] οἰδίσκω ab οἰδέω, *tumeo, turgeo*: μ. οἰδήσω. ab οἰδέω imperfect. ᾤδεον, ες, ε: ᾤδεε χρόα, *tumidum habebat corpus*. στερίσκω à στερέω, *priuo*, μ. στερήσω: vnde in medio στερήσομαι, στερήσῃ, στερήσεται, *priuabor, beris, bitur*: particip. στερησόμενος, *priuandus*. aoristus primus pass. ἐστερήθην, tertia plur. ἐστερήθησαν, *priuati sunt*: infin. στερηθῆναι: Atticè & Doricè στερηθήμεναι, & systole στερηθέμεναι, & Ionicè στερηθέμεν, *priuari*. at γαμίσκω à γαμέω, *nuptum do, eloco, uxorem do*, facit in futuro γαμήσω & γαμέσω: vnde medium γαμέσομαι, γαμέσῃ, γαμέσεται, & poëticè geminato σ, γαμέσσεται, *uxorem dabit*. Sunt quædam finita in ήσκω ab έω & άω: hæc futurum habent in ήσω: ἀλδήσκω ab ἀλδέω, *cresco*, μ. ἀλδήσω. καλήσκω & syncope κλήσκω, & per reduplicationem κικλήσκω, à καλέω, *voco*: futur. κλήσω: perfect. κέκληκα: pass. κέκλημαι. at primitiuum καλέω, facit καλέσω, & καλήσω: de quo infrà in appendice eorum quæ à κ incipiunt. μνήσκω, cum reduplicatione μιμνήσκω, à μνάω, *reminisci facio, suggero & in memoriam reuoco*, futur. μνήσω: aorist. prim. ἔμνησα: particip. μνήσας, μνήσασα: aorist. prim. med. ἐμνησάμην: tertia plural. detracto augmento μνήσαντο: Opt. μνησαίμην, αιο, αιτο: tertia plur. μνήσαιντο, & Ionicè μνησαίατο, *memorarint*, 190, 30. infinit. μνήσασθαι, *mentionem facere*: particip. μνησάμενος, μνησαμένη, futur. med. μνήσομαι, *mentionem faciam*. perfect. pass. μέμνημαι, μέμνῃ, (286, 8. & 306, 32.) μέμνηται: hinc aoristus prim. ἐμνήσθην, assumpto σ, 307, 34. vnde imperat. μνήσθητι: subiunct. μνησθῶ: infinit. μνησθῆναι: part. μνησθεὶς, έντος, *memor factus seu recordatus*: futur. prim. μνησθήσομαι, *meminero*. à themate μνάομαι tertia pluralis imperfecti ἐμνάοντο ἐμνῶντο, & poëticè ἐμνώοντο, *memores erant*. vide 220, 21. & 39. part. μναόμενος μνώμενος, & Ionicè μνεόμενος: Herodotus, μνεώμενος ἀρχὴν, *ambiens seu affectans imperium*. Sed redeamus ad verba in σκω: Finita in έσκω ex έω, seruant omnia ε in fut. vt ἀρέσκω ab ἀρέω, *placeo*, μ. ἀρέσω: κέσκω à κέω (vnde & κεῖμαι, 326, 19.) *iaceo*, μ. κέσω.

Quæ

κυΐσκω.
βλῴσκω.
βλῴξας.
ANNOTATIO.
οἰδίσκω.
ᾤδεε.
στερηθέμεν.
γαμίσκω.
γαμέσσεται.
ἀλδήσκω.
κικλήσκω.
μιμνήσκω.
μνησαίατο.
ἐμνώοντο.
μνεώμενος.
κέσκω.

Quædam deſinunt in ύσκω, ab υω: hæc in penultima nihil mutant: μεθύσκομαι à μεθύομαι, ebrior, ebrius ſum: futurum med. μεθύσομαι: paſſ. μεθυσθήσομαι, μεθυσθήσῃ, inebriabor, beris. ῥύσκομαι, à ῥύομαι: traho, vel tueor: futur. med. ῥύσομαι: ῥυσόμεθα, defendemus: aor. prim. ἐρρυσάμην, ἐρρύσω, ἐρρύσατο, eripui, iſti, it: imperat. ῥῦσαι, libera: ῥύσασθε, liberate. perfect. paſſ. ἔρρυμαι, liberaui: ſine augmento ῥῦμαι: vnde infin. ῥῦσθαι, & tertia pluſquamperfecti Ionica ῥύατο pro ἔρρυντο, 190,16. ſic tertia pluralis imperfecti ῥύοντο, pro ἐρρύοντο, Ionicè depoſito augmento. huius imperat. ῥύου & Ionicè (193,30.) ῥύεο, libera. Verbum βόσκω, à βόω, paſco, pabulum præbeo, facit in futur. βοσκήσω, tanquam à βοσκέω: cùm dicendum eſſet βώσω: tamen à

9 βώσω ducitur perfectum βέβωκα, paui. 9 Futur. βρώσω: perfect. βέβρωκα: pluſquamperfect. ἐβεβρώκειν, ἐβεβρώκεις, ἐβεβρώκει, & abiecto ε, βεβρώκει, comederat: Opt. βεβρώκοιμι, βεβρώκοις: pro quo, κ in θ mutato, Homerus dixit βεβρώθοις, comediſſes: vel eſt Optat. medij ab inuſitato βρώθω. A βέβρωκα fit paſſiuum βέβρωμαι, βέβρωσαι, βέβρωται, vorat um eſt: infin. βεβρῶσθαι, eroſum eſſe: particip. βεβρωμένος, exeſus: τὰ βεβρωμένα, comeſa, aor. prim. ἐβρώθην: participium, βρωθεὶς, εῖσα, έν: τὰ βρωθέντα, comeſta. Aoriſtus ſecundus actiuus, ἔβρων, ἔβρως, ἔβρω, quaſi à βρῶμι, 228,20. & 234, 34.

μεθύσκομαι. ῥύσκομαι. ῥῦμαι. ῥῦσθαι. ῥύατο. ῥύεο. βόσκω. βρώσκω. βεβρώκει. βεβρώθοις.

αὔξω ab αὐξέω. Barytona à circumflexis.

1.2 [1] Αὔξω, augeo: Futurum, αὐξήσω, ab αὐξέω. [2] Innumera Barytona facta ſunt à circumflexis,

3.4 [3] temporáq; ſumunt à circũflexis; [4] ἀλέξω, ar-

5

6.7 ceo, iuuo: [5] ἄχθομαι, grauor, grauatè fero, ſuccenſeo:

8.9 [6] βούλομαι, volo: [7] θέλω, volo: [8] μάχομαι, pugno: [9] μέ-

10 λομαι, curo: [10] μένω, maneo: [11] οἴχομαι, abeo, pereo:

11 [12] οἴομαι, puto: [11] ὀφείλω, debeo: tanquam ἀλεξέω

12

11 ἀλεξῶ, ἀχθέομαι ἀχθοῦμαι, &c.

1 [1] A Futuro αὐξήσω, aoriſtus primus ηὔξησα, auxi: perfectum paſſ. ηὔξημαι, ηὔξησαι, ηὔξηται, & Ionicè depoſito augmento αὔξηται, creui, iſti, it: ſic in imperfecto αὔξετο pro ηὔξετο, augebatur: aoriſt. prim. ηὐξήθην, auctus ſum: particip. αὐξηθεὶς, adultus. Poſſunt hæc tempora ad αὐξάνω referri: ſignificat enim idem quod αὔξω, atque eodem modo ab αὐξέω tempora mutuatur, vt dictum eſt 336,31. Pro αὔξω poëtæ dicunt ἀέξω: vnde in imperfecto ἄεξε, augebat, ſine augmento: ſic ἀέξετο, augebatur, à paſſiuo ἀέξομαι, augeſco, creſco. fut. act. ἀεξήσω, quaſi ab ἀεξέω: hinc part. aor. primi paſſ. ἀεξηθεὶς, adultus, auctus.

αὔξηται. αὔξετο. αὐξάνω ab αὐξέω. ἀέξω ab ἀεξέω. ἄεξε. ἀέξετο.

[2] Et

² Et contrà, multa circumflexa à Barytonis formantur: vt à γράφω, fit γραφέω, *scribo*: vnde futur. γραφήσω: perfect. γεγράφηκα: plusquamperfect. ἐγεγραφήκειν, *scripseram*. à δαίω, *diuido, epulum præbeo, scio*, fit δαέω, correpta penultima. nam huiusmodi circumflexa penultimam Barytonorum diphthongo productam ferè corripiunt, ex αι subiunctiuam, & ex ει præpositiuam abiiciendo. de δαίω & δαέω vide infrà in appendice eorum quæ à δ incipiunt. à διδάσκω, *doceo*, fit διδασκέω, μ. διδασκήσω: aorist. pri. ἐδιδάσκησα: infin. διδασκῆσαι, *docuisse*. ab εἴδω, ἰδέω, *scio*: de quibus infrà in verbo εἴδω. à κλαίω, κλαέω & κλαιέω seruata diphthongo, id est, *fleo*. futur. κλαήσω, κλαήσεις, κλαήσει & κλαιήσει, *flebit*. à ῥίπτω, ῥιπτέω, *proijcio*, μ. ῥιπτήσω. à στείχω, στιχάω, *ordine eo, procedo*, μ. στιχήσω. à τύπτω, τυπτέω, *verbero*, μ. τυπτήσω, τυπτήσεις: infinit. τυπτήσειν: futurũ med. τυπτήσομαι, *vapulabo*. à φείδω, φιδέω, *parco*, id est, *abstineo, parcè vtor*, μ. φιδήσω: perfect. πεφίδηκα: pass. πεφίδημαι, πεφίδησαι: vnde paulopostfutur. πεφιδήσομαι, πεφιδήσῃ, & Ionicè (186,24.) πεφιδήσεαι, πεφιδήσεται, *parcam, es, et*. Aorist. secund. à φείδω siue à φιδέω, est ἔφιδον, poëticè πέφιδον, (172,16.) med. πεφιδόμην: Optat. πεφιδοίμην, πεφίδοιο, πεφίδοιτο, *parcat*. à χαίρω, χαρέω & χαιρέω, *gaudeo*: vnde à χαιρέω, μ. χαιρήσω, χαιρήσεις: & à χαρέω, futurum med. χαρήσομαι, vt dicetur infrà in verbo χαίρω. ³ Quandoque verò in ipsis circumflexis, nedum in Barytonis, tempora fiunt à Barytonis: vt φιλέω, φίλω, *diligo*: aoristus prim. ἔφιλα: medius, ἐφιλάμην, ἐφίλω, ἐφίλατο, deposito augmento φίλατο, *amauit*: imperatiuus φίλαι, *diligito*: particip. φιλάμενος, *qui dilexit*: potest tamen censeri imperfect. pass. à φίλημι, 232,14. vel per syncopen factum à regulari aoristo primo med. ἐφιλησάμην: sic φίλαι pro φίλησαι, & φιλάμενος pro φιλησάμενος. A φιλέω tertia imperfecti ἐφίλεε ἐφίλει, sine augmento φίλει, & Ionicè (170,31.) φιλέεσκε, *diligebat*: tertia pluralis præsentis passiui φιλέονται φιλοῦνται, & Doricè (220,12.) φιλευῦνται, *diligunt*, actiua significatione. Aorist. prim. pass. ἐφιλήθην, vnde tertia plur. Bœotica (192,30.) ἐφίληθεν, *amati erant*. Δοκέω, *appareo, videor*, sumit etiam tempora à Barytono δόκω, μ. δόξω: (poëticè tamen δοκήσω: εὖ φρονεῖν δοκήσετε, *sapere videbimini*: at part. perf. pass. δεδοκημένος *obseruãs, expectans*, est à δοκέω) à δόξω aorist. prim. ἔδοξα, ἔδοξας, ἔδοξε, *visus sum, es, est*: ἔδοξαν, *visi sunt*: subiunct. δόξω, δόξῃς, δόξῃ, *visus sim, sis, sit*: particip. δόξας, δόξασα, δόξαν, δόξασα ζημία, *mulcta arbitraria*: δόξαν sumitur absolutè, pro *cùm visum esset*. Perfectum δέδοχα: pass. δέδογμαι: tertia

2 *Circumflexa à Barytonis.*
γραφέω.
δαέω.
Notio.
διδασκέω.
ἰδέω.
κλαέω & κλαιέω.
ῥιπτέω.
στιχάω.
τυπτέω.
φιδέω à φείδω.
πεφιδήσεαι.
πεφίδοιτο.
χαρέω & χαιρέω.
3
φιλέω à φίλω.
φίλει.
φιλέεσκε.
φιλευῦνται.
ἐφίληθεν.
Δοκέω à δόκω.
δοκήσετε.
δεδοκημένος.
δόξαν.

δέδοκται.
tertia persona δέδοκται, *decretum est, stat sententia* : parti-
δεδογμένα.
cip. δεδογμένος, η, ον : κατὰ τὰ δεδογμένα, *ex conuento, iuxta*
γαμέω à γάμω.
visa & cõuenta. Sic γαμέω, *vxorem duco*, sumit aoristum
4 primũ ἔγημα, à Barytono γάμω, sed de hoc infrà. [4] Fut.
ἀλεξήσω, *arcebo*: aorist. prim. ἠλέξησα: vnde in Optat. Æo-
ἀλεξήσειε.
lico (181, 2.) ἀλεξήσεια, ἀλεξήσειας, ἀλεξήσειε, *prohibeam, as, at,*
seu *auertam, as, at* : in infinit. vocis mediæ ἀλεξήσασθαι,
ἀλέξασθαι.
syncope ἀλέξασθαι, *arcere*. Præsens infinitiui actiui ἀλεξ-
ἀλεξέμεναι.
Atticè & Dor. (182, 6.) ἀλεξέμεναι, *auxiliari, succurrere.*
ἄχθομαι ab ἀχθέομαι.
5 [5] Fut. med. ἀχθήσομαι & ἀχθέσομαι, vnde ἀχθέσει, *moleste*
feres, Atticè pro ἀχθέσῃ, 306, 36. Aor. prim. pass. ἠχθέσθην,
ἀχθέσει.
agrè tuli. At ἠχθόμην, ἤχθου, ἤχθετο, *inuisus eram, as, at*, est
6 à themate ἐχθάνομαι siue ἔχθομαι, de quo 337, 34. [6] Fu-
βούλομαι à βουλέομαι.
turum medium βουλήσομαι, *volam*, 304, 14. Perfectum
pass. βεβούλημαι, *volui* : aorist. prim. ἐβουλήθην, & Atticè
ἠβουλήθην, *volui*, 290, 11. particip. βουληθεὶς, έντος, *cupiens,*
7 *volens.* Præterit. med. βέβουλα, *volui.* vide 213, 35. [7] De
8 hoc infrà, inter verba quæ à θ incipiunt. [8] Futur. med.
μάχομαι à μαχέομαι.
μαχέσομαι & μαχήσομαι: vnde in tertia plur. μαχέσονται
μαχήσονται, *dimicabunt*: fut. secund. med. μαχοῦμαι, μαχῇ,
μαχοῦμαι.
μαχεῖται, *pugnabo, is, it* : aorist. prim. med. ἐμαχεσάμην,
tertia plur. ἐμαχέσαντο, *pugnauerunt.* Perfect. pass. μεμά-
9 χημαι; vnde particip. μεμαχημένος, *depugnatus.* [9] Fut.
μέλομαι à μελέομαι.
med. μελήσομαι, μελήσῃ, μελήσεται, *curæ erit* : perfect. pass.
μεμέλημαι: part. μεμελημένος; aorist. prim. ἐμελήθην: part.
μέλω à μελέω.
μεληθεὶς, *curatus.* sic actiuum μέλω, *curo*, μ. μελήσω, *curabo.*
sic μέλλω à μελλέω.
sed vsitatius est impersonale μέλει, *curæ est*, μ. μελήσει, *curæ*
erit: aorist. prim. ἐμέλησε, *curæ fuit* : imperfect. ἔμελε, *curæ*
erat. De μέμηλα & μέμηλα præterito medio, vide 309, 16.
10 [10] Vide 297, 21. & 298, 26. & 307, 6. atque 309, 12. [11] Fut.
οἴχομαι ab οἰχέομαι. ᾤχωκα.
11 med. οἰχήσομαι, *abibo.* Perfect. act. ᾤχηκα, *abij*, & Atticè
verso η in ω, ᾤχωκα, & Ionicè detracto augmento οἴχωκα,
οἰχώκεα.
plusquamperf. Ion. οἰχώκεα, † οἰχώκεας, οἰχώκεε, *abierat.*

ANNOTATIO.

[Nisi fortasse flectendum potius sic, οἰχώκεα, οἰχώκεις,
οἰχώκεε, quemadmodũ apud Hesychium legimus ᾔδεα,
ᾔδεες, ᾔδεε : vt scilicet ας secundæ personæ resoluatur
Ionicè in εες, sicut ε tertiæ in εε. Supra tamen 300, 33.
habet itidem ὀδώδεας, & v. 35. ᾔδεας : necnon ἐλελήθεας,
infra in Annotationibus Antesignani ad verbum λήθω.]
perfect. pass. ᾤχημαι: aor. sec. med. ᾠχόμην, ᾤχου, ᾤχετο : in duali
prima plurali ᾠχόμεθα, in tertia ᾤχοντο, & Ionicè sine
augmento οἴχοντο, *abierunt* : Optat. οἰχοίμην : tertia plur.
οἰχοίατο.
12 οἴχοιντο, & Ionicè οἰχοίατο, 190, 30. [12] De οἴομαι & ὀφείλω,
vide infrà inter verba quorum initium est ο. Præceden-
ἕψω ab ἑψέω.
tibus adde ἕψω, *elixo, coquo*, ab ἑψέω, μ. ἑψήσω: aor. prim.
ἥψη-

ἥψησα,ας,ε, *coxi,isti,it.* futur.med. ἑψήσομαι: tertia plur. ἑψήσονται, *coquent.* perf. pass. ἥψημαι, & Ionicè detracto augmento ἕψημαι: vnde part. ἑψημένος, *coctus:* aor.prim. ἡψήθην, ἡψήθης, ἡψήθη, *coctus sum,es,est:* infi. ἑψηθῆναι, *decoctum esse:* particip. ἑψηθεὶς, έντος, *decoctus.*

[1] Ἀπόχρη, *sufficit:* Imperf. ἀπέχρη, *satis erat.* Futur. [2] ἀποχρήσει: Aoristus prim. ἀπέχρησε, ab ἀποχράω. vide χρή. 1 ἀπόχρη ab ἀπο- 2 χράω.

Ἀφίει, *dimittebat,* imperfectum à circumflexo, pro ἀφίη, ab ἀφίημι, *dimitto:* vt ἐτίθει pro ἐτίθη, pag. 234. versu 20. [3] Atticè augetur ἀφίει, ἠφίει, vt ἠφέθη pro ἀφέθη, *dimissus est.* 3 — ἀφίει. ἠφίει. ἠφέθη.

Ἄφυκτος, *ineuitabilis,* à φεύγω, *fugio:* tertia persona perfecti passiui, πέφευκται: verbale, φευκτὸς, vnde ἄφευκτος, & ablata præpositiua ἄφυκτος, vt [4] τέτυκται, *paratus seu structus est,* pro τέτευκται, à τεύχω, *paro, fabrico.* 4 — ἄφυκτος. τέτυκται.

[1] Ab Inusitato ἀπόχρημι, ἀπόχρης, ἀπόχρησι, apocope ἀπόχρη. [2] Et in tertia plur. ἀποχρήσουσι, *sufficient.* infinit. ἀποχρήσειν, *satis fore, suffecturum esse:* in præsenti ἀποχρῆν, *satis esse,* Doricum est (213,18. & 215,10.) pro ἀποχρᾶν, quod & ipsum reperitur, ab ἀποχράω, vnde & tertia plur. ἀποχράουσιν ἀποχρῶσι, *sufficiunt, & sufficiant:* nam etiam subiunctiuus est. particip. ὁ ἀποχρῶν, ῶντος: ἡ ἀποχρῶσα, ώσης: τὸ ἀποχρῶν, ῶντος, *sufficiens:* à genitiuo plur. ἀποχρώντων, fit aduerbium ἀποχρώντως, *sufficienter, satis, abunde.* [3] Vide 297,1.& 7.& 320,16. sic ab ἀφείω, aorist. secund. ἄφιον, ες, εν: & Atticè † ἤφιε, *dimisit.* [οὐκ ἤφιε, non permisit, *legitur Marci 1, 34. & 11,16. sed quum non reperiatur ἀφείω nisi apud poëtas, idque in aor. 2. subiunct. pro ἀφῶ, dimisero, 320, 3. referri commodius potest ad ἀφιέω ῶ (quemadmodum ἤλιτε ad ἀλιτέω ῶ, 214,5.) aucto non medio, quod capere augmentum nequit, sed principio, vt in ἠφίει, ἠφίεταν, & ἠφείθη: quæ apud Hesych. & Suidam leguntur, ab eodem ἀφιέω & cognato ἀφίημι. Non absimile est participium ἠφηνιακότι apud eundem Suidam, ab ἀφηνιάζω,* habenas detrecto vel excutio. *nam in eo quoque præpositio recepit incrementum, quum posterior compositionis pars, nimirum ἡνία* lorum, habena, *augeri quantitate non possit.*] [4] De hoc infrà in verbo τυγχάνω. 1 2 3 4 — ἀπόχρη. ἀποχρήσουσι. ἀποχρῆν. ἀποχρᾶν. ἀποχρῶν, ῶσα, ῶν. ἤφιε. ANNOTATIO.

GRAMMATICI Vulgò enumerant nonnulla verba anomala ab aliis thematibus hoc aut illud tem- — *Appendix.*

pus accipientia, præter hæc quæ à CLENARDO re-censentur & hic ab α & postea ab aliis literis incœpta: quæ si his annecteremus, non abs re nos facturos su-mus arbitrati.

ἄγαμαι ab ἀγάζομαι vel ἀγάομαι.

Ἄγαμαι, ἄγασαι, ἄγαται, *admiror, suspicio*: secundæ con-iugationis verborum in μι ab inusitato ἄγημι. imperf. regulare ἠγάμην: at futur. med. ἀγάσομαι: aor. prim. med. ἠγασάμην, ἠγάσω, ἠγάσατο, *admiratus sum, es, est*: tertia plur. ἠγάσαντο & deposito augmēto ἀγάσαντο: Opt. ἀγασαίμην, ἀγάσαιο, ἀγάσαιτο: infin. ἀγάσασθαι, *admirari, inuidere*: partic. ἀγασάμενος, & geminato σ, ἀγασσάμενος, *indignatus*. Aorist. prim. pass. ἠγάσθην, ἠγάσθης, ἠγάσθη, tertia plur. ἠγά-σθησαν, *sunt admirati*: Optat. ἀγασθείην, ἀγασθείης, [illegible] *admirer, eris, etur*: particip. ἀγασθεὶς, έντος, *admiratus, oblectatus*; ab ἀγάομαι vel ἀγάζομαι.

ἀγορεύω ab εἴρω, ἐρέω, ἐρῶ.

Ἀγορεύω, *dico, loquor, orationem habeo*: imperfectum regulare ἠγόρευον, ες, ε: sine augmento ἀγόρευον, *dicebam & dicebant*. fut. ἀγορεύσω: aorist. prim. ἠγόρευσα, ας, εν, *ora-tionem habui, isti, it*. Aliud futurum ἐρῶ, εῖς, εῖ: *dicam, es, et*: tertia plur. ἐροῦσι, *dicent*: particip. ἐρῶν, οῦντος, *dicturus*: Io-nica dialysi (179, 15.) ἐρέω, ἐρέεις, ἐρέει: & particip. ἐρέων [illegible] εἴρω, vt σπείρω, σπερῶ, 157, 34. Perfect. εἴρηκα, *dixi*: pass. εἴρη-μαι, εἴρησαι, εἴρηται, *dictus sum, es, est*: tertia plur. εἰρήνται & Ionicè (190, 16.) εἰρέαται. imperat. εἰρήσθω: hinc [illegible] εἰρήσθω, *dictum sit*: part. εἰρημένος, η, ον: τὰ εἰρημένα, *dicta*: aorist. prim. εἰρέθην & sine augmento ἐρέθην, ab ἐρέω quod augetur per ει, 286, 20. & 31. Facit & in perfecto pass. ἔρρημαι, ἔρρησαι, ἔρρηται: vnde ῥήτωρ, *rhetor*: & ῥητὸς, *di-ctus, dicendus, celebris*: compositum cum α priuatiua particula ἄρρητος, *non dictus vel dicendus, ignobilis*. [illegible] infra in verbo ῥέω. Ab eodem ἔρρημαι, σαι, ται, *dictus*: aoristus primus ἐρρήθην, ἐρρήθης, ἐρρήθη, *dictus sum, es, est* (quod & ἐρρέθην per systolen) & particip. ῥηθεὶς, *dictus*: de quibus [illegible] *dictum, responsum*: [illegible] *nuntiatum*: & infinit. ῥηθῆναι, *dici*: atque futurum primum passiuum ῥηθήσομαι, ήσῃ, ήσεται, *dicar, eris, etur*, ab inusitato ῥέω, ῥήσω: aoristus primus ἔρρησα: medius ἐρρησάμην: hinc tertia plur. deposito augmento ῥήσαντο, *dixerunt, decreuerunt*: & particip. ῥησάμενος, *confessus*.

ῥήτωρ, ῥητός.

ἄρρητος.

ἀναίνομαι ab ἀνανέω.

Ἀναίνομαι, *renuo, recuso*: secunda persona ἀναίνῃ & Io-nicè (126, 24.) ἀναίνεαι. perf. pass. ἀνήνημαι: tertia persona ἀνήνηται, *obstricto animo repudiauit*, quasi ab ἀνανέω, quod sit cōpositū ex ἀνὰ & αἰνέω. Huius aor. pr. med. ἠνηνάμην [illegible] cum duplici augmento, 343, 45. infin. ἀνήνασθαι alterū [illegible] detur seruare: sed part. ἀνηνάμενος, ἀνηναμένη, neutrum.

Αἴρω,

Αἱρέω, capio, conuinco. Imperfectum ᾕρεον ᾕρουν. & Dorice (119,20.) ᾕρευν, *capiebam & capiebant*: in tertia persona pro ᾕρεε, ᾕρει, Herodotus deposito augmento & ex ει subiunctiua dempta dixit † ἄρεε. fut. αἱρήσω, αἱρήσεις. & medium αἱρήσομαι. Perfect. ᾕρηκα, ας, ε. pro ᾕρηκε Herodotus dixit † ἡρήκεε, *subegit*: nisi potius sit plusquamperfect. Ionicum pro ᾑρήκει, *subegerat*, 300,27. particip. ἡρηκὼς, cum ἀνὰ, ἀνηρηκὼς, *qui sustulit*. Et hæc quidem tempora à se ipso sumit: at aoristum secundum ab ἕλω: quod per ει augetur, 286, 17. εἷλον, εἷλες, εἷλε, & sine augmento ἕλον, ἕλες, ἕλε, *cepi, conuici, isti, it*: hinc cum ἀνὰ, ἀνεῖλον, ες, εν, *occidi, isti, it*: cum ἐξ, ἐξεῖλον, *euerti & euerterunt*. imperat. ἕλε (vnde ἔξελε, *erue*) & ἕλον, 180,6. vnde ἄνελον, *tolle*: optat. ἕλοιμι, ἕλοις, ἕλοι: tertia plur. ἕλοιεν, cum ἐξ, ἐξέλοιεν, *exemissent*: Subiunct. ἕλω, *capiam*: infinit. ἑλεῖν (vnde ἀνελεῖν, *interimere*) & Ionice (1[illegible],14.) ἑλέειν, *cepisse*. part. ἑλὼν, *conuincens*: ἐξελὼν, *eripiens, eximens*: ἀνελὼν, *interimens, qui occidit*. Ab aorist. secundo εἷλον fit fut. sec. ἑλῶ, *capiam*: vnde ἐξελῶ, *eximam*. at ἐξελῶσι, *expellent*, est futurum Atticum pro ἐξελάσουσι, à themate ἐξελαύνω, *expello*, extrito primum σ, deinde facta contractione. Sic αἱρέομαι, *eligo, instituo*: aor. secund. med. εἱλόμην, εἵλου, εἵλετο: sine augmento ἑλόμην, ἕλου, ἕλετο: tertia plur. εἵλοντο & ἕλοντο, *acceperunt, elegerunt*: hinc ἐξειλόμην, ἐξείλου, ετο, *exemi, isti, it*: ἀνειλόμην, *sustuli*: ἀφειλόμην, *abstuli*: imperat. ἑλοῦ, *cape*: Opt. ἑλοίμην; subiunct. ἕλωμαι, ἐξέλωμαι, *eximam, deligam*: infinit. ἑλέσθαι, *instituisse*: ἀνελέσθαι, *sustulisse*: ἀπελέσθαι, *abstulisse*, pro ἀφελέσθαι, Ionice, 118,30. part. ἑλόμενος, *qui instituit*. Ab αἱρέομαι, futur. med. αἱρήσομαι: perf. pass. ᾕρημαι, ᾕρησαι, ᾕρηται: particip. ἡρημένος, [illegible] augmento & cum Attica reduplicatione ἀραιρημένος, *captus*: pro ω repetitur α, quod repetita vocalis [illegible] corripienda. sic in tertia plusquamperfecti ἀραίρητο, *delectus erat*, pro ᾕρητο. atque perfectum cum ἀπὸ, ἀπαραίρημαι pro ἀφῄρημαι, *abstuli & ablatus sum*: atque participium actiuum cum ἀνὰ, ἀναραιρηκὼς, *qui sustulit*. aor. prim. pass. ᾑρέθην (vnde καθῃρέθην, [illegible] 8, [illegible]) sine augmento αἱρέθην, θης, θη, *captus sum, es, est*: subiunct. αἱρεθῶ, ῇς, ῇ: tertia plural. αἱρεθῶσιν, & Ionica solutione αἱρεθέωσι, 236,41. & 237,1. participium αἱρεθεὶς, *captus*: fut. prim. pass. αἱρεθήσομαι, *capiar*: ἐξαιρεθήσομαι, ἐξαιρεθήσῃ, ἐξαιρεθήσεται, *eruar, eris, etur*.

αἱρέω ab ἕλω. — ἄρεε. — ἡρήκεε. — ἄνελον. — ἐξελῶσι. — ἀπελέσθαι. — ἀραιρημένος. — ἀραίρητο. — ἀπαραίρημαι. — ἀναραιρηκώς. — αἱρεθέωσι.

Αἴρω, tollo, eleuo: fut. ἀρῶ, vt à φαίνω, φανῶ, 157,34. aorist. prim. ἦρα per η monophthongum: multi ι subscribunt: tamen [illegible] in reliquis modis seruatur α futuri, non αι præ-

αἴρω.

sentis : imperat. ἆρον: Optat. ἄραιμι: subiunct. ἄρω, ἄρῃς: infinit. ἆραι: particip. ἄρας, cum ἀπὸ, ἀπάρας, *profectus*. Aor. prim. med. ἠράμην, vel (vt alij volunt) ἠράμην: ἤρατο, *attulit*: ἤραντο, *susceperunt*: infinit. ἄρασθαι, *suscepisse*: particip. ἀράμενος, ἀραμένη, ον, *qui sustulit vel suscepit*: Aorist. sec.

ἄραρε. ἦρον, deposito augmento ἄρον: at ἄραρον, ες, ε, *aptaui, accommodaui*, est aorist. sec. per reduplicationem factus a verbo ἄρω, quod est *apto, accommodo*: hinc ἀραρών, *qui*

ἀραρών. *accommodauit*. in Opt. medio ἀραροίμην: tertia plur. Io-

ἀραροίατο. nica ἀραροίατο, *accommodauerint*, pro ἀράροιντο, 190, 5. Ab ἦρον, aorist. med. ἠρόμην: optat. ἀροίμην, ἄροιο, ἄροιτο, *auferam, portem, es, et*: subiunct. ἄρωμαι, ἄρῃ & Ionicè (186, 24.)

ἄρηαι. ἄρηαι, *auferas*: tertia plur. ἄρωνται: infi. ἀρέσθαι, *se subducere*. Perfectum act. ἦρκα: pass. ἦρμαι: plusquamperfect. ἤρμην,

ἄωρτο. ἦρσο, ἦρτο, reiecto augmento & pleonasmo τοῦ ω, ἄωρτο, *pe-*

ANNOTATIO. *penderat*. [*Verum* ἄωρτο *Herodianus apud Etymol. deriuat ab* ἀρῶ, *exponens* ἥρμοστο, *aptatus erat: alij ab* αἴρω, *fuit, suspensus erat. Eustathius vero annotat, si per ω scribatur* ἄωρτο, *factum esse ex* ἠώρητο, *syncope penultimæ, & systole primæ: si vero* ἄορτο, *penultima breui, fieri ex* ἀείρω. *Potest tamen etiam* ἄωρτο *ex* ἀείρω *deriuari: vt ex* ἀείρω *primum sit perf. pass.* ἄορμαι, *factum ex* ἤερμαι, *detracto poëticè augmento, & ε Æolicè (infrà ad verbum* ἀπαυ*... in ο verso: deinde plusquamperf.* ἀώρμην, *aucta non prima, sed secunda, velut in* ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐῴκειν, *300, 25. ex* ἄορται *sanè verbalia sunt* ἀορτὴρ *&* ἀορτεὺς *apud Hesychium.*] Aorist. prim. ἤρθην, *sublatus sum*: sine augmento ἄρθην, ἄρθης, ἄρθη, *eras, isti, it*: imperat. ἄρθητι, *attollere, erigere*: infinit. ἀρθῆναι, *sublatum esse*: particip. ἀρθεὶς, *sublatus*: futur. prim. ἀρθήσομαι, ἀρθήσῃ, ἀρθήσεται, *tollar, eris, etur*: Præterit. med. ἦρα, & repetitis duabus primis futuri actiui

ἄρηρα. literis, ἄρηρα, *abstuli*.

ἀπαυράω ab ἀπαύρω. Ἀπαυράω, *aufero, eripio*: imperf. ἀπηύραον cum augmento in medio, & crasi ἀπηύρων, *auferebam & auferant* illi:

Notio. *abstulerunt*: (nam non rarò imperfect. sumitur pro aoristo) tertia persona ἀπηύρα, ἀπηύρα, *abstulit*. Aorist. prim. ἀπῆυρα, & sine augmento Ionicè ἀπαύρα, *priuauit* eum capit ab ἀπαύρας.

B

βαίνω à βάω & βίβημι.

1. 2 [1] Βαίνω, *vado*: Futur. [2] βήσομαι, à βάω. Aorist.

3. 4 sec. [3] ἔβην, à βίβημι [4]. sic καταβαίνω, κατέβην, *de-*

κατέβην. 5 *scendo*: Imperatiuus, κατάβηθι, vt [5] ἀνάβαθι, *ascen-*

κατάβαθι. 6 *de*: per α Atticè, [6] pro κατάβηθι, ἀνάβηθι, vt

ἀνάβαθι. 7 etiam [7] φάθι, *dic*, & σύμφαθι, *confitere*: per apo-

φάθι, σύμφαθι. co

copen autem [8] καταβα, ἀνάβα, vt [9] ἀνάστα pro 8. 9 κατάβα, ἀνάβα. ἀνάστα.
ἀνάστηθι, *exurge*.

[1] IMPERFECTVM ἔβαινον, ἔβαινες, ἔβαινε, & sine 1
augmento βαῖνε, *gradiebatur*. [2] Doricè βάσομαι βάσῃ: 2 βαῖνε.
cũ ἀνὰ, ἀναβάσῃ, & poëticè (173,15. & 23.) ἀμβάσῃ, *ascendes*. ἀμβάσῃ.
sic ἀμβαίνων pro ἀναβαίνων, *ascendens*. Dicitur etiam Doricè βασεῦμαι & βασεῦμαι: tertia plur. βασεῦνται & βασεῦνται, *gradientur*. Fut. actiuum est βήσω: vnde aorist. prim. ἔβησα, ἔβησας, ἔβησεν, *ascendere iussi, isti, it*: & aorist. prim. med. ἐβησάμην: part. βησάμενος, *qui ascendit aut ascẽdere fecit*. Perfect. act. βέβηκα, *iui*: plusquamperfect. ἐβεβήκειν: ἐβεβήκει, & sine ε, βεβήκει, *iuerat, insistebat*: part. ὁ βεβηκὼς, *ingressus*, item *nixus, fultus*: ἡ βεβηκυῖα, *gressa*, vel *fulta*: τὸ βεβηκὸς, substantiuè, *securitas, firmitas*. Pro perfecto βέβηκα Iones dicunt βέβαα: (236,11.) hinc plusquamperfect. ἐβεβάειν: tertia plur. ἐβεβάεσαν, syncope & detracto augmento βέβασαν, *ingressi erant*. [3] Vt ἔστην ab ἵστημι, 226,32. & 234,34. sine augmento βῆν, βῆς, βῆ, *iui, iuisti, iuit*: tertia dualis βήτην, & Doricè βάτην, *iuerunt duo*: tertia plur. ἔβησαν, βῆσαν, & syncope βάν, *iuerunt*: imperat. βῆθι, *vade*: subiunct. βῶ, βῇς, βῇ, & Ionicè βέω, βέῃς, βέῃ, & poëticè βείω, βείῃς, βείῃ, *iuero, is, it*. vide 236,35. à βῶ prima plur. βῶμεν, & Dor. βῶμες, *eamus*, vt πρᾶτος pro πρῶτος, 118,16. infin. βῆναι, Atticè & Dor. βήμεναι, *iuisse*: particip. βὰς, βᾶσα, *ingressus, ingressa*. [4] Pro βῆμι reposui βίβημι. nam illud irregulare & inusitatum est. hoc vero & regulam sequitur, (221,19.) & vsurpatur à poëtis. est enim inde participium βιβὰς apud Homerum, vt ἱστὰς ab ἵστημι. [5] Ab ἀναβαίνω, *ascendo*. [6] Communiter enim (vt habes 235,6.) aorist. sec. imperatiui verborum in μι, vocalem indicatiui seruat, vt στῆθι: sed Doricè atque in his Atticè ponitur α pro η in Secunda coniugatione. [7] Pro φῆθι, σύμφηθι, à φημὶ, *dico*, σύμφημι, *confiteor*. [8] Sic ἔμβα, *ingredere*, pro ἔμβηθι. & in indicatiuo ἔμβην, ἔμβης, ἔμβη, *ingressus sum, es, est*: detracto augmẽto, pro ἐνέβην, ης, η: (at ἀπέβα, *euenit*, pro ἀπέβη dictum est, Doricè α pro η, in aor. sec. ab ἀποβαίνω) atque simplex βᾶ, βάτω, *incede, incedat*: & in plurali βᾶτε, *incedite*, pro βῆθι, βήτω, βῆτε. [9] Et rursus per apocopen ἄνα: & in plur. ἄνστε pro ἀνάστητε, *exurgite*, ab ἀνίστημι, *excito, suscito*: quod componitur ex ἀνὰ & ἵστημι. sic ἀπόστα, *absiste*, pro ἀπόστηθι, ab ἀφίστημι: atque etiam præsens ἵστα pro ἵσταθι: cum κατὰ, κατάστα, *constitue*.

Margin: 3 βέβασαν. — βάτην. — βάν. — βῶ, βέω, βείω. — βῶμες. — βήμεναι. — 4 ANNOTATIO. — 5. 6 — 7. 8 ἔμβα. ἔμβην. ἀπέβα. βᾶ. βᾶτε. — 9 ἄνα. ἄνστε. ἀπόστα. ἵστα. κατάστα.

[1] Βάλλω, *mitto*: Perfect [2] βέβληκα à [3] βλέω: 1. 2 βάλλω à βλέω
2 3 · 3

4 vt [4] ἀπέσκληκα, *obrigui*, non à simplici σκέλλω, *sicco*, sed à σκλάω.

1 [1] IMPERFECTVM ἔβαλλον, ες, ε: sine augmento

βάλλε. — βάλλε, *iaciebat*: est & βάλλε præsens imperatiui: βάλλ' ἐς κόρακας, *mitte te ad coruos*, id est, *abi in malam rem*. imperf. pass. ἐβαλλόμην: tertia plur. ἐβάλλοντο, sine augmento

βάλλεο. — βάλλοντο, *mittebant*: imperat. βάλλου, & Ionicè βάλλεο, *immitte*, 193, 31. Verbi βάλλω futurum regulare est βαλῶ, εῖς, εῖ, 157, 23. & 161, 31. vnde in secunda plur. βαλεῖτε, *iacietis*, *iactabitis*. Poëtæ pro βαλῶ dicũt βαλλήσω, *iaciam*

βαλλήσω. — vnde aor. prim. ἐβάλλησα, & sine augmento βάλλησα, *proieci*, quasi à βαλλέω. Aorist. sec. ἔβαλον, ες, ε: sine augmēto

βάλε. — βάλον, βάλες, βάλε, *ieci*, *isti*, *it*: hinc imperat. βάλε, *iace*. (est

ἄβαλε. — & indignationis aduerbium: vel cum ἀφετλικῷ, ἄβαλε, *vtinam*) infin. βαλεῖν, & Ionicè βαλέειν, *iecisse*, 183,

βαλέειν. — part. βαλὼν, *qui iecit*, *iaculatus*. Aorist. sec. med. ἐβαλόμην, ἐβάλου, ἐβάλετο: imperat. βαλοῦ. & Doricè (119, 16.) βαλεῦ

ἀμβάλευ. — cum ἀνὰ, ἀναβαλεῦ, & poëticè (173, 14. & 23.) † ἀμβάλευ *prælude*, ab ἀμβάλλω pro ἀναβάλλω. vnde in subiunctiuo

ἀμβαλλώμεθα. — pass. ἀμβαλλώμεθα, *differamus*. subiunctiuus βάλωμαι βάλῃ,

2 βάληται, *iaciar*, *ar*, *at*: infin. βαλέσθαι. [2] Perfect. pass. βέβλημαι, βέβλησαι, βέβληται: vnde tertia plur. Ionica & poëtica (19?, 16. & 34.) βεβλήαται pro βέβληνται: infinitiuus

βεβλήαται. — βεβλῆσθαι, *passim & vulgò iacere*: part. βεβλημένος, *iactus*: plusquamperfect. ἐβεβλήμην: tertia persona ἐβέβλητο: cū augmento imperfecti ἔβλητο. & deposito omni augmento βλῆτο, *ictus erat*, 301, 5. tertia plur. Ionica βεβλήατο (19?, 16. & 34.) *icti fuerant*, & addito per pleonasmum ο, βεβολήατο & βεβολήατο. sic in part. βεβολημένος pro βεβλημένος, *ictus*. quamquam hęc à βολέω deduci possunt.

ἔβλητο.
βλῆτο.
βεβλήατο.
βεβολήατο.
βεβολημένος.

A perfecto βέβλημαι, σαι, ται, aor. prim. ἐβλήθην: subiunctiuus βληθῶ, *iaciar*: infin. βληθῆναι, *ictum esse*: part. βληθεὶς, *ictus*: syncope βλεὶς, *percussus*. potest tamen etiam

βλείς. — censeri aor. sec. à βλῆμι (vt θεὶς, 225, 9.) vnde & passiuum βλῆμαι penultima longa, è quo part. βλήμενος (233, 23.) &

βλεῖο. — 3 & opt. βλείμην, βλεῖο, βλεῖτο, *percuterer*, *ereris*, *tur*. [3] Vnde

4 & futur. βλήσω, *mittam*, *percutiam*. [4] De hoc 346, 1?.

βιόω à βίωμι. 1. 2 [1] Βιόω, *viuo*: Fut. [2] βιώσομαι: tertia preteriti pass. βεβίωται, *victum est*, *vita peracta est*, tanquā impersonale: & participium, τὰ βεβιωμένα, *quae in vita*

3. 3 *peracta sunt*. Aor. sec. [3] ἐβίων: Imperat. [3] βιῶθι, βιώτω: Opt. βιῴην, [4] vt δῴην: vnde [5] βιῴην vt ...

βιῴην. — 4. 5

3. 3 Infinit. [3] βιῶναι: Particip. [3] βιοὺς, βιοῦντος, à βίωμι.

[1] PASSIVVM Βιόομαι: vnde in tertia βιόεται, & 1
crasi βιῶται, *viuit.* [2] Per syncopen βώσομαι: secunda 2
plur. βώσεσθε, *viuetis.* aliàs βώσομαι contractum est ex
βοήσομαι, 208,26. [*βώσεσθε pro βιώσεσθε affert Etymologus ex Apollonio, πῶς τῆμος βώσεσθε δυσάμμοροι,* quomodo tũc viuetis infortunati. *Videndum tamen ne potius sit ex βόσκω. significans pascetis, seu pascemini.*] Est & aliud verbi βιόω futurũ poëticum, nempe βείομαι pro βιώσομαι, à βέω, reiecto σ: nã apud Poëtas haud rarò verba Sextæ cõiugationis abiiciunt σ in futur. primo, vt δήω, δήεις, *inueniam, es*: δήομεν, *inueniemus*, pro δήσω, δήσεις, δήσομεν: vnde & aorist. prim. ἔδηα, *inueni*, à δέω *inuenio.* κλείω, *laudabo*, pro κλείσω, à κλείω, *laudo.* κέω & poëtica ectasi κείω, *cubabo*: particip. κέων & κείων, *cubiturus, dormiturus*, pro κέσω, κέσων, à κέω: hinc κατακείετε, *cubitum ibitis*: & κατακείοντες, *dormituri*: de quo 173,34. χεύω, *fundam*, pro χεύσω, à χέω, 304,17. A βιόω, μ. ώσω, π. βεβίωκα, fit participium βεβιωκώς, *qui vixit.* [3] Ἐβίων vt ἔδων & ἔγνων: 3
βίωθι vt γνῶθι: βιῶναι vt γνῶναι, 235,8. βιοὺς vt δοὺς, 229,3.
[4] Vide 228,26. [5] Hoc fit more Attico, Æolico ac Do- 4.5
rico, veluti dictum est in Optatiuo verborum circumflexorum, 219,43. Nam interdum verba tertiæ coniugationis in μι, illum circumflexorum optatiuum imitantur, idque tam in præsenti quàm in aoristo secundo. dicunt enim in præsenti διδῴην, διδῴης, διδῴη, &c. & in aoristo secundo δῴην, δῴης, &c. quidam ι non subscribunt, Dorũ more, qui illud vbiq; ferè negligunt, 119,42.

Γαμέω, duco vxorem: Futurum, γαμήσω, [1] Aori- 1
stus primus, ἔγημα, à γάμω. Præsens, γαμησείω,
nupturio. nam quædam in είω appetentiã actus
significant,[2] ac partim fiunt à futuro; [3] πολε- 2.3
μήσω, *bellum geram*; πολεμησείω, *bellaturio*: [4] ὄψω, 4
cernam; ὀψείω, *cernere cupio*: [5] βρώσω, *edam*; βρω- 5
σείω, *esurio*: partim à præsenti; [6] κρατῶ, κρατείω, 6
teneo, vinco: κιχρῶ, κιχρείω [7], *commodo*: τελῶ, τελείω, 7
perficio, & alia consimili ratione.

Γίνομαι & γίγνομαι, *fio, sum.* Futurũ γενήσομαι:
Præteritum,[8] γεγένημαι: Aoristus primus me- 8
dius, ἐγενησάμην: secũdus,[9] ἐγενόμην, à γένομαι [10]. 9
Præteritum medium,[11] γέγονα, à γείνω. Aorist. 10 11
prim. medius,[12] ἐγεινάμην: Futurum primum 12

βιῶται.
βώσομαι.
ANNOTATIO.
βείομαι.
δήω. δήεις.
δήομεν.
ἔδηα. κλείω.
κέω, κείω.
κέων, κείων.
κατακείετε.
χεύω.
ἐβίων. βίωθι.
βιῶναι. βιούς.
βιοίην, βιῴην.
δῴην.
Notio.
διδῴην.
Dorismus.

Γ
γαμέω à γάμω.
In είω facta à præsenti & futuro, appetentiam actus significant.
γίνομαι & γίγνομαι, à γείνομαι & γένομαι.

γεννάω. Ionismus. γέννατο. γείνατο.

med. γεννῶμαι, à γείνομαι. Dicitur etiam γεννάω per geminum νν, vnde aorist. primus, ἐγέννησα: medius, ἐγεννησάμην: tertia persona, ἐγεννήσατο: Syncope ἐγέννατο: pro qua, † γέννατο, more Ionũ, qui augmenta respuunt. vt etiam γείνατο, pro
12 ἐγείνατο, ab [12] ἐγεινάμην.

γινώσκω à γνόω.

13 [13] Γινώσκω, *cognosco*: Futurum, γνώσομαι: Præ-
14 teritum, [14] ἔγνωκα, à γνόω. Aorist. secund. [15] ἔγνων:
15 Imperatiuus, γνῶθι: Infinitiuus, γνῶναι: Parti-
16 cipium, γνούς, à γνῶμι. [16] sic ἀναγινώσκω, *lego*: ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

ἔγημα. ἐγάμησα.

1 [1] VIDE 177,1. & 351,22. & 352,3. Ab ἔγημα, ἔγημας, ἔγημεν, infin. γῆμαι, *duxisse vxorem*: & part. γήμας, *qui duxit vxorem*. Pro ἔγημα dicitur etiam ἐγάμησα: & part. γαμήσας, à fut. γαμήσω: vnde & perfect. γεγάμηκα: plusquamperfect. ἐγεγαμήκειν, εις, ει: infin. γεγαμηκέναι: part. γεγαμηκώς: perf. pass. γεγάμημαι, ησαι, ηται: part. ἡ γεγαμημένη, *nupta*: aor. pr. ἐγαμήθην: vnde part. fœm. ἡ γαμηθεῖσα, *nupta, vxor*: in † præsenti γαμουμένη per crasim ex γαμεομένη, *noua nupta*.

ὤψειον. *Annotatio.* είω pro έω. ANNOTATIONIS *præcedẽtis emendatio.*

2 [2] Quæ à futuro ducuntur, † vltra præsens non coniugantur, præter ὀψείω, quòd habet imperfectũ ὤψειον: quæ vero a præsenti deriuantur, ea etiam imperfectum habent: sed aliis temporibus destituuntur, vt dictum est 331,10. A futuro autem facta, magis appetentiam actus significant, quàm quæ à præsenti. nam hæc ferè semper eandem significationem habẽt quam primitiua, ac pro illis sæpenumero à poëtis vsurpantur: immo passim verba primæ cõiugationis Circumflexorum in έω, poëtæ efferunt per είω, vt ἐρείω pro ἐρέω, *interrogo*: vnde ἐρείομεν pro ἐρέομεν, *interrogamus*. Porrò quæ in είω desinunt, tum demum solent appetentiam actus significare, quum ante ε futuri characteristicam habẽt, σ, ψ vel ξ: vt δρασείω *facere cupio*, ὀψείω *videre cupio*, ἀπαλλαξείω *liberari cupio*. Quæ vero è præsenti fiunt, habent poëticam duntaxat τοῦ ι epenthesin, metri causa factam, ideoque habent etiam eandem cum communibus significationẽ, eademque tempora, excepto præsenti & imperfecto. Hom. Od. ι, ἐγχείη δεπάεσσι, *infundat poculis*: Il. α, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, *Iouis perficiebatur voluntas*. sic οἰνοβαρείω, νεικείω, ῥείω, χρείω, nihil aliud significant quam οἰνοβαρέω, νεικέω, ῥέω, χρέω. At κείοντες, & composit. κατακείοντες, nonnulli volunt esse desideratiua, dum expo

exponunt κοιμητικῶς ἔχοντες, *cubare cupientes*: alij vero
futuri esse temporis asserũt, extrito σ. si prior sententia
placeat, κείοντες per syncopen factum videri potest ex
κεισείοντες. [3] Futur. à πολεμέω, *bellum gero*. [4] Futur. ab 3. 4
ὄπτω, *video, cerno*. [5] Futur. à βρώσκω, *comedo*: de quo su- 5 βρώσκω.
prà in δρέσκω, 346,38. [6] Κρατῶ, κιχρῶ, τελῶ, sunt primæ 6
coniugationis circumflexorum. [7] κιχρείω pro κιχρῶ 7 ANNOTATIO.
non reperi. si reperiatur, è contracto κιχρῶ factum est
primũ Ionica dialysi κιχρέω, atq; inde poëtica epenthesi
κιχρείω 357,21. vt etiã χρείων infrà in tract. Antesign. Sed
fortasse scribere voluit κιχείω, quũ apud Etymologum
in κιχάνω legisset, γίνεται καὶ κιχῶ κιχείω, ὡς βρώσω βρωσείω.
extat autẽ istud κιχείω Il. α, μή σε γέρον παρὰ νηυσὶ κιχείω:
subiunctiuo modo, tempore præsenti, factum itidem
ex κιχῶ, vt βείω & θείω ex βῶ & θῶ, Ionica primum dia-
lysi, deinde poëtica epenthesi. [8] Cum ἐκ, ἐκγεγόνημαι: 8
part. γεγονημένος, *qui fuit, qui factus est*. at infinitiuus γε-
γονῆσθαι, *genitum esse*. per geminum νν, à γοννάω. [9] Tertia 9
persona ἐγένετο, syncope ἔγεντο, & sine augmẽto γέντο, *fuit*: ἔγεντο γέντο.
item *cepit*: sumitur enim Doricè pro εἵλετο siue ἔλαβε.
Pro ἐγενόμην, reiecto augmento dicitur γενόμην, & ectasi
poëtica † γεινόμην, *natus sum*. [*Verum* γεινόμην *non tam* γεινόμην.
aor. 2. est, quam præt. imperf. à γείνομαι, *quod Etymologus* ANNOTATIO.
agnoscit pluribus in locis, & Theocr. vsurpat. Idyll. ιζ, ὅν κε
φιλασεῖ Γεινόμενον τὰ πρῶτα, quem amauerit cumprimum
nascitur. *nec non Callim. hymno in Delũ*, Γείνεο γείνεο κοῦρε,
καὶ ἤπιος ἔξιθι κόλπου, nascere nascere puer, & propitius
exi è sinu. *Actiuũ quoque* γείνω *agnoscit idem Etymol. ex-
ponens* γεννῶ, genero, gigno.] Optatiuus, γενοίμην, γένοιο,
γένοιτο: tertia plur. γένοιντο, & Ionicè (190,30.) γενοίατο. γενοίατο.
Dicunt quoque Iones & poëtæ γεγενοίμην pro γενοίμην:
prima plur. γεγενοίμεθα, 172,19. Subiunctiuus, γένωμαι, γεγενοίμεθα.
γένῃ, γένηται: infin. γενέσθαι: part. γενόμενος, *qui fuit*. [10] Pro 10
γενάομαι reposui γενέομαι. nam ex γείνω, quod Etymo- ANNOTATIO.
logus agnoscit, fut. med. est γενοῦμαι: è cuius Ionica dia-
lysi nouum oritur thema γενέομαι: sicut ex εἴρω, ἐρῶ, ἐρέω:
ex χαίρω, χαρῶ, χαρέω. idem in aliis accidit permultis,
facta interdum syncope: vt βάλλω βαλῶ, κάμνω καμῶ, δέ-
μω δεμῶ, τέμνω τεμῶ, faciunt sua tempora ex syncopatis
& resolutis βλέω, κμέω, δμέω, τμέω vel τμάω. sic etiam
fut. μυῶ (vt testatur Etymologus in βυούσης) μετάγεται εἰς
ἐνεστῶτα. γέννατο autem, quod 360,4. ex ἐγεννήσατο factum
tradit, malunt alij factum ex γείνατο, Æolicè postpositi-
ua diphthongi sublata, & sequenti consonante dupli-
cata: vt κτέννην iidem Æolenses pro κτείνειν dicunt, &

φθέῤῥειν pro φθείρειν, χέῤῥων pro χείρων. vide infra in verbo φαίνω. Atque ita non erit opus verbo γεννάω ad sup-
11 plendos defectus verbi γίνομαι. [11] A γέγονα, ας, ε, natus sum, es, est, plusquamperfect. ἐγεγόνειν, εις, ει: tertia plur.
ἐγεγόνεσαν. Atticè ἐγεγόνεσαν pro ἐγεγόνεισαν, 300, 13. infinit. γεγονέναι: part. γεγονὼς, ότος, natus, genitus, qui fuit. in duali γεγονότε
12 qui fuerunt. [12] Sine augmento γεγόναμεν: particip. γεγαμένος: ἡ γεγαμένη, mater, quæ peperit: οἱ γεγαμένοι, parentes.
γιγνώσκω. 13 [13] Recentiores addunt γ, γιγνώσκω, vt in γίγνομαι γινομαι deducunt enim à γνόω, γνώσκω, & cum reduplicatione γιγνώσκω, vt à βρόω, βρώσκω, βιβρώσκω, 348, 22. Sunt qui forment à νοέω, cogito, intelligo: cuius futurum νοήσω & crasi νώσω: (vnde & in aoristo primo infin. νῶσαι pro
νώσω, νῶσαι. νοῆσαι: in particip. cum ἐν, ἐννώσας pro ἐννοήσας, qui secum
ἐννώσας. reputauit: & in aoristo medio ἐνωσάμην pro ἐννοησάμην,
ἐνωσάμην. cogitaui: tertia persona νώσατο sine augmento pro ἐνώ-
νώσατο. σατο, intellexit) igitur à futuro νώσω cum prosthesi τοῦ γ (vt Latinè natus, gnatus) fit γνώσκω, & facta reduplica-
γνώσκειν. tione γιγνώσκω. Infin. γινώσκειν, & Doricè γνώσκεν, 183.
14 [14] Participium ἐγνωκὼς, ότος, qui cognouit: perfect. pass. ἔγνωσμαι, 2 9, 44. vnde particip. ἐγνωσμένος. aorist. prim. ἐγνώσθην: infin. γνωσθῆναι, cognosci, innotescere, illustrem fieri: particip. γνωσθεὶς, cognitus: futur. prim. γνωσθήσομαι, inno-
γνῶ. 15 tescam. [15] Sine augmento γνῶν, γνῶς, γνῶ, noui, isti, it: tertia plur. ἔγνωσαν: quæ etiam referri potest ad aorist.
16 prim. ἔγνωσα: vnde & part. γνώσας, qui cognouit. [16] Ab
ἀναγινώσκω. ἀνέγνωκα, pass. ἀνέγνωσμαι, σαι, σται: part. ἀνεγνωσμένος, lectus item persuasus: aorist. prim. ἀνεγνώσθην, ης, η, & particip. ἀναγνωσθείς. aorist. prim. actiuus ἀνέγνωσα, ας, ε, persuasisti, it. Ab ἀνέγνων, infin. ἀναγνῶναι. Sic à καταγινώσκω, co-
καταγινώσκω. gnosco, arguo: futur. med. καταγνώσομαι: in prima plurali καταγνωσόμεθα. aorist. prim. actiuus κατέγνωκα, damnaui: perfect. κατέγνωκα, κατέγνωκας, cognoui, sensi, isti: particip. κατεγνωκὼς, ότος: perfect. pass. κατέγνωσμαι, σαι, σται: aorist prim. κατεγνώσθην: subiunctiuus καταγνωσθῶ, ῇς, ῇ: prima plur. καταγνωσθῶμεν, damnemur. Aorist. sec. actiuus κατέγνων: imperat. κατάγνωθι, καταγνώτω, improba, improbet. Opt. καταγνοίην, infin. καταγνῶναι, & part. καταγνοὺς, όντος.

Δ 1 Δάκνω, mordeo: Futurum [1] δήξω: Aoristus se-
δάκνω à δήκω. 2. 3 cundus [2] ἔδακον, à [3] δήκω.
δεικνύω & δεί- 4. 5 Δεικνύω & [4] δείκνυμι, ostendo: Fut. [5] δείξω: Aorist.
κνυμι à δείκω. 6. 7 ἔδειξα, à [6] δείκω. sic [7] ἀποδείκνυμι, demonstro: [8]
8. 9 δείκνυμι, monstro, demonstro: [9] ἀποδείκνυμι, iu-
mon

monstro, suggero, submoneo.
Δέω, *ligo*: Futurū, δέσω & [10] δήσω: Præteritum 10 δήω.
passiuum, [11] δέδεμαι: Aoristus primus, ἐδέθην. 11
Δέομαι, *rogo, indigeo*. Futurum, [12] δεήσομαι: Pręt. 12 δέομαι à δέο-
δεδέημαι: Aoristus primus, [13] ἐδεήθην, à δέομαι. 13 μαι.
[14] Δεῖ, *oportet*: Infinitiuus, δεῖν, vtrunq; à δέω. 14 δεῖ, δεῖν, à δέω.
Fut. [15] δεήσει: Aor. pri. [16] ἐδέησε, à δέω. Sunt autē 15 δεήσει, ἐδέησε, à
impersonalia vocis actiuæ, tertiæ personæ. 16 δέω.
[1] HINC Perfect. δέδηχα, *momordi*: pass. δέδηγμαι, ξαι, 1
κται, vnde aor. pri. ἐδήχθην, *punctus sum*: part. δηχθείς, *re-*
morsus, egrè ferens. [2] Sine augmento δάκνον, δάκνες, δάκνε, 2
erosi, isti, it: infinit. δακεῖν: part. δακών. [3] Deriuatur enim 3
δάκνω à δήκω, inserto ν & correpta penultima mutatio- δάκνω à δήκω.
ne η in α. [4] A δείκνυμι, δείκνυς, tertia persona δείκνυσι, & 4
apocope δείκνυ, *monstrat, ostendit*: part. δεικνύς, *monstrans*. δείκνυ.
[5] Hinc aorist. prim. ἔδειξα: infinit. δεῖξαι, *ostendisse*: per- 5
fect. δέδειχα, *ostendi*: pass. δέδειγμαι: plusquamperfect. ἐδε-
δείγμην, ἐδέδειξο, ἐδέδεικτο, & sublato vtroque augmento
δείκτο: cum ἐν, ἔνδεικτο pro ἐνεδέδεικτο, *ostensus erat*. [6] Fit 6 ἔνδεικτο.
enim δεικνύω à δείκω: atque vt in genere dicam, verba
Quartæ coniugationis in μι, fiunt vel à verbis in γω, κω,
χω, secundæ Barytonorum, & in σω quintæ, mutando ω
in νυμι: vel à verbis sextæ in έω & όω, verso ω in ννυμι:
vel à disyllabis in ύω, migrante ω in μι; vt ab ἄγω, ἄγνυμι:
(de hoc & similibus, 333, 28.) à δείκω, δείκνυμι: ab ἄχω,
ἄχνυμι, passiuum ἄχνυμαι, *mæreo, tristor*: ab ὄρω, ὄρνυμι, *in-*
cito, concito: vnde cum ἀπό, ἀπόρνυμι, *concito alicunde*: ab
αἴρω, ἄρνυμαι, *capio*: vbi è diphthōgo αι detracta est sub-
iunctiua. ab ἀμφιέω, ἀμφιέννυμι: ζώω, ζώννυμι: (de his &
similibus, 338, 36. & 339, 1, 2, 3.) à δύω, δῦμι, *subeo*: κλύω,
κλῦμι, *audio*: φύω, φῦμι, *nascor*: vnde infi. φυῶαι, *natum esse*,
penultima breui. [7] Fut. ἀποδείξω: infi. ἀποδείξειν, *ostensurū* 7 ἀποδείκνυμι.
esse: Part. ἀποδείξων, *repræsentaturus*. aor. pri. ἀπέδειξα, ἀπε-
δείξας, ἀπέδειξε, *exposui, designaui, isti, it*: tertia plur. ἀπέδει-
ξαν, *repræsentarunt*. Perf. ἀποδέδειχα: pass. ἀποδέδειγμαι, ξαι,
κται: particip. ἀποδεδειγμένος, *designatus, certus*: aorist.
prim. ἀπεδείχθην: vnde part. ἀποδειχθείς, *manifestus*: &
fut. prim. indicatiui ἀποδειχθήσομαι, è quo infin. ἀποδειχθή-
σεσθαι, *creatum vel designatum iri*. [8] Fut. ἐπιδείξω, ἐπιδεί- 8 ἐπιδείκνυμι.
ξεις, *ostendam, es*: aorist. prim. ἐπέδειξα: vnde imperat. ἐπί-
δειξον, *commonstra*: infin. ἐπιδεῖξαι: ἐπιδεῖξαι ῥοιβδῆσαι, *ferro*
afferre: at ἐπίδειξαι, *ostende*, est imperatiuus aoristi primi
medij. [9] Fut. ὑποδείξω: aor. prim. ὑπέδειξα, ὑπέδειξας. 9 ὑποδείκνυμι.

ὑπέδειξε, *subindicatiui, isti, it* : part. ὑποδείξας, *qui proba-*
δέω. 10 *uit.* [10] Hinc aorist. prim. ἔδησα, ἔδησας, ἔδησε, *obstrinxi,*
isti, it: tertia plur. ἔδησαν: infin. δῆσαι: particip. δήσας, *an-*
δεδήσομαι. *vinciens.* fut. med. δήσομαι, *ligabo*: at δεδήσομαι est potius
paulopostfuturum, *vinciar.* nam δέω fut. act. non modo
δέσω facit, sed etiam δήσω: itemq; à perfecto pass. δέδημαι
11 est verbale comp. διάδημα. [11] Tertia plur. δέδενται,
δέαται. Ionicè (190,15.) δεδέαται, & detracto augmento δέαται,
ligati sunt : infin. δεδέσθαι, *vinctum esse* : part. δεδεμένος, *li-*
δεδέμην. *gatus*: plusquamperf. ἐδεδέμην, & abiecto ε, δεδέμην, *liga-*
tus eram. vide 300,16. & 301,2. Imperfect. pass. ἐδεόμην:
δέοντο. tertia plur. ἐδέοντο, & sine augmento δέοντο, *ligabantur,*
12 vel *ligabant.* [12] Actiuum δεήσω : vnde part. δεήσων, δεή-
σουσα, neutrum τὸ δεῆσον, *quod opus erit.* aor. prim. ἐδέησα,
abfui : part. δεήσας, *qui abfuit.* Pro δέομαι poëtæ dicunt
δεύομαι. δεύομαι. vnde infin. δεύεσθαι, pro δέεσθαι δεῖσθαι : & part.
δευόμενος pro δεόμενος. fut. med. capit à δευέομαι, vt
δέομαι à δεέομαι: nam facit δευήσομαι, δευήσῃ, & Ion. (186,
δευήσεαι. 13 23.) δευήσεαι, *carebo, is.* [13] Infin. δεηθῆναι, *rogasse* : part.
ἔδει. 14 δεηθείς, *qui petiit.* [14] Imperf. ἔδει, *oportebat*: item *ligabat,*
δέῃ. à δέω. subiunct. δέῃ, & crasi δῇ, *oporteat, necesse sit.* [*Sed*
ANNOTATIO. *contractum* δῇ *nec apud Lexicographos extat, nec cum re-*
gula quadrat, 212,25. *ac cum vulg. lex. ex Aristoph.*
Pluto afferant, κἂν δῇ μ' ἀποθανεῖν, *sciendum est, in Flo-*
rentina & Basiliensi editione non δῇ *legi, sed* δεῖ : *quod*
verius esse iudico. nam vt Optatiuo δέοι, *non* δοῖ, *sic Con-*
iunctiuo δέῃ *potius quam* δῇ. *Non minus suspectum est*
fut. δήσει, *quod sequente versu contractum vult ex* δεήσει,
oportebit : quum id potius significet ligabit, *deriuatum è*
personali them. δέω vincio, *à quo aor. infin.* δῆσαι ligare
15 *apud Plutarch. & participium* δήσας qui ligauit.] [15] Fut.
δήσει. δεήσειν, *necesse futurum.* Pro δεήσει, dicitur etiam δήσει, *opor-*
16 *tebit*, à δέω. [16] Optat. Æolicus & Attic. δεήσειεν, *opus*
esset, necesse fuerit: infin. δεῆσαι, *oportuisse*: particip. δεήσας,
δεήσασα, & neutrum τὸ δεῆσαν, *par, operæpretium*; cùm
oportuerit, impersonaliter.

δείδω à δεδίττομαι & δειδίττομαι. 1 Δείδω, *timeo.* [1] Præt. δέδοικα : medium, δέδοικα,
timeo, pro δέδοιδα, euphoniæ gratia : at Ionicè
δέδοικα. 2 [2] δέδια, tollendo consonantē, & corripiēdo pe-
δέδια, Ionicè. nultimā. Imperat. δέδιθι, *time.* nam à δεδίττομαι,
δέδιθι. *territo siue territor, attonitus sum*, Fut. δεδίξομαι.
Aor. 2. pass. ἐδεδίσμην: Imperat. δεδίχθι, syncope
δείδιθι. δέδιθι : pro quo etiam δείδιθι, à δειδίττομαι, *timeo.*

crebrò enim additur ſubiũctiua, vt fiat diph-
thongus: vt contrà altera è diphthongo non-
nunquã tollitur; εἷμα, ατος, *veſtis*: ἱμάτιον, *pallium*.
Syncope verò in multis locũ habet: ἀνώγηθι,
ἄνωχθι, *iube*, ab [3] ἀνώγημι, *iubeo*; [4] & migrat γ in χ 3.4
propter θ ſequẽs, vt [5] νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην, 5
ſic [6] κεκράγηθι, κέκραχθι, *clama*, à κεκράγομαι, *clamo*: 6
[7] ὠνησάμην, ὠνάμην, *emolumentũ accepi, adiutus ſum*. 7
nam aor. pr. med. facilè admittit hanc figuram
per omnes modos & participia, [7] ὀνησαίμην, ὀναί- 7
μην, *adiutus fuerim*; [8] εὑρησάμην, εὑράμην, *inueni*: 8
εὑράμενος, *inueniens, vel qui inuênit*. [9] ἐπριασάμην, 9
ἐπριάμην, *emi, vel emebã*: ſecũda perſona, ἐπρίασο,
Ionicè ἐπρίαο, & craſi ἐπρίω: & imperat. πρίω, *eme*,
vt ἵσω pro ἵστασο *ſtabas vel ſta*. [10] γεινήσατο, † γείνατο, 10
Ionicũ pro ἐγείνατο, *natus eſt*. & Optatiui plura-
les in ημεν, [11] φαίημεν, φαῖμεν, *dixerimus*; φαῖεν, *di-* 11
xerint: (de quib. pag. 308, 31.) [12] vt δοίημεν, δοῖμεν, 12
dederimus; δοῖεν, *dederint*. & tertia pluralis in
aoriſtis paſſiuis, [13] ἠγέρθησαν, ἤγερθεν, *cõgregati ſunt*: 13
vel, *excitati ſunt*: [14] ἐκοσμήθησαν, ἐκόσμηθεν, *ornati* 14
ſunt. iã illa, [15] δεδέμηκα, δέδμηκα, *ædificaui*: [16] τετέ- 15
μηκα, τέτμηκα, *ſcidi*: [17] κεκάμηκα, κέκμηκα, *laboraui*: 16
& cõſimilia: prẹter hæc, [18] ᾔειμεν, ᾖμεν, *iueramus*: 17 18
ἐπεξῄειμεν, *eruperamus*: προσῄειμεν, *acceſſeramus*: ᾔειτε,
ᾖτε, *iueratis*: ἐξῆτε, *exieratis*: ἤαμεν, ἦμεν, *iuimus*: ἀπῄ-
ειμεν, *abiimus*: [19] ἀνήκαμεν, ἀνῆμεν, *remiſimꝰ*: etiã iſta, 19
[20] ᾔδειμεν, ᾖσμεν, *videramus, noueramus*: ᾔδειτε, ᾖστε, 20
videratis: ᾔδεισαν, ᾖσαν, *viderãt*, eliſo ει, [21] & mutato 21
δ in σ: vt cõtra ἴδμεν, pro [22] ἴσμεν, *ſcimus*: [23] ἔστησαν, 22
ἔσταν, *ſteterũt*: ἕστασαν, p ε, ab ἑστάκεσαν, *ſteterãt*: at ἔστα- 23
σαν, per ε, pro ἔστησαν, *ſteterũt*: vt [24] ἀνάβαθι, pro ἀνά- 24
βηθι, *aſcẽde*: α pro η: [25] ἑστήκατε, ἕστατε, *permãſiſtis*: ἀφέ- 25
στατε, *diſceſſiſtis*: [26] ἐλούομεν, ἐλοῦμεν, *lauabamꝰ*: [27] ἐοίκα- 26
μεν, ἔοιγμεν, *videmur*: [28] δεδοίκαμεν, δέδοιμεν, *timemꝰ*. 27
[29] ſed de ſyncope ſatis multa ſunt enumerata. 28 29

ET

Annotatio.

Syncope. ἄνωχθι. γ *in* χ. κέκραχθι.

Aor. prim. med. facilè ſyncopen admittit. ὀναίμην. εὑράμην. ἐπριάμην. πρίω. ἵσω. γείνατο.

αῖμεν *pro* αίημεν: εῖμεν *pro* είημεν: οῖμεν *pro* οίημεν: φαῖμεν, φαῖεν. δοῖμεν, δοῖεν.

ἤγερθεν. ἐκόσμηθεν. δέδμηκα. τέτμηκα. κέκμηκα. ᾖμεν. ἐπεξῆμεν. προσῆμεν. ἦτε, ἐξῆτε. ἦμεν, ἀπῆμεν. ἀνῆμεν. ᾖσμεν. ᾖστε, ᾖσαν. ἴδμεν.

ἕστασαν *ſpiritu aſper.* ἔστασαν *ſpiritu tenui.*

α *pro* η *Doricè & Atticè.*

ἕστατε: ἀφέστατε. ἐλοῦμεν. ἔοιγμεν. δέδοιμεν.

1 [1] Et Futurum δείσω: vnde aoristus primus ἔδεισα, & poëticè geminato δ (297,13.) ἔδδεισα, ἔδδεισας, ἔδδεισε: & reiecto augmento δεῖσα, veritus sum: cum Ionica reduplicatione (172,17.) δέδεικα: vnde infin. δεδεῖσαι pro

2 δεῖσαι, timuisse. Ab ἔδεισα particip. δείσας, timens. [2] In plurali δεδίαμεν, δεδίατε, & syncope δέδιμεν, δέδιτε, veremur, veremini. plusquamperfect. ἐδεδίειν, εις, ει, timebam, as, at: tertia plur. ἐδεδίεσαν, & producta secunda syllaba, ac facta syncope, ἐδείδισαν, timuerant, vel timebant. nam imperfecti etiam significationem habet, & perfectum præsentis. Pro δέδια poëtæ dicunt δείδια, ad ε aduocato ι, vt diphthongo producatur, 150,37. vt δείδιθι pro δέδιθι, cuius hîc Clenardus meminit. sic δείδοικα pro δέδοικα, timui: atque δείδιμεν pro δέδιμεν, timuimus: quod ex δεδίαμεν fieri modò diximus. sic in prima plurali plusquamperfecti ἐδείδιμεν pro ἐδέδιμεν, timebamus: vbi itidem facta est syncope: infin. δεδιέναι, Ionicè δεδιέμεναι (182,10.) & syncope δέδιμεν, pro δεδιέναι, timere: particip.

3 δεδιὼς, ότος, pro δεδιὼς, metuens. [3] Ἀνώγημι est primæ coniugationis verborum in μι, ab ἀνωγέω ῶ: vnde & imperfect. ἠνώγεον, ἠνώγεων, & sine augmento ἀνώγεων, ἀνώγεες, ἀνώγεε, iubebam, as, at: aorist. sec. ἤνωγον, sine augmento ἄνωγον, iussi: præteritũ med. ἄνωγα, mandaui. at aoristus primus actiuus est ἤνωξα, iussi, à Barytono ἀνώγω, ἀνώγεις, ἀνώγει, quod Atticè factũ est à circumflexo ἀνωγέω ῶ. 33, 26. Cæterùm ab ἀνώγημι imperatiuus regularis esset ἀνώγεθι, vt τίθετι, 235,13. sed Æolicè seruatur longa vocalis thematis ἀνώγημι, 236, 30. [4] Nam media tantùm

4 mediam, non autem aspiratam potest præcedere: vt diximus 5, 8. atque ideo aduentante θ aspirato, γ mutatum fuit in propriam aspiratam χ. [5] Hîc κ muta te-

5 nuis, mutata fuit in propriam aspiratam χ, aduenientem propter apostrophum aspirata θ, 8,11.& 25. Nam muta tenuis non præcedit mutam, nisi alteram tenuem, vel propriam aspiratam, 5, 7. [6] Est secundæ personæ singularis aoristi secundi imperat. pass. vt τύπηθι, 193,19. sic φθάρηθι, pereas, pro φθάρηθι, eiusdem temporis, à φθείρω,

6 corrumpo: aor. sec. ἐφθάρην, 178,12. [7] Vt ἐτυψάμην, 197,35 à themate ὀνάω seu ὄνημι, iuuo, vtilitatem affero: futur. med. ὀνήσομαι, ὀνήσῃ, & Ionicè (186,23.) ὀνήσεαι, iuuaberis: perfectum pass. ὤνημαι, plusquamperfect. ὠνήμην. sunt qui dicant ὀνήμην idem esse quod ὠνάμην. ὀνησαίμην, & ὀναίμην. Optat. modi, vt τυψαίμην, 200,20. infin. ὀνήσασθαι, & syncope ὄνασθαι, frui. [ὄνασθαι præsentis potius quam aoristi temporis esse censeo, à them. ὄναμαι, quod etiam ὀνίνημι dici

7 ἔδδεισα, ας, ε.
δεῖσα.
δεδεῖσαι.
δέδιμεν, δέδιτε.
δείδια.
δείδοικα.
δείδιμεν.
ἐδείδιμεν.
δέδιμεν.
γ in χ:
ἀνώγηθι, ἄνωχθι.
κ in χ:
νύκτα ὅλην, νύχθ' ὅλην.
κεκράγηθι.
φθάρηθι.
ὀνησαίμην.
ὄνασθαι.
Annotatio.

dicitur, reduplicatione in medio facta. ideoque primitiuum horum ὀνάω *statuere malui quàm* ὀνέω. *à posteriori est* ὀνίναο *apud Hesychium: à priori vero,* ὄναο *apud Synesium, epist. 21.* ἐδεήθησαν ὄναθαί τι τῶν ἐμῶν γραμμάτων, petierunt iuuari nonnihil meis literis. *Disertè hoc ipsum confirmat Etymologus in* ἀπόναο, *his verbis: ab* ὀνῶ *(inquit) fit verbum in* μι, ὄνημι*: passiuum præsens* ὄναμαι, *vnde infinitiuum cum præpos.* ἀπὸ, ἀπόναο. *Idemque tradit de pass. imperf.* ὠνάμην *&* ἀπωνάμην.] particip. ὀνησάμενος, & ονάμενος, *qui fructum percepit.* [8] Vt ἐτυψάμην, 192, 35. & εὑράμενος pro εὑρησάμενος, vt τυψάμενος, 201, 17. ab εὑρίσκω, quasi ab εὑρέω, vt postea dicetur in verbo εὑρίσκω. Pro εὑράμην, ω, ατο, Attici dicunt ηὑράμην, ηὗρω, ηὕρατο, *inueni, isti, it*, 286, 35. Æolica dialecto lenem obtinuit spiritum, 118, 38. [9] Malim ἐπριάμην absque vlla syncope, esse imperfectum secundæ coniugationis verborum in μι, à πρίαμαι: quod in solo præsenti & imperfecto vsitatum esse quidam asserunt, reliqua verò tempora ab ὠνέομαι mutuari. Hoc ipsum videtur ipse CLENARDVS affirmare sequentibus verbis, *Secunda persona* ἐπρίασο, &c. Nam hæc omnia conueniunt imperfecto pass. verborum in μι: quod ipse comprobat dum ait, *Vt* ἵσω *pro* ἵστασο, quæ est secunda persona imperfecti indicatiui vel imperatiui, vt habes 237, 43. & 238, 12. [10] Vide in verbo γίνομαι, 36., 3. [11] A φημὶ, 328, 2. cuius præsens & aoristus secundus optatiui est φαίην, φαίης, φαίη, vt ἱσταίην & σταίην. 2.7, 2. ab σταίην, plurale σταίημεν, σταίητε, σταίησαν, syncope σταῖμεν, σταῖτε, σταῖεν. Quia φημὶ caret reduplicatione, præsens à secundo aoristo non differt in optatiuo, neque etiam in subiunctiuo, φῶ, φῇς, φῇ. [12] A δίδωμι, 228, 26. Sic in prima coniugatione verborum in μι, à κίχημι, *inuenio*: opt. κιχείην, in plurali κιχείημεν, κιχείητε, κιχείησαν: vnde κιχεῖμεν, κιχεῖτε, κιχεῖεν, *inueniremus, etis, ent.* & à ζῆμι secundæ, ζαῖεν, *viuissent*, pro ζαίησαν, vt à φημὶ, φαῖεν. [13] Ab ἀγείρω, *cõgrego*: vel ab ἐγείρω, *excito*: fut. ἀγερῶ & ἐγερῶ, vt σπερῶ, 157, 34. ab vtroque perfectum ἤγερκα: pass. ἤγερμαι, σαι, ται: aorist. prim. ἠγέρθην: vnde ἠγέρθησαν, &c. ἠγέρθην remoto augmento ab ἐγείρω quidem ἐγέρθην, *sum excitatus vel experrectus*: ab ἀγείρω vero, ἀγέρθην, ης, η, *congregatus sum, es, est*: tertia pluralis ἄγερθεν pro ἠγέρθεν vel ἠγέρθησαν: hinc particip. ἀγερθεὶς, *collectus.* & futur. prim. ἀγερθήσομαι, *congregabor.* Huius aoristus sec. act. ἤγερον, vt ὤφελον, 178, 14. & sine augmēto ἄγερον, *congregaui*: med. ἀγερόμην: tertia pluralis ἀγέροντο, *congregati sunt*. Hoc loco videntur ... CLENARDI breui

ὀνάμενος. εὑρησάμενος. εὑράμην. ἐπριάμην. πρίαμαι ab ὠνέομαι. ἐχρῆν ἱστάτο. φαίημεν. σταῖμεν. δοίημεν. κιχεῖμεν. ζαῖεν. ἠγέρθησαν. ἄγερθεν. ἀγέροντο.

breuiloquentia. nam ἤγερθεν pro ἠγέρθησαν, non ab ipso
ἠγέρθησαν, ſed à prima plurali ἠγέρθημεν per ſyncopen de-
ducere voluit; veluti φάνεν à φάνημεν, non à tertia φάνη-
σαν. Atque hanc fuiſſe illius mentem, ipſe contextus &
locus ab eo citatus ſatis indicant. In aoriſtis paſſ. hu-
iuſmodi tertiam plural. à prima ſing. formari diximus
Bœoticè & Æol. mutando ην in εν. ſed nihil refert
Bœotiſmúmne an ſyncopen agnoſcas, modò tertiam
perſonam in εν pro ησαν poſitam intelligas: quæ ſanè
apud poëtas ſæpenumero eſt obuia: vnde illa, ἤερθεν, & re-
ἄερθεν. — reiecto augmento ἄερθεν, pro ἠέρθησαν, *ſublati ſunt*, vel
euecti ſunt, ab ἀείρω, *attollo, euehe*: cuius aoriſt. prim. paſſ.
ἠέρθην, & ſine augmento ἀέρθην: vnde & ſubiunct. ἀερθῶ,
αἴδεσθεν. — *euectus fuero*: & part. ἀερθεὶς, έντος, *eleuatus*. αἴδεσθεν, *ve-
riti ſunt*, pro ᾐδέσθησαν, depoſito augmento, ab αἰδέομαι,
ἔκταθεν. — *reuereor*, de quo 216,27. ἔκταθεν, *occiſi ſunt*, à κτείνω, *oc-
cido*, μ. κτενῶ: π. ἔκτακα & poëticè ἔκταγκα, 176,11. vnde
perf. paſſ. ἔκταμαι, ἔκτανσαι, ἔκτανται: aor. pri. ἐκτάνθην, &c.
ἔκφανεν. — ἔκφανεν, *apparuerunt, viſi ſunt*, pro ἐξεφάνησαν, ſublato
augmento: eſt aoriſti ſecundi paſſ. ab ἐκφαίνομαι, eluceo.
tamen à ſimplici φαίνομαι, *conſpicuus ſum, appareo*, Pin-
ἔφαναν. — darus dixit in eodem aoriſto ſecundo paſſ. ἔφαναν, *ap-
paruerunt*, pro ἔφανεν, vel ἐφάνησαν, à prima ſing. ἐφάνην,
ἔλιφθεν. — *emerſi, apparui*. ἔλιφθεν, *relicti ſunt*, pro ἐλείφθησαν, de-
ἐμήνυθεν. — tracto ε ex diphthongo ει, à λείπω, *relinquo*. ἐμήνυθεν, *in-
ἔσταθεν. — *dicati ſunt*, pro ἐμηνύθησαν, à μηνύω. ἔσταθεν pro ἐστάθησαν,
ἐκοσμήθησαν. — 14 *ſteterunt*, ab ἵστημι, 227,21. [14] Depoſito augmento κοσ-
δεδέμηκα. — 15 μήθησαν, κόσμηθεν, à κοσμέω, *orno*, μ. ήσω. [15] A δέμω, *ædi-
δέδμηκα à — *fico*, 175,17. Significat δέδμηκα etiam *domui & ſubiugaui*.
δμάω & δέμω. — ſed tum ducitur à δμάω, *domo*: fut. δμήσω: perfect. δέδμη-
κα: paſſ. δέδμημαι, *domitus ſum*: vel *extructus ſum*, à δέμω:
plusquamperfect. ἐδεδμήμην, ἐδέδμησο, ἐδέδμητο, & de-
δέδμητο. — tracto augmento δέδμητο, *extructus erat*, à δέμω, vel *do-
mitus erat*, à δμάω: tertia plur. Ionica (190,15. & 33.)
δεδμήατο. — δεδμήατο, *domiti erant*, à δμάω. aoriſt. primus ἐδμήθην:
imperat. δμήθητι, δμηθήτω, *domare, dometur*: part. δμηθεὶς,
τετέμηκα. — ἡ δμηθεῖσα, *ſubacta, compreſſa*. [16] A τέμνω, 157,27. [17] A
16 κάμνω, *laboro, fabrico, operor*: fut. καμῶ, medium καμοῦμαι,
κεκάμηκα. — 17 καμῇ, καμεῖται, 198,15. perfect. κεκάμηκα, 175,15. ſyncope
κεκμηκώς. — κέκμηκα, Doricè (118,40.) κέκμακα: vnde & part. κεκμακὼς
pro κεκμηκὼς, *defeſſus*: Ionicè κέκμηα: vnde part. κεκμηὼς,
κεκμηῶτι. — τοῦ κεκμηῶτος, τῷ κεκμηῶτι, *laſſo, defeſſo*: penultima per ω
circumflexum, vt ἑστεπτηὼς, ῶτος, 237,18. ídque per
poëticam epenthesim: nam regulariter dicendum eſſet
κεκμηότος, ότι: vt à κεκοπηὼς (237,13.) dicitur κεκοπηότος:
vnde

vnde κεκοτηότα, *iratum*: & in duali κεκοτηότε, *irati*. A κά-
μνω (vt hoc obiter dicatur) aorist. sec. ἔκαμον, ες, ε, 178, 13.
sine augmẽto, κάμον, κάμες, κάμε, & Homericè κάμμε, *fe-
cit*. subiunct. κάμω, κάμης, κάμη, & Ion. (228, 33.) κάμησι:
cum poëtica reduplicatione (172, 16.) κεκάμω, ης, η, *labo-
rauerim, is, it*: infin. καμεῖν, *laborasse, defecisse*: part. καμὼν,
όντος, *mortuus*: καμόντες, *mortui*. aor. sec. med. ἐκαμόμην:
tertia plur. ἐκάμοντο, *struxerunt*. [18] Plusquamperfect. ab 18
εἶμι, 317, 39. sic ἐπεξῄμεν ab ἐπέξειμι, *erumpo, irruo*: quod
componitur è præpositionibus ἐπὶ, ἐξ, & verbo εἶμι: sic à
διὰ & ἐξ, διέξειμι, *enarro*: vnde etiã in plusquamperfecto
διεξῄειμεν, & syncope διεξῄμεν, *enarrabamus*. eodem modo
προσῆμεν, quod ponitur in contextu, à πρόσειμι, *accedo*:
atque ἐξῆτε ab ἔξειμι, *exeo*. ἤαμεν verò est perfecti med.
ab eodẽ εἶμι, 317, 40. sic ἀπῆμεν ab ἄπειμι, *abeo, proficiscor*.
[19] Est aoristi primi ab ἀνίημι, *remitto*, quod componitur 19
ex ἀνὰ, *re*, & ἵημι, *mitto*: cuius aor. pri. ἧκα, 302, 8. & 319, 28.
[20] Plusquamperfect. Atticũ ab εἴδω, vt suo loco dicetur. 20
[21] In ἤσμεν & ἦστε, δ mutatum fuit in σ, sed in ἤσαν synco- 21
patur. [22] Pro ἵσταμεν, ab ἵστημι, 326, 32. [23] Vide 226, 33. & 22
224, 24. hinc cum ἀνὰ ἀνέσταν, *surrexerunt*. Sic à †κτῆμι, 23
τὸ κτάομαι, *possideo*, aor. sec. ἔκτην: tertia plur. ἔκτησαν syn-
cope ἔκταν, & rursus deposito augmento per aphæresim
κτὰν, *possederunt*. [*Sylburgius tamen mauult, sic: à* κτῆμι
τὸ κτείνω, occido: *& v. pracedẽte* κτὰν, occiderunt: *& v. 32.*
κτέωμεν, occidamus. *ita enim Etymol. in* κτάμενος, ἐκ τοῦ
κτῶ τὸ φονεύω καὶ ἀναιρῶ, γίνεται κτῆμι. *eodemque modo He-
sych.* ἔκταν *exp.* ἔκτειναν, occiderunt, interemerũt.] sic ἔβαν
& βὰν, de quibus 357, 4. Ab ἔκτην, cuius hîc memini-
mus, subiunctiuus κτῶ, & Ionicè (236, 36.) κτέω: vnde pri-
ma plur. κτέωμεν, *possideamus*. ἑστήκεισαν autem spiritu
aspero, est plusquamperfectum act. ab ἵστημι, 226, 31.
ἔστασαν verò siue ἔστησαν, spiritu tenui, est aoristi sec. Au-
gmentum quippe ε consonantibus præpositum, semper
leuigatur, nisi in perfecto & plusquamperfecto verbi
ἵστημι. [24] De hoc vide in βαίνω, 356, 40. [25] Perfect. med. 24
ab ἐστήκω, 234, 27. vel actiuum ab ἵστημι, 286, 29. sic ἀφέστατε 25
pro ἀφεστήκατε, ab ἀφίστημι, *amoueo*. [26] Imperfectum à 26
λούω, *lauo*. videtur tamen fieri à λοέω verbo poëtico: im-
perfect. ἐλόεον ἐλόουν, & Doricè (220, 8.) ἐλόευν, *lauabam*:
prima plur. ἐλοέομεν ἐλοοῦμεν, & rursus οου in ου contractis
ἐλοῦμεν. eodem modo in præsenti pass. λοέομαι λοοῦμαι, &
rursus altera facta contractione λοῦμαι, *lauor*. infinitiue
verò est λοῦσθαι pro λοέεσθαι per syncopen. [λοῦν cum imperf.
ἐλοῦμεν: *&* pass. λοῦμαι *cum infinit.* λοῦσθαι, *Atticorum* [illegible]

κεκοτηότα.
κεκοτηότε.
κάμε: κάμμε.
κάμησι.
κεκάμω.
ἤϊμεν.
ἐπεξῄμεν.
διεξῄμεν.
προσῆμεν.
ἐξῆτε. ἤαμεν.
ἀπῆμεν.
ἀνῆκαμεν.
ᾔδειμεν.
ᾔδμεν.
ἵσταν. ἔστησαν.
ἀνέσταν.
ἔκταν: κτάν.
ANNOTATIO.
κτέωμεν.
ἑστήκεισαν.
Augmenti ε spiritus.
ἀνάβηθι.
ἐστήκατε
ἐλόουμεν.
ἐλόευν
λοῦμαι.
λοῦσθαι.
ANNOTATIO.

βέβαμεν. prima pluralis βεβάαμεν, syncope βέβαμεν, iuimus: ante-
penultimam acuit. perfectum infinitiui βεβαέναι, Attic.
& Doricè βεβαέμεναι, Ionicè βεβαέμεν, 182, 6. & syncope
βεβάμεν. βεβάμεν, iuisse, acuta penultima. δέγμενος pro δεχόμενος,
δέγμενος. accipiens, à δέχομαι, accipio: vbi χ migrat in γ propter μ
sequens. nam μ non facilè sequitur mutam χ. è δέγμε-
νος cum præpositione Dorica ποτὶ pro πρὸς (249, 15.)
ποτιδέγμενος. ποτιδέγμενος pro προσδεχόμενος, expectans. ἔγρετο, exci-
ἔγρετο. tabatur: est imperfectum passiuum sine augmento ab
ἔγροιμαι. ἐγείρομαι, quod & per syncopen ἔγρομαι, excitor: vnde
ἐγρόμενος. & particip. ἐγρόμενος pro ἐγειρόμενος, excitatus. ab ἔγρετο
ἐπέγρετο. cum ἐπὶ, ἐπεγρεῖτο, expergefiebat. ἐγρήγορθαι, suscitatū esse,
ἐγρήγορθαι. pro ἐγρηγορέναι, pleonasmo τοῦ θ: est perfectum infinit.
medij; cuius indic. ἐγρήγορα, 286, 6. & 213, 34. ab act.

ANNOTATIO de varia ἐγρήγορθαι formatione. γρηγορέω, vigilo. [ἐγρήγορθαι quidam recentiores formant
*ex medio perfecto ἐγρηγορέναι, facta syncope, & epenthesi
τοῦ θ: quidam ex passiuo ἐγρηγορῆσθαι, solam in eo syncopen
statuentes. Eustathius etiam tertiam formationem affert
ex Attico præt. medio ἐγρήγορα fieri noui thema ἐγρηγόρω:
perf. act. ἐγρήγορκα, pass. ἐγρήγορμαι, è quo infin. ἐγρηγόρθαι
communiter, Æolicè ἐγρήγορθαι: infinitiuos enim qui ante
finalem θαι habeant ορ, Æolicos esse, Æolicóque more ἀπο-
παροξύνεσθαι, vt ἔφθορθαι, μέμορθαι, τέτορθαι. legitur autem
infin. iste Il. κ, Φθέγγεο δ' ἧχεν ἴησθα, & ἐγρήγορθαι ἄνωχθι.*
loquere autem quacunque ieris, & vigilare iube:
*Sed reperitur etiam imperf. ἐγρήγορθε pro ἐγρηγόρετε, extrito
ε, & τ in θ verso, vt vult Eustathius: vel regulari forma
ex ἐγρηγόρθω, tempore quidem eodem, sed forma passiua
reperitur autē Il. η & σ, Καὶ φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορ-
θε ἕκαστος,* custodiæ memores estote, & vigilate singuli.
Ab εἴκω, id est, *assimilor, similis sum*: imperfectum εἴκ-
tertia persona dualis εἰκέτην, & soluta diphthongo ἐ-
εἴκτην. ΐκτην, *similes erant.* [*Quod tamen vult Eustath. esse plus-*

ANNOTATIO. *quamperfectum. vt scilicet ex εἴκω perfect. med. sit ἔοικα:
plusquamperf. εἴκειν, tertia dualis εἰκείτην, syncope εἴκτην,
& dialysi ἐΐκτην.*] sic ἐΐκτο, *videbatur*, & *similis erat*, pro
ἐΐκτο. εἴκετο, in imperfecto passiuo: nisi malis esse plusquam-
perfect. pass. ἔπλε, *erat*, pro ἔπελε: est imperfectum à
ἔπλε. πέλω, *sum, fio*: pro ἔπελε remoto augmento dicitur πέ-
λεν, & Ionicè (17, 30.) πέλεσκεν, *erat.* imperfectum pas-
πέλε, πέλεσκεν. siuum ἐπελόμην, ἐπέλου, & Ionicè (186, 23.) ἐπέλεο, syncope
ἔπλου, ἔπλεο, ἔπλευ & ἔπλεο, ac Doricè (119, 10.) ἔπλευ, *eras*: tertia per-
ἔπλευ. sona ἐπέλετο, syncope ἔπλετο, & detracto augmento
ἔπλετο, πλέτο. πλέτο, *erat, fiebat*, à πέλομαι, πέλη, πέλε]. ἔσθοντες, *edentes*
ἔσθοντες. pro ἐσθίοντες, participium præsens ab ἐσθίω, *edo.* ...
...νον.

sciebam, pro ἤνυον: imperfectum est ab ἀνύω. θῆσαι, *lactasse*, pro θηλάσαι: est aoristus primus infinitiui actiui à θηλάζω, μ. άσω. κένσαι, *stimulare*, pro † κεντῆσαι, aoristus primus actiuus infinitiui modi, à κεντέω, siue κεντάω: vel pro κεντρίσαι à κεντρίζω, μ. σω. κιχήτην, *ceperunt illi duo*, pro ἐκιχησάτην: aoristus est primus act. à κιχέω, μ. ήσω, *inuenio, consequor*. κεκορυμένος pro κεκορυθημένος, *armatus*: est participium perfecti pass. à κορυθέω, μ. ήσω, *armo*. [*κεκορυθμένος Etymologus format non solum à Circumflexo them.* κορυθῶ, *per syncopen: sed etiam ex barytono* κορύσσω *siue* κορύθω armo, acuo, *deriuato à* κόρυσθος galea: *vt sit pro* κεκορυσμένος, *Attica* τροπῇ τοῦ σ εἰς θ, *qualis est in verbalibus istis* κλαυθμὸς, ὀρχηθμὸς, *& similibus.* κέκαδμαι *tamen pro* κέκασμαι, *à* κάζω orno, *Doricam habere* τροπὴν *dicitur.*] λελακὼς, λελακυῖα, *vociferans*, pro λελαληκὼς, υῖα: est particip. perfectum actiuum à λαλέω, *loquor, garrio.* dicitur etiam λεληκὼς pro eodem, & præteritum λέληκα, *locutus sum*, potest tamen λελακὼς censeri particip. medium à λάκω, *resono, clamo, do oraculum*: vnde perfectum medium λέλακα, λέλακας, & aoristus secundus ἔλακον, ἔλακες, ἔλακε. [*Porro* λέλακα *non est opus per syncopen ex* λελάληκα *deducere, quum habeat proprium thema* λακέω, *à quo non tantum est* λακεῖν, *Hesychio* ψοφῆσαι, *sed etiam* λακῆσαι, *quod idem exponit* παλάξαι pulsasse. *Dicitur etiam* ληκέω, *à quo apud eundem est præsens* ληκεῖ, κροτεῖ, βοᾷ: *& aor.* ληκῆσαι, πατάξαι *est ab eodem apud Hom. imperf: com.* ἐπελήκεον *pro* ἐπεκρότουν, applaudebant.] Sic νένοται, *cogitatus est*, vel *cogitauit*, pro νενόηται, tertia perfecti passiui, à νοέω, *cogito*. & tertia singul. plusquamperfecti ἐνένητο pro ἐνενόητο, *cogitarat*: at tertia plur. ἐνένωντο, *cogitauerant*, Ionicè contracta est ex ἐνενόηντο, vt ἔνωσαν ex ἐνόησαν, *cogitarunt*. [*Sed pro* νένοται *lubentius Fridericus Sylburgius legit* νένωται: *vt etiam* ἐνένωτο, ἐνένωντο: *facta in his non Syncope, sed crasi* τοῦ ο καὶ η *in* ω. *vt enim* βῶσον, βώσομαι, *& similia, contracta sunt ex* βόησον *&* βοήσομαι, *eodem Hesychio teste: sic* ἔνωσαι, νένωται, *& consimilia, ex* ἐνόησε *&* νενόηται. *atque ita Camerarius ex Herodoto affert*, ἐνένωτο ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, animum induxerat primo vere expeditionem facere: *itidemque à comp.* ἐννοέω, *affert* ἐννενώκασι animaduerterunt, *&* ἐννώσας quum intellexisset. *Budæus vero properispomenas ex Polymnia*, ἐνενῶντο πιαῦτα πονήσειν, *&*, οὕτω διενενῶντο ποιῆσειν. *quorum posterius esse dictum vult pro* διενενοῦντο, *Ionico videlicet more, qui cum Doriis* ου *vertunt interdum in* ω, *vt* ὦν *pro* οὖν. *sed breuiore compendio contractum dices ex* διενενόηντο, *quem-*

θῆσαι.

κένσαι.

κιχήτην.

κεκορυθμένος.

ANNOTATIO.

λελακὼς, υῖα.

λεληκώς.

ANNOTATIO de λέλακα.

νένοται.

ἐνένητο.

ἐνένωντο.

ANNOTATIO

admodum in superioribus etiam ο & η in ω contracta sunt. ut sit plusquamperf. passiuum verbi διανοέω, non imperf. verbi διεννοέω. Quod vero attinet ad accentus diuersitatem, ferri vterque potest: ἐνενῶντο, si contractio facta sit ex ἐνενόηντο, acuta & graui in circumflexam coëuntibus: ἐνένωντο autem, si è futuro contracto νώσω, simpliciter formetur perf. νένωκα, pas. νένωμαι, & hinc tertia plusquamperf. ἐνένωντο: eodem modo quo ἥρως & ἥρως, λᾶος & λᾶς. Si quis tamen è syncopato præsente νόω deriuare malit, non refragabor, præsertim quum id quoque faciat Etymol. apud quem ex Anacr. habes ὑψηλὰ νενωμένος. ex Herodoto sanè citatur ἐβώθη σοφώτατος, prædicatus est sapientissimus, *à βόω per syncopen facto ex βοάω.*]

ὁμωθῆναι. ὁμωθῆναι, *similem factum fuisse*, pro ὁμοιωθῆναι: est aorist. prim. infin. pass. ab ὁμοιόομαι, μ. ώσομαι, *similis fio.*

ANNOTATIO. [*ὁμωθῆναι tamen regulariter duci potest ex ὁμόω, id autem ex ὁμός: quæ vocabula sunt poëtica.*]

ὀσφρόμενος. ὀσφρόμενος, *qui odoratur*, pro ὀσφραινόμενος: participium est præsens pass. ab ὀσφραίνομαι: est etiam aoristi secundi medij ab ὀσφρέω ῶ: aoristus sec. ὤσφρον: medius ὠσφρόμην: vnde participium ὀσφρόμενος. inuenitur enim ὀσφρέω, vnde futur. med. ὀσφρήσομαι, ὀσφρήσῃ, ὀσφρήσεται, *sentiam, es, et.*

παρέθρισαν. παρέθρισαν, *præciderunt*, pro παρεθέρισαν: aorist. prim. indicatiui à παραθερίζω, μ. ίσω.

πέπρωται. πεπρωμένος. A πρωτόω, *termino, definio*, μ. ώσω: π. ωκα: pass. πεπρώτωμαι, πεπρώτωσαι, πεπρώτωται, syncope πέπρωται, *fatatum est, fato decretum est*: part. πεπρωμένος pro πεπρωτωμένος, *fato destinatus*: ἡ πεπρωμένη & τὰ πεπρωμένα, *fatum*.

περιπλόμενος. περιπλόμενος *perfectus, reuolutus, qui fit circulo*, pro περιπελόμενος: participium est præsens pass. à περιπέλομαι.

πέφνε. πέφνεν, *interemit*, pro πέφονε, detracto augmento, aoristus secund. reduplicatus, à φονέω: hinc participium

πέφνων. πέφνων, πέφνουσα, πέφνον, pro πεφνών, πεφνοῦσα, πεφνόν, retracto scilicet accentu ob syncopen: nisi malis esse particip. præsens à verbo poëtico πέφνω, *occido.*

πεφυζότες. πεφυζότες, *fugientes cum metu*, pro πεφυζηκότες, part. perfectum à φυζέω, inusitato.

ANNOTATIO. [*Melius Sylburgio deduci videtur. à φυζάω quam à φυζέω, quum infinit. φυζᾶν apud Hesych.* (*quod exp.* fugere & trepidare) *satis euidenter exprimat Characteristicam secundæ coniugationis, & circumflexæ, & in μι. ad hæc πεφυζὼς vel actiu. est syncopatum, 236, 3. vel medium regulare, vt δεδειπνὼς, μεμυκὼς, & similia 214, 2.*]

τετιμένος. τετιμένος, *honoratus*, pro τετιμημένος: part. perfecti pass. à τιμάω, μ. ήσω: vel à τίω regulariter, μ. ίσω, *honoro.*

τέτρηχα. τέτρηχα, *turbatus sum*, pro τέτραχα, Ionicè verso α in η, 118, 26. est perfectũ medium à τ

ἀ ταράττω, μ. ξω, 197, 8. ἀ τέτρηχα, plusquamperfect. ἐτετρήχειν, & detracto ε, τετρήχειν, *turbatus eram.* In participio quoque perfecto actiuo fœminino dicitur eodẽ modo τετρηχυῖα, *turbata, exasperata,* pro τεταραχυῖα. † ὄρμενος, *concitatus*, pro ὡρμημένος: participium perfect. paß. retracto accentu ob syncopen, ab ὁρμάομαι. [*Pro* ὄρμενος, *quod Etymologus quoque in* ἐγηγερμένος *per syncopen ex* ὡρμημένος *esse factum tradit, reperitur etiam* ὄρμενος, *ut Il.* λ, *de Diomede & Vlysse,* ὣς ὄλεσαν Τρῶας πάλιν ὀρμένω, sic interemerunt Troianos cum impetu in illos reuersi. *Idemque Etymologus, quum ex Il.* φ *citasset,* ὄρμενον ἐξαίφνης, *factum scribit vel ex* ὠρμένος, *perfecto verbi* ὄρω, *per systolen & remissionem accentus: vel ex præsenti* ὀρόμενος, *per syncopen.*]

τετρήχειν.
τετρηχυῖα.
ὄρμενος.
ANNOTATIO.

[1] Διδάσκω, *doceo*: Futurum, [2] διδάξω: Aoristus 1. 2
ἐδίδαξα, ἀ διδάχω.

διδάσκω ἀ διδάχω.

[3] Διδράσκω, *fugio*: Futurum, διδράσω, ἀ διδράω. 3
sic ἀποδιδράσκω, *aufugio*: διαδιδράσκω, *diffugio, dilabor.* aoristus secundus, δίεδραν, [4] ἀπέδραν, *fugi,* 4
pro δίεδρην, ἀπέδρην, ab [5] ἀπόδρημι, *aufugio*; διάδρημι, *diffugio*: sed α pro η, ut [6] ἔσταν, pro ἔστησαν. 5
Participium, [7] ἀποδρὰς, ἀποδράντος: at [8] ἀπέδραν, 6
δίεδραν, *fugerunt,* syncope, pro ἀπέδρησαν, δίεδρησαν. 7. 8
Infinitiuus, [9] δράναι, præsens. 9

διδράσκω ἀ διδράω & δρῆμι.
δίεδραν & ἀπέδραν *prima persona singul. & tertia plur.*

[1] ΔΙΔΆΣΚΩ, Veluti & reliqua in σκω, (348, 14.) 1
deriuatum est: ducitur autem non ἀ διδάχω, sed ἀ δάω
siue δάω, unde interpositis literis σκ fit δάσκω, & cum
reduplicatione διδάσκω. [2] Hinc medium διδάξομαι, *do-* 2
cebo: & aoristus primus medius ἐδιδαξάμην, *docui*: in
optat. διδαξαίμην, *docuerim.*

[3] Διδράσκω fit ἀ δράω cum reduplicatione; quam in 3
futuro contra aliorum analogiam seruat, διδράσω: vnde
ἀποδιδράσω, *aufugiam*: tamen tanquam ἀ δράσω dicimus
in aoristo primo ἔδρασα, & syncope ἔδρα, *fugi*: cum ἀπὸ,
ἀπέδρα, *aufugi.* sic ab Ionico δρήσω, ἀ primitiuo δράω, cum
διὰ, dicitur in futuro medio διαδρήσομαι: tertia plur.
διαδρήσονται, *diffugient, dilabentur.* hinc etiam aor. prim.
medius, διεδρησάμην, vnde subiunctiuus διαδρήσωμαι,
διαδρήσῃ, διαδρήσηται, *aufugero, is, it.* [4] Hinc in prima 4
plur. ἀπέδραμεν, *aufugimus.* [5] Verbo δρῆμι patrocinari 5
videtur breuis characteristica in infinitiuis ἀποδράναι &
διαδράναι. sed quum videam Hesychium διαδράναι in

ἔδρασα. ἔδρα. ἀπέδρα.
διαδρήσονται.
διαδρήσηται.
ἀπέδραμεν.
ANNOTATIO.

terpretari per aorist. διαφυγεῖν, inueniam etiam φάω
similiter vsurpatum pro εἰπεῖν, *dixisse*: adducor vt ...
dam aoristi Characteristicam κ, versam esse in Chara-
cteristicam præsentis, α: ideoque malim thema διδράω,
cum id regulare sit, (221, 16.) & reduplicatio fiat in
eiusdem cognato διδράσκω. sicut enim ex inusitatis pri-
mitiuis πλάω, πράω & τράω, duo sunt deriuatorum ge-
nera, alterum in ω, πιπλάω, πιπράω, πιτράω: alterum in μι,
πίπλημι, πίπρημι, τίτρημι, facta in vtrisq; reduplicatione:
sic etiam à δράω est primum διδράσκω, deinde δίδρημι.
6.7 [6] De hoc paulò antè, 365, 32. [7] Sic διαδρὰς, *qui perfuga*,
8 *dilapsus*. [8] Sic simplex ἔδραν, *fugerunt*, pro ἔδρησαν vel
ἔδρασαν, à δρῆμι: aorist. sec. ἔδραν, ἔδρας, ἔδρα: ἐδράμεν, ἔδρατε,
ἔδραν, pro ἔδρην, ης, η, &c. Optat. δραίην, vt σταίην, 227, ...
9 [9] Cum διὰ, διαδράναι, *diffugere*.

ἔδραν.

Appendix.
δαίω vel δαίω à δαίω, δάζω, & δάημι.

ΔΑΙΩ Trisyllabum, vel δαίω disyllabum, *conuiuor*,
diuido, *scio*, *comburo*: fut. δαίσω à δαίω, & δαήσω quasi à
† δαέω. à δαίσω aoristus prim. ἔδαισα: medius ἐδαισάμην:
subiunct. δαίσωμαι, δαίσῃ, *comedam*, *as*: infin. δαίσασθαι, *epu-
lari*: part. δαισάμενος, *epulatus*. à δαήσω verò fit perfectum
δεδάηκα, *noui*: vnde part. δεδαηκὼς, *doctus*, & Ionice de-
tracto κ, & correpta penultima (235, 35.) δέδαα: tertia
plur. δεδάασι, *norunt*. [*Quod vel per syncopen fit ex δε-
δάηκα, extrito η & κ: vel est perf. med. verbi δαίω.*] part.
δεδαὼς, ότος, & poëtica productione ῶτος, *doctus*: in duali
δεδαῶτε, *docti*. Perfect. pass. δεδάημαι, *doctus sum*, *scio*:
infin. δεδαῆσθαι, *nosse*: & part. δεδαημένος, *doctus*. Dicitur
etiam in perfecto pass. δέδαιμαι, à δαίω: vnde tertia plur.
Ionica (190, 15. & 34.) δεδαίαται pro δέδαινται, *diuisi sunt*.
atque etiam δέδασμαι, *diuisus sum*, ab inusitato δάζω: &
hinc in tertia persona δέδασται, *distributum est*. ab eodem
δάζω, aor. pri. med. ἐδασάμην: ἐδάσατο & poëticè (170, 38.
& 171, 1.) δασσάσκετο, *diuisit*: tertia plur. sine augmento
& geminato σ, δάσσαντο, *partiti sunt*: in subiunct. δάσση-
ται, *discerpserit*: infin. δάσασθαι, *diuisisse*: part. δασάμενος, *is*,
partitus. Aorist. sec. † ἐδάην, *didici*, *cognoui*: infin. δαῆναι
& Doricè (182, 6.) δαήμεναι, *didicisse*, à δάημι. est & alius
aor. sec. poëticus siue Ionicus (172, 15.) δέδαον pro ἔδαον,
à δαίω. Huius perfectum med. (309, 19.) δέδηα, δέδηας,
δέδηε, *arsi*, *isti*, *it*: plusquamperfect. ἐδεδήειν: & sine ε, δεδή-
ειν, δεδήεις, δεδήει, *inflammabar*, *aris*, *atur*: hinc cum ἀμφὶ,
ἀμφιδεδήει, *circumardebat*. A δαίω, αι in η conuerso, sunt
qui putent fieri δήω, *inuenio*: vnde δήομεν, δήετε, *inueni-
mus*, *itis*. alij non subscribunt ι, & malunt esse futurum
à δέω, 359, 10.

δεδάασι.
ANNOTATIO.
δεδαῶτε.
δεδαίαται.
δασσάσκετο.
δάσσαντο.
δαήμεναι.
δέδαεν.
ἀμφιδεδήει.

ANNOTATIO.

Quod vero notatur 376,36. ἐδάλω ἀ δάημι est potius aor. 2. pass. ab eodem δαίω. sic enim Herodianus, καίω, ἔκαον, ἐκάλω· παίω, ἔπαιον, ἐπάλω, καὶ ἀνεπάλω. At trisyllabũ δαΐω, quod 376, 16. ponit, legitur etiam apud Etymologum in δαΐς: scribit enim ibi, ex δαίω per dialysin fieri δαΐω, atque inde pleonasmo τοῦ ζ, δαΐζω. Nulla tamen huius dissoluti δαΐω proferũtur exempla, quum δαΐζω sæpe occurrat apud Homerum, vt Il. σ, χερσὶ δαΐζων: at δεδαϊσμένος, δαΐξεις, & similia, referri possunt æquè ad δαΐζω atque ad δαΐω. nam quædam in ζω, vtramque recipiunt characteristicam in futuro & temporibus inde formatis, 168,41. Ex δαΐζω autẽ per syncopen fit δάζω, quod idem Etymologus agnoscit, ac deducit inde non modo aor. ἐδάσαντο, sed etiam verbale δασμὸς, vt σκεδασμὸς à σκεδάζω. Sed præter hoc δάζω ponit & aliud thema, δάσσω. sic enim ille in δατῶ, ἢ παρὰ τὸ δαίω τὸ μερίζω, ἀφ' οὗ τὸ δάζω καὶ δάσσω: atque ab eodem deducit aor. δάσσαντο diuiserunt, *& fut. δάσσονται* partientur: *quum alij hæc quoque forment è δάζω seu δάζομαι, poëticè hic σ geminatum censentes, 177,32. Quod vero attinet ad δαΐω, 376,18. natum est illud ex verbi δαίω futuro 2. δαῶ, per dialysin, vt supra quoque in paginam 361. docui è futuris noua existere themata.*

Ἐγῷδα, pro ἐγὼ [1] οἶδα, *ego noui*: vt ἐγῷμαι pro 1 E
ἐγὼ [2] οἶμαι, *ego puto*, per crasim. 2 *ἐγῷδα. ἐγῷμαι.*

[3] Ἔδω, *edo*. [4] Præt. Atticũ ἔδηκα, & pleonasmo, 3. 4
ἐδήδοκα: Pręt. med. [5] ἔδηδα. Fut. sec. med. [6] ἔδομαι, 5. 6 *ἐδήδοκα.*
pro ἐδοῦμαι, vt [6] φάγομαι, πίομαι, *edam, bibam.* 6 *ἔδηδα. ἔδομαι.*

Εἴδω, *scio*. Futurum, [7] εἴσομαι, vel [8] ἴσομαι, re- 7.8 *εἴδω ab εἰδέω &*
moto ε: Præterit. med. [9] οἶδα. Sed futurum εἰ- 9 *εἴδημι.*
δήσω, ab εἰδέω: Præterit. εἴδηκα: Plusquamperfectum, εἰδήκειν: syncope εἶδα, εἴδειν: Infinit. εἰδέναι: *εἶδα syncope.*
Participium, εἰδώς: Plusquamperf. εἴδειν, [10] At- 10
ticè ᾔδειν, ει in η. [11] Aorist. sec. εἶδον, *vidi, noui*; 11 *ᾔδειν, ει in η.*
poëticè ἴδον, sine ε: id quod in reliquis perdurat: ἴδε, ἴδοιμι, ἐὰν ἴδω, [12] ἰδεῖν: Participium, ἰδών. 12 *ἴδον.*
Optatiui præsens [13] εἰδείην ab εἴδημι. 13 *εἰδείην.*

[14] Εἰπὸν pro εἰπὲ, *dic*, aor. sec. [15] Syracusio mo- 14 *εἰπόν.*
re, ον pro ε: At [16] εἶπον, εἰπάτω, primus, vt τύψον. 15 16 *ον pro ε Syrac.*

[1] VIDE In εἴδω. [2] Quære in οἴομαι. [3] Huius infinitiuus ἔδειν, Doricè & Atticè (182,6.) ἐδέμεναι, & syncope 1. 2 3 *οἶδα. οἶμαι.*

ἔδμεναι. 4.5 ἐδμέναι, *comedere.* [4] Vide 297,25. & 298,4. [5] Ab ἐδ-
δοκα, particip. ἐδηδοκὼς: & ab ἔδηδα, ἐδηδὼς, *qui comedit.*
6.7 [6] Vide 309,22. [7] Secūda persona εἴσῃ & Ionicè (186,2.)
εἴσεαι. εἴσεαι. Huius fut. actiuum est εἴσω vel ἴσω, *sciam*: vnde
præsens (348,14.) † εἴσκω & ἴσκω: imperfect. ἴσκον, ἴσκες,
ἴσκε. ἴσκε, *sciebam, as, at.* A futuro εἴσω, aor. prim. εἶσα: medius
ἐϊσάμην. εἰσάμην, & poëticè (298,15.) ἐϊσάμην, *visus sum*, vel *simi-
lis sum*: Optat. εἰσαίμην: tertia persona εἴσαιτο: part. εἰσά-
8 μενος, & poëticè ἐϊσάμενος, *visus, assimilatus.* [8] Hinc
ἰσόμενος. 9 participium ἰσόμενος, *sciturus.* [9] Augmentum non re-
cipit, sed δ mutatū fuit in οι, vt in πέποιθα à πείθω, 197,25.
Ab οἶδα, οἶδας, οἶδε, pluralis οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασι, *nouimus,*
10 *nostis, norunt.* [10] Vide 290,16. & 300,12. Sumitur ᾔδειν
etiam pro ᾔδεσαν siue ᾔδεσαν, *sciebant.* sic ἦν (315,34.) pro
ἦσαν, *erant.* Secunda persona ᾔδεις, Æolicè (315,35.) ᾔδεισθα
ᾖσθα. & syncope ᾖσθα, *noueras.* Pro tertia persona ᾔδει siue ᾔδεε
ἤιδε. ᾐείδει. Nonnus dixit ἤιδε, *sciebat, nouerat*: & Homerus ᾐείδη.
ANNOTATIO. [Nisi fortè cum Sylburgio dicere malis, ἤιδε ex εἶδε fa-
ctum per dialysin & ectasin, vt ἤιε ex εἶε.] in tertia duali
ἤστην. ᾐδείτην, syncope ἤστην, *nouerant illi duo*: vbi δ mutatum
11 est in σ, vt in plurali ᾔδειμεν, ἦσμεν, ᾔδειτε, ἦστε, 365,28. [11] Vi-
de 302,33. Poëtæ quoque in futuro primo pro εἰδήσω,
ἰδήσω. dicunt ἰδήσω sine ε, & Doricè ἰδησῶ, vltima circumflexa.
de huiusmodi Dorismo vide infrà in πίπτω. Atque Plu-
ἴδονται. tarchus dixit in tertia plurali præsentis pass. ἴδονται, *vi-
dentur*, per ι: modò codex mendo careat. Ab ἴδον, ἴδες,
ἴδεσκε. fit tertia Ionica (170,30.) ἴδεσκε, pro ἴδε, *vidit.* Huius
ἰδοῦ. ἰδού. aoristus sec. med. ἰδόμην, ου, ετο: imperat. ἰδοῦ: at ἰδού, *ecce*,
aduerbium: Opt. ἰδοίμην, οιο, οιτο: tertia plur. ἴδοιντο, & Io-
ἰδοίατο. 12 nicè (190,16.) ἰδοίατο, *vidissent*: infin. ἰδέσθαι. [12] Ἰδεῖν, dia-
ἰδὲν, ἰδῆν, ἰδέειν. lectis valde variat: Doricè ἰδὲν, 183,13. Æolicè & Doricè
ἰδῆν, 183,15. Ionicè ἰδέειν, 183,16. rursus Doricè & Atticè
ἴδμεναι, ἴδμεν. ἰδέμεναι, Ionicè ἰδέμεν, 182,15. & syncope ἴδμεναι, ἴδμεν, *vi-
disse, scire.* Ab ἰδεῖν cum σὺν, συνιδεῖν, *cognoscere, videre*:
& part. συνιδὼν, *contuitus, qui vidit ac cognouit*: atque
13 Opt. συνίδοιμι, συνίδοις, συνίδοι, *intelligam, as, at.* [13] Vt π-
εἰδῶ. θεῖεν, 224,35. & subiunctiuus εἰδῶ, *videam, cognoscam,*
εἴδω. vt πιθῶ, 225,5. at εἴδω, εἴδῃς, (vnde & in prima plur. εἴδο-
εἴδομεν. μεν, pro εἴδωμεν, *sciamus*, 306,15.) est aoristus secundus
εἰπόν. 14 ab εἴδω. [14] Ab inusitato ἔπω, quod sumit augmentum ει
per ι, atque illud seruat in vtroque aoristo per omnes
Syracusiasmus 15 modos, 302,15. & 286,25. [15] Nam Syracusani, qui &
siue Dorismus. Dores, aoristum secundum imperatiui actiui, primo
aor. eiusdem modi similem terminatione faciunt: vt
θίγον. θίγον, pro θίγε, *tange*, à θίγω, *tāgo*: sic τύπον pro τύπτε, [16] Vi-

[16] Vide 302, 7. & 14. Cæterùm εἰπὲ & εἰπὸν habent ac- 16
centum in vltima, cùm τύπε & τύπον habeant in penul-
tima : de qua re habes 305,37.

Ἐκέκραξα, *clamaui*, aoristus primus, à κεκράγω,
clamo. quandoque [1] præteritum fit præsens: à 1
[2] κράζω, *vociferor.* præteritum medium κέκραγα: 2
inde κεκράγω: Futurum, [3] κεκράξω: Aoristus, ἐκέ- 3
κραξα. A πείθω, *persuadeo*, præteritum med.
[4] πέποιθα: vnde [5] circumflexum πεποιθέω ῶ, *con-* 4.5
fido: à quo verbale πεποίθησις, *confidentia, fiducia.*
Γρηγορέω, *vigilo*: Præteritum medium [6] ἐγρήγορα: 6
vnde præsens ἐγρηγορῶ, *vigilo.*

ἐκέκραξα. *A præterito fit præsens.* πεποιθῶ. πεποίθησις. ἐγρηγορῶ.

Ἔρομαι, *interrogo* : Futurum, ἐρήσομαι ab ἐρέομαι:
Aoristus secundus medius, ἠρόμην. nam εἰρό-
μην fit ab [7] εἴρομαι, *interrogo.* 7

ἐρήσομαι ab ἐρέομαι.

[8] Εὑρίσκω, *inuenio* : Futurum, εὑρήσω ab εὑρέω: 8
Aoristus primus passiuus, εὑρέθην.

εὑρίσκω ab εὑρέω.

[1] Id Est, à præterito medio formatur præsens, si- 1
gnificans idem quod primitiuum. Sic ab ἄρω, *apto, con-*
gruo, præteritum medium ἦρα, & Atticè duabus priori-
bus præsentis literis præfixis (vt dictum est 297, 25.)
ἄρηρα, ἄρηρας, ἄρηρεν : vnde præsens ἀρήρεμαι, idem
quod ἄρω. [*Vnde frequẽs quoque est compositum* προσαρή-
ρεμαι adapto, *apud Hesiodum Erg.* Γόμφοισιν πελάσας
προσαρήρε) ἱστοβοῆι. *Alias* ἀρήρεμαι *est etiam* aratus sum,
ab ἀρόω, 297, 25. & 217, 35. *vnde particip.* ἀρηρεμένη arata,
apud Hesych. & Suid.] A perfecto medio ἄρηρα, ducitur
plusquamperf. ἀρήρειν, ἀρήρεις, ἀρήρει, & cum altero augmẽ-
to (319, 19.) ἠρήρειν, εις, ει, *compegeram, adaptaueram, as, at:*
part. ἀρηρὼς, ότος, & sine augmento, seruata tamen re-
duplicatione, ἀραρὼς, ότος, *compactus, aptatus* : sic & in
subiũctiuo ἀράρω, ἀράρης, ἀράρη, *congruero, is, it*, pro ἀρήρω,
ης, η : atque in indicatiuo ἄραρα, ας, ε, pro ἄρηρα, *me ac-*
commodaui, placui, isti, it. [ἀράρω *est etiam præs. indic. ex*
med. præt. ἄραρα *natũ, suprà v. 5. inde enim apud Hom. est*
ἄραρον, *&* ἀραρίσκω *apud Apollonium, Ionicè pro* ἀραρίσκω,
infrà in tractatu Antesignani in Inuestigatione præsentiũ.
nisi fortè hæc velis esse aor. 2. ab ἄρω, *per anadiplasias-*
mum, 172, 17.] Sic à θάλλω, *vireo, germino*, præteritũ med.
τέθηλα, 197, 1. dicitur & τέθαλα, vnde part. τεθαλὼς, τεθα-
λυῖα, *virens, germinans.* Cæterùm è τέθηλα & transpositis

ἄρηρα. ἀρήρεμαι. ANNOTATIO. ἠρήρειν. ἄραρα. ANNOTATIO. τεθαλυῖα.

lite

τηλεθάω.
literis τήλεθα, fit præſens τηλεθάω, τηλεθάεις, τηλεθάει, idem
quod θάλλω: hinc part. τηλεθάων, οντος, ἡ τηλεθάουσα, craſi
τηλεθόωσα.
τηλεθῶσα & poëticè τηλεθόωσα, vt ἀντιόωσα, 220,37. Rur-
ſus è τηλεθάω fit Barytonum τηλέθω, τὸ θάλλω. A ῥιγέω ὦ,
rigeo, algeo, exhorreo, futur. ῥιγήσω: aoriſt. prim. ἐρρίγησα,
ἐρρίγησας, ἐρρίγησε, ſine augmento ῥίγησεν, *obſtupuit*. per-
fect. ἐρρίγηκα: vnde medium (213,35.) ἔρριγα, *rigui*: à quo
præſens ἐρρίγω, τὸ ῥιγέω: ſubiunctiuus ἐρρίγω, ἐρρίγῃς, ἐρρίγῃ,
ἐρρίγησι.
& Ionicè (306,15.) ἐρρίγησι, *timeat*: part. ἐρρίγων, οντος, οιτ.
2 [2] Huius fut. κράξω, 168,1. aoriſt. pri. ἔκραξα. In præterito
ἔκραγα.
medio reperitur etiam ἔκραγα pro κέκραγα, *clamaui*, vt
ἐβλάκευμαι pro βεβλάκευμαι, 338,22. Cur præteriti medij
characteriſtica ſit γ, habes 197,8. ſic aoriſt. ſec. ἔκραγον.
κεκράξονται.
3 [3] Medium κεκράξομαι, *clamabo*: tertia plur. κεκράξονται, *cla-
mabunt*. poteſt tamen cenſeri paulopoſtfuturum à κρά-
4 ζω, μ. ξω. [4] Vide 197, 25. pluſquamperfect. ἐπεποίθειν,
πεποίθεα.
ἐπέπιθμεν.
(Ionicè πεποίθεα) ἐπεποίθεις. ab huius prima plurali ἐπε-
ποίθειμεν, ſunt qui per ſyncopen ducant † ἐπέπιθμεν, Il. 3.
ſed penultima eſſet οι. alij ab aoriſto ſec. ἔπιθον, (178,11.
quod Ionica reduplicatione (172, 17.) eſt πέπιθον, cui
præponunt aliud augmentum. ſed hoc fieri non ſolet:
quare malim compoſitum dicere ex ἐπὶ, & prima plu-
rali aoriſti ſec. ἐπίθομεν, per ſyncopen τοῦ ο. inuenitur
enim compoſitum ἐπιπείθω: vnde in imperatiuo paſſ.
ἐπιπείθεο.
ἐπιπείθεο, *pare*, Ionicè (193,29.) pro ἐπιπείθου, vel pro ſim-
plici πείθου: & in ſubiunctiuo ἐπιπείθηται pro πείθηται, *pa-*
πέπιθον.
reat, audiens ſit. Dicitur tamen in aoriſto ſec. πέπιθον
Ionicè pro ἔπιθον: vnde Optat. πεπίθοιμι, οις, οι: prima plu-
πεπίθοιμεν.
ralis πεπίθοιμεν, *ſuaſiſſemus*. Hinc aliud quoq; verbum,
vtpote πεπιθέω, cuius fut. πεπιθήσω, *perſuadebo*. Ab aoriſto
ſec. ἔπιθον, medius ἐπιθόμην: Opt. πιθοίμην, οιο, οιτο: tertia
πιθοίατο.
pluralis Ionica (190, 29.) πιθοίατο, *credant*, pro πίθοιντο:
πίθηαι.
ſubiunctiuus, πίθωμαι, πίθῃ, & Ionicè (186,23.) πίθηαι, *per-*
ANNOTATIO. de ἐπέπιθμεν cōtra Anteſign.
ſuaſus ſis. [*Euſtathius & Etymologus* ἐπέπιθμεν (*Il. β,*
καὶ δεξιαὶ, ᾗς ἐπέπιθμεν) *factum tradunt non ex compoſito*
ἐπιπείθω, *vt vult Anteſignanus, ſed è ſimplici* πείθω, *Ionico
videlicet diplaſiaſmo, & ſyncope Æolica: qua de re vide
annotata in Inueſtigatione 2. Aoriſt. & Fut. 2. verborum
quæ habent Characteriſticam γ, δ, π, μ, λ. in tractatu P.*
ANTESIGNANI. *Sed diſſentiunt in expoſitione. Euſtathius
enim actiuè interpretatur* ἐπείσαμεν, perſuaſimus, flexi-
mus, nos ipſos, & reliquos Græcos: *Etymologus autē neu-*
5 *traliter*, ἐπεπιστεύκειμεν, credideramus.] [5] Atque baryto-
6 num πεποίθω: prima pluralis πεποίθομεν, *confidimus*. [6] Vi-
κεκράγειν.
de 213,35. & 2[illegible],5. Pluſquamperfectum κεκράγειν, aliud
augmen

augmentum non accipit,176,18. Particip.ἐγρηγορὼς,ότος:
& depoſito augmento γρηγορὼς, *vigilans*. [7] Huius ſe- 7 γρηγορώς.
cunda perſona εἴρῃ, & Ionicè (186,23.) εἴρεαι,*interrogas*: εἴρεαι.
in imperfecto εἰρόμην,εἴρου,Ionicè εἴρεο, *interrogabas*, & εἴρεο.
interroga: in imperatiuo,193,29. ſic ab ἔρομαι impera-
tiuus Ionicus ἔρεο, & producta penultima ἔρειο,*interro-* ἔρειο.
ga,360,28. [8] Vide 310,37. & 348,14. & 365,11. A fut.εὑ- 8
ρήσω perfectum εὕρηκα, & Atticè (286,35.) ηὕρηκα. aoriſt. ηὕρηκα.
ſec.εὗρον,infin.εὑρεῖν,Doricè & Atticè εὑρέμεναι,*inueniſſe*. εὑρέμεναι.
aoriſt.ſec.med.εὑρόμην,*nactus ſum*: Optat.εὑροίμην,οιο,
οιτο: ſubiunct. εὕρωμαι,ῃ,ηται: infinit.εὑρέσθαι: part.εὑρό-
μενος,*nactus,aſſecutus,qui reperit.*

[1] Ἔχω,*habeo*:Futurum,[2] ἕξω, per ἑ aſpiratum. 1. 2 ἔχω à σχέω, σχῆ-
Præteritum,ἔσχηκα: [3] Aoriſtus ſecundus,ἔσχον,à 3 μι & ἴσχω.
σχέω. Imperatiuus σχὲς, [4] ἐπίσχες, *inhibe, differ*: 4 ἐπίσχες, πρόσχες,
[5] πρόσχες,*intende, præoccupa*,à σχῆμι,vt σπὲς,*dic* vel 5 ab ἐπέχω, προσέ-
ſequere, à σπῆμι: [6] φρὲς, *fer*, à φρῆμι, ad morem 6 χω & προέχω.
[7] θὲς à τίθημι. Aoriſtus ſec. medius, [8] ἐσχόμην, 7.8 σπές. φρές.
[9] ἀνεσχόμην,*toleraui*. Imperatiuus,[10] σχοῦ, [11] ἀπό- 9 ἀπόσχου.
σχου, *abſtine*: at [12] ἰσχόμην, *me reprimebam* ſeu *re-* 10
preſſi,ab ἴσχω,*habeo,teneo*.Verbale,ἄσχετος,*intolera-* 11 12 ἄσχετος.
bilis,à σχῆμι.Pręteritum paſſiuum,ἔσχεμαι,tertia
perſona ἔσχεται,σχετὸς,ἄσχετος: ſic [13] verbale σχέσις, 13 σχέσις.
habitus,ab eodem. Aoriſt.pri.paſſ.[14] ἐσχέθην,ſi- 14
militer ab ἔσχεται.ſic illi aoriſti quos notauimus
pag.308,4,7 & 9. ἀφέθην,ἡρέθην,ἐπῃνέθην,ἐῤῥέθην,
regulariter deduci poſſunt à paſſiuo perfecto
verborũ in μι. In ſumma:verbalia quæ lõgam *Annotatio.*
habent vocalem, proficiſcuntur à circumfle-
xorũ præterito: contrà quæ breuem,à verbo
in μι. nam huius pręteritum paſſiuum penul-
timam breuiat:vt σχῆμα,*figura, forma*,ab ἔσχημαι: σχῆμα.
σχέσις,*habitus*, ab ἔσχεμαι: [15] ἅλωσις,*captiuitas*,ἁλω- 15 σχέσις.
τὸς,*captiuus*, ab ἥλωμαι,*captus ſum*: δόσις,*datio*,à 16
[16] δέδομαι, *datus ſum*: & ita in reliquis.
[17] Ἕω,*induo* vel *colloco*,augetur per ει. Præte- 17 ἕω.
ritum paſſiuum,εἷμαι:Pluſquamperfect.εἵμην:
Participium, εἱμένος. Aoriſtus primus, εἷσα:

εἷμα. Participium ἑὰς. Verbale, εἷμα εἵματος, *vestis*,
ἱμάτιον. augmentum seruat : vnde ἱμάτιον, *vestimentum*,
ἰστέον. 18 ablato ε : [18] sic ἰστέον, *sciendum*, ab εἴδω, *scio*:
ἰτέον. [18] ἰτέον, *eundum*, ab εἶμι, *eo*.

1 [1] Hvivs Infinitiuus ἔχειν, Atticè & Doricè ἐχέμεναι,
ἐχέμεν. Ionicè ἐχέμεν, *habere*, *tenere*. Imperfect. εἶχον : augetur
ἔχον. enim per ι, 286,16. sine augmento ἔχον, ες, εν, *habebam*,
2 vel *habebant*, *as*, *at*. [2] Et medium ἕξομαι, *adhærebo*.
3 vide 304, 1. & 305, 1. [3] Vide 214,9. Hinc imperatiuus
σχέ. ἐπίσχε. σχὲ, *habe* : ἐπίσχε, *mane*, *subsiste*: subiunct. σχῶ : prima plu-
κατάσχωμεν. ralis σχῶμεν. cum κατὰ, κατάσχωμεν, *contineamus* : infinit.
σχέμεν. σχεῖν, Ionicè (182,6.) σχέμεν, *obtinuisse* : cum præpositione
Æolica ἀμπὶ (250,4.) ἀμπισχεῖν, *induere*. particip. σχὼν
σχόντος, *occupans*, *potitus*: σχόντες, *tenentes*. A σχέω, optatiui
σχοίην. præsens σχέοιμι σχοίμι, & Atticè (214,14.) σχοίην, σχοίης,
σχοίη, *haberem*, *es*, *et*. A σχέω quoque ducitur futurũ σχήσω:
vnde medium σχήσομαι : infinit. σχήσεσθαι, *assecuturum esse*.
sic & composita, vt ἀνασχέω, τὸ ἀνέχω, μ. ἀνασχήσω ἀνασχή-
σεις, ἀνασχήσει, *tollam*, *es*, *et*: ἀποσχέω, μ. ἀποσχήσω, εις, ει, *abstine-*
bo, *is*, *it*: ἐπισχέω, εις, ει, *inhibebo*, *is*, *it* : infinit. ἐπισχήσειν, *repres-*
4 *surum esse*. [4] Referendum ad ἐπέχω siue ad ἐπισχέω. hinc
etiam infinitiuus ἐπισχεῖν, *expectare* : & part. ἐπισχὼν, *ex-*
pectans : ἐπισχόντες, *differentes*. ab ἐπισχέω, in tertia singu-
5 lari subiunct. passiui ἐπισχέηται ἐπισχῆται, *inhibeat*. [5] Thema
est προέχω, vnde aor. secundus προέχον, quasi à προσχέω: &
medius προεσχόμην: tertia pluralis προέχοντο, *prætendebãt*:
προσχών. participium actiuum προσχὼν, *prætendens* vel *præeminens*:
προσσχών. at προσσχὼν per duplex σ, *appellens*, à προσέχω : vnde ao-
ristus secundus προσέσχον, προσέσχες, προσέσχεν, *appuli*, *isti*, *it*,
quasi à προσσχέω, quòd componatur è πρὸς & σχέω: tamẽ ea
hæc differentia passim confunditur, dum concurrit du-
plex σ ante χ. nam alterum abiicitur : vt incertum fiat
ad προέχω ne, an ad προσέχω huiusmodi tempus sit re-
6.7 ferendum. [6] Quære in φέρω. [7] Vide 235, 9. & 236,25.
8 [8] Optatiuus σχοίμην, σχοῖο, σχοῖτο, *continerem*, *es*, *et* : tertia &
σχοίατο. pluralis σχοῖντο, & Ionicè (190,16.) σχοίατο, *continerent*:
9 particip. σχόμενος, *qui tenuit*. [9] Et cum altero augmẽto
ἠνεσχόμην, 290,6. Imperatiuus ἀνάσχου, & Ionicè (193,31.)
ἀνάσχεο. ἀνάσχεο, *fer patienter*, *patere* : Optat. ἀνασχοίμην, ἀνάσχοιο,
ἀνσχοιτο. ἀνάσχοιτο, & poëticè ἄνσχοιτο, *toleraret*, 173,14. part. ἀνα-
σχόμενος, *tolerans*, *attollens*. Aorist. sec. act. ἀνέσχον, *extuli*
vel extulerunt : part. ἀνασχὼν, όντος, *sustinens*. Hæc sunt
referendâ ad ἀνέχω & ἀνέχομαι, vel ad ἀνασχέω. reperitur
etiã ἀνίσχω, *attollo*, *orior*: vnde in subiunct. ἀνίσχωσι, *elevẽt*:
& par

& particip. ἀνίσχων, οντος: ἀνίσχοντες, *eleuantes*. Impera-
tiuus passiuus ἀνίσχου, & Ionicè (193,31.) ἀνίσχεο, *te cōtine.* ἀνίσχεο.
[10] Ionicè σχέο, *tene.* [11] In indicatiuo ἀπεσχόμην, *me con-* 10 σχέο.
tinui: subiunctiuus ἀπόσχωμαι, *abstinuerim*: particip. ἀπο- 11
σχόμενος, *abstinens*: & aoristus actiuus ἀπέσχον, ες, εν, *absti-*
nui, isti, it: infinitiuus ἀποσχεῖν: participium ἀποσχὼν, ab
ἀπέχω siue ἀποσχέω, quod & ἀπίσχω, *abstineo.* [12] Est im- 12
perfectum vel aoristus secundus vocis mediæ: hinc
cum præpositione Æolica ἀμπὶ (250,4.) ἠμπισχόμην, *in-* ἠμπισχόμην.
duebar: augetur initio vt ἠμπεχόμην ab ἀμπέχομαι, 338,25.
Ab ἴσχομαι imperatiuus ἴσχου, & Ionicè (193,31.) ἴσχεο, *con-* ἴσχεο.
tinere: participium ἰσχόμενος, *se reprimens.* [13] At alte- 13
rum verbale eiusdem formæ ἡ ἕξις, εως, *habitus*, ducitur ἕξις.
tanquam ab εἶξαι secunda persona perfecti passiui for-
mata ab ἔχω, cuius futurum ἕξω: perfect. † εἶχα. [Augetur
per ι, 285,16. & præsentis spiritum seruat, sicut etiam ANNOTATIO.
εἶχον: tenuatur enim prima propter sequētem aspiratam:
in εἶξαι, ἕξω, & similibus, quoniam secunda non est am-
plius aspirata, prima resumit spiritum quem in secundę
gratiam deposuerat, asperum videlicet. Idem fit in τρέχω
θρέξω, τρέφω θρέψω: sic à θάπτω fit τάφος, à θρύπτω τρύφος,
à θύπτω τύφος. sic etiam à nom. θρὶξ fit gen. τριχός.]
Pass. εἶγμαι, εἶξαι. sic à tertia εἶκται fit ἑκτέον, *habendum*, ἑκτέον.
261,18. cum ἀπὸ, ἀφεκτέον, *abstinendū est*, ab ἀπέχομαι, *ab-* ἀφεκτέον.
stineo: cum ἐν, ἐνεκτέον, *ferendum est*, ab ἐνέχω: verùm ἐνεκτέον.
referri debet ad φέρω, quod sumit quædam tempora, ab
ἐνέχω, vt suo loco dicetur. Ab eadem tertia persona
εἶκται fit aoristus primus ἔχθην: vnde participiū ἐχθεὶς,
ἐχθέντος, cum ἀνὰ, ἀνεχθέντος, *suscepti.* [Quod afferunt ANNOTATIO.
etiam vulg. lex. *pro retracti.* quo significato dicitur po-
tius ἀνενεχθέντος, ab ἀναφέρω refero. Ab ἔχω sanè perrarū
esse puto aor. 1. & actiuum & passiuum.] [14] Cum ἀνὰ, 14
ἠνεσχέθην, *sustinui*: augetur in principio & in medio, vt ἠνεσχέθην.
ἠνεσχόμην, de quo paulò antè numero 9. mentionem
fecimus. [15] Vide 338,3. [16] Vide 238,1. [17] De hoc 286, 15
21. & 30. & copiosè 344, 10. & 26. [18] De ἰστέον & ἰτέον 16
vide infrà inter ea verba quæ ab iota incipiunt. 17

Ἐλαύνω, *impello, agito, abigo*: futur. ἐλάσω, *abigam*, ab 18 *Appendix.* ἐλαύνω ab ἐλάω.
ἐλάω: aor. prim. ἤλασα, ἤλασας, ἤλασε, sine augmento ἔλα-
σα, ἔλασας, ἔλασεν, *exagitaui, isti, it.* pro ἤλασεν, Ionicè ἐλά-
σασκε, *exagitauit, impulit*, 170, 30. sic in imperfecto
ἐλάασκον, ες, ε, *ducebam, as, at*, pro ἤλαυνον, ες, εν, ab ἐλαύνω, ἐλάασκον.
siue pro ἤλαον, ἤλαες, ἤλαε, ab ἐλάω: vnde & in tertia persona
ἐλάει ἐλᾷ, & poëticè (220,21. & 28.) ἐλάᾳ siue ἐλάα, *cur-* ἐλάα.
sum init: sic & in infi. ἐλάειν ἐλᾶν, & poëticè ἐλάαν, *incitare.* ἐλάαν.

sed

ſed redeamus ad aoriſtum primum ἤλασα : tertia
ἐλάσαν. ἤλασαν, ſine augmento ἐλασαν, & ſyncope ἔλσαν, contra-
ἔλσαν. ἔλσαι. runt: ſic in infin. ἔλσαι pro ἐλάσαι, & pleonaſmo τοῦ ε, ἐέλ-
ἐέλσαι. σαι; (apud Heſych. eſt etiam ἐλλάσαι, gemino λ, exp. concluſiſſe, prohibuiſſe) particip. ἐλάσας, ἔλσας, per-
ἐλλάσαι.
ἔλσας. fectus: item, feriens. in ſubiunctiuo ἐλάσω, ἐλάσῃς, com-
agitarim, is. aor. pri. med. ἠλασάμην: infi. ἐλάσασθαι, abegiſſe;
ἐλασάμενος. particip. ἐλασάμενος, & poëticè geminato σ, ἐλασσάμε-
ἐλήλακα. νος, qui abegit. Perfectum ἤλακα, Atticè (297, 25.) ἐλή-
λακα, expuli, abegi: pluſquamperfect. ἐληλάκειν, εις, ει, propulſe-
ueram, as, at: tertia pluralis ἐληλάκεισαν & Atticè (300, 19.)
ἐληλάκεσαν. ἐληλάκεσαν. eiecerant: particip. ἐληλακὼς, qui peruenit.
Perfect. paſſ. ἤλαμαι, σαι, ται, non aſciſcit σ, 311, 24. (vnde
aoriſt. prim. ἠλάθην, eiectus ſum: & particip. ἐλαθεὶς, tranſ-
ἐλήλαμαι. fixus) cum Attica reduplicatione ἐλήλαμαι, ἐλήλασαι, ἐλή-
λαται, ductus ſeu impulſus ſum, es, eſt: part. ἐληλαμένος, pro-
ductus, inductus, ſubmotus: pluſquamperfect. ἐληλάμην,
ἐλήλατο. ἐλήλασο, ἐλήλατο, immiſſus, eram, eras, erat: & rurſus cum
ἠλήλατο. temporali augmento (300, 19.) ἠληλάμην, ἠλήλασο, ἠλή-
ἠλήλαντο. λατο: tertia pluralis ἠλήλαντο, diſcurrebant.
ἔρχομαι ab ἐ- Ἔρχομαι, venio, accedo: futurum med. ἐλεύσομαι, veniam:
λεύθω. particip. ἐλευσόμενος, venturus, ab ἐλεύθω, aoriſtus ii.
ἤλυθον, ἤλυθες, ἤλυθεν, & ſyncope ἦλθον, ες, ε, 302, 34. & 303,
13. & 33. cum ἀπὸ ἀπῆλθον, pro quo Theocritus dicit
ἀπλῦθον. ἀπλῦθον, abij, diſceſſi. Infinit. ἐλθεῖν, veniſſe, profectum eſſe:
ἐλθὲν, ἐλθῆν, Doricè ἐλθὲν, Æolicè & Dor. ἐλθῆν, Atticè & Dor. ἐλθέ-
ἐλθέμεναι. μεναι, 182, 16. particip. ἐλθὼν, greſſus. Perfectum ἤλυθα
medium ἤλυθα, & Atticè (297, 36.) ἐλήλυθα, ἐλήλυθας
pluſquamperfect. ἐληλύθειν, ἐληλύθειν, 300, 22.

H

1 ἦν δ' ἐγώ. Ἦν δ' ἐγὼ, inquam autem ego: ἦ δ' [1] ὃς, inquit au-
ἦ δ' ὅς. tem ille; dicta ſunt per aphæreſim à φημὶ, pro quo
2 ἦν, ἦς, ἦ. ἠμὶ, dico: [2] ἔφην, ἔφης, ἔφη, & φῆν, φῆς, φῆ; vnde ἦν,
ἦς, ἦ, dicebam, bas, bat, vel dixi, iſti, it.

ἦσθα. Ἦσθα pro ἦς, eras, pagina 305, verſu 35.

3 ἥσθην. Ἥσθην, lætatus ſum: & [3] Optatiuus ἡσθείην, Ao-
riſtus primus ab ἥδομαι, delector, lætor.

1 [1] ὍΣ eſt articulus poſtpoſitiuus pro Pronomine
2 ἔφην. demonſtratiuo οὗτος vel ἐκεῖνος, 246, 37. [2] ἔφην eſt
imperfectum vel aoriſtus ſecundus, vt habes 328, 5. & 6.
reiecto augmento Ionicè dicitur φῆν, & per aphæreſin
ſiue abiectionem primæ literæ φ, ἦν, 328, 19. & 2.
3 [3] Infinitiuus ἡσθῆναι: cum ἐπὶ, ἐφησθῆναι, lætari: parti-
cipium ἡσθεὶς, oblectatus, gauiſus.

[1] Θάπτω, *sepelio:* Futurum θάψω: Aorist. prim. 1
ἔθαψα. Aoristus secundus pass. ἐτάφην, à τάφω.
[2] Θέλω vel [3] ἐθέλω, *volo*, tempora sumit à [4] θε- 2. 3
λέω, vel ἐθελέω. Sunt autem plurima tum verba 4
tum nomina διττολογούμενα, hoc est, *quæ duplici-*
ter dici possunt; ὀρὸς & ὀῤῥὸς, *serum lactis:* ἄτροφος,
† ἀτροφὴς, *non sentiens alimentū:* σαφὶς, ἀσαφὶς, *vua*
passa: μικρὸς, σμικρὸς, *paruus:* σπαίρω, ἀσπαίρω, *pal-*
pito: ἀλθηνῶ, ἀλθενῶ, *abundo:* [5] θρυλῶ, θρυλλῶ, *diuulgo:* 5
ναυαγῶ, ναυηγῶ, *naufragor, naufragium facio:* στήκω,
ἱστήκω, *permaneo:* [6] ἀλινδοῦμαι, καλινδοῦμαι, *volutor,* 6
versor. Multa præterea sunt vel Barytona vel
Circumflexa, [7] ῥίπτω, ῥιπτέω, *proycio:* κύω, κυέω, *vte-* 7
rum fero: [8] ἕλκω, ἑλκέω, *traho:* [9] εἴδω, εἰδέω, *video,* 8. 9
scio: [10] δόκω (vnde δόξω) & δοκέω, *puto, censeo:* 10
[11] τρύχω & τρυχόω, *attero:* vnde τετρυχωμένος, *ex-* 11
tenuatus. [12] Alia & Barytona & Circumflexa & 12
in μι; εἴδω, εἰδέω, εἴδημι, *scio.* Alia in diuersis
coniugationibus, [13] δυνάω, δυνάζω, *possum:* quo- 13
rum omnium varietas legendis authoribus
est obseruanda.

[14] Θνήσκω, *morior.* Fut. θανοῦμαι: Aor. sec. [15] ἔθα- 14
νον, à θείνω. Præteritum, [16] τέθνηκα, à θνάω: & Io- 15
nicè τέθναα, [17] vt βέβηκα, βέβαα, *iui.* Imperatiuus, 16
[18] τέθναθι: Optatiuus: [19] τεθναίην: Infinitiuus, 17 18
[20] τεθνάναι: Participium, τεθνὰς, à τέθνημι præ- 19
senti, [21] quod reduplicatur per ε; vnde fit τε- 20
θνᾶσι tertia pluralis, vt [22] ἱστᾶσι. quamquam 21 22
potest τεθνᾶσι dici præteritum pro τεθνάασι, per
crasim; vt etiam infinitiuus τεθνᾶναι per ᾶ cir-
cumflexum, pro τεθναέναι. Participium autem
τεθνεὼς, à † θνέω, τέθνημι. [23] Præteritū Bœoticum 23
τέθνηκα per η, & Ionicè τέθνηα, τεθνηὼς, & ablato ι
[24] τεθνεὼς, pro quo poëtæ [25] τεθνηὼς, *mortuus.* 24 25

Margin notes:

Θ
θάπτω à τάφω.
θέλω à θελέω.
ἐθέλω ab ἐθελέω.
Annotatio.
διττολογούμενα.
Multa vel barytona vel circumflexa.
δόξω.
Quædam verba & Barytona & Circumflexa & in μι.
Verba diuersarū coniugationū.
θνήσκω à θείνω, θνάω, τέθνημι & θνέω.
τέθναα.
Ionica reduplicatio per ε.
τεθνᾶσι.
τεθνηώς
τεθνεώς.
τεθνηώς

[1] VIDE 309, 8. & 310, 11. Huius perfect. pass. τέθαμμαι, τέθαψαι: part. τεθαμμένος, *sepultus:* paulopostfut. τε- 1

2 θάψομαι, ψῃ, ψεται, *mox ſepeliar, eris, etur.* [2] Vide 304, 1.
& 350, 26. Huius ſubiunctiuus θέλω. θέλῃς, θέλῃ, & Doricè

λῶ, λῆς, λῆ.

λῶ, λῇς, λῇ: poterimus tamen hæc deducere à λάω, in ſub-
iunctiuo λάω, λάῃς, λάῃ, craſi λῶ, λῇς, λῇ, & Doricè (215, 9.)

λῶ, λῆς, λῆ.
λησῶ. ἔλησα.

λῶ, λῇς, λῇ, *velim, is, it.* ab eodem λάω, futur. λήσω, & Do-
ricè (170, 7.) λησῶ: aoriſtus primus ἔλησα pro ἔλησα, reiecta
3 futuri conſonante. [3] In ſubiunctiuo ἐθέλω, ἐθέλῃς, &

ἐθέληϲθα.
θελήσας.

4 Æolicè (315, 35.) ἐθέλησθα, *velis.* [4] Fut. θελήσω: aor. primus
ἐθέλησα: particip. θελήσας, θελήσασα, θελῆσαν, *volens.* In per-
fecto affirmant non dicendum τεθεληκέναι à θέλω, ſed

ἠθεληκέναι.

ἠθεληκέναι ab ἐθέλω, cuius fut. ἐθελήσω, ἐθελήσεις, *cupiam, es.*
reperitur tamen à τεθέληκα paſſiuum τεθέλημαι: prima

τεθελήμεθα.
θεληθέν.

plur. τεθελήμεθα, *voluimus*: aoriſt. prim. ἐθελήθην: vnde
5 part. θεληθεὶς, neutrum θεληθὲν, *quod placuit.* [5] Non rarò

λ è dictionibus ſublatum.

λ è dictionibus ſublatum offendes, vt Ἀχιλλεὺς, Ἀχιλεὺς,
Achilles: genitiuus Ionicus (143, 21. & 154, 37.) Ἀχιλλῆος:
† θάλεσαν, *virentem*, pro θάλλουσαν, à θάλλω, *floreo.* ſic è
principio, λείβειν, εἴβειν, *libare*: λαιψηρὸς, αἰψηρὸς, *celer*: &
6 λαιψηρῶς, αἰψηρῶς, *celeriter.* [6] Dicimus pro eodem κυλιν-
δοῦμαι, κυλίνδομαι, κυλίομαι, & εἰλινδοῦμαι. Primæ coniuga-
tionis Circumflexorum ſunt ea verba quæ hîc à C L E-
7 N A R D O recenſentur, finita in ῶ & οῦμαι. [7] De his
8. 9 351, 1. & 11. [8] Vide 286, 18. [9] De his 377, 28. [10] Vide
10 351, 38. [11] Inuenitur quoque τρύω in eadem ſignifica-
11 tione, vnde τετρυμένος, idem quod τετρυχωμένος. [12] Sic
12. φέρω, φερέω, φέρημι, vnde † φέρησι, *fert*: βέλθω, βελθέω, βέλ-

φέρησι.
βέλθησι.
ἀνέχησι.
ANNOTATIO.

θημι, vnde βέλθησι, *oneratur, fructu grauatur*: ἀνέχω, ἀνεχέω,
ἀνέχημι, vnde ἀνέχησι, *ſuſtinet.* [*Tria iſta,* φέρησι, βέλθησι,
ἀνέχησι, *leguntur apud Homerum vno eodemque in loco,*
Od. τ: *ac Indicatiua oſtendunt ſequentia verba* τίκτει &
παρέχει *ſic enim ibi*, Εὐδικίας ἀνέχησι, φέρησι δὲ γαῖα μέ-
λαινα Πυροὺς καὶ κριθὰς, βέλθησι δὲ δένδρεα καρπῷ. Τίκτει δ'
ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς. *Eodem modo (vt
Euſtath. teſtatur) alibi dicit,* λαμπρὸν παμφαίνησι: *atque
Odyſſ.* η, *quædam exemplaria habent,* Πείσεται ἅσσά οἱ αἶσα
καὶ κλῶθες βαρεῖαι. *Sunt autem (vt idem annotauit) hæc
verba Rheginorum dialecti, qui, ſecundum Heraclidem,
tertias ſingulares barytonorum, & circumflexorum primæ
coniugationis, modo Indicatiuo, finiunt in ησι. nam pro λέ-
γει, φέρει, νοεῖ, φιλεῖ, dicunt λέγησι, φέρησι, νόησι, φίλησι. vo-
caturque iſtud ſchema Ἰβύκειον, propterea quod Ibycus poëta
plurimum hac lingua delectatus fuit. Hæc Euſtathius.
Sunt igitur iſta vel tanquam è verbis in μι, vel ει vertitur
Æolicè in η, (169, 38.) & accedit paragoge σι, velut in
ſubiunctiuis: infrà in tractatu Antesign. de Inueſtig. them.*
vbi

vbi rationem inueniendi thema præsentium verborum Barytonorum quæ propter dialectos variantur docet. sed in subiunctiuis η diphthongum est, vt λάχῃσι, λάβῃσι: in superioribus autem monophthongum.] [13] Vide 308, 1. 13
[14] Quære 347, 32. [15] Sine augmento θάνον, θάνες, θάνε: 14
cum κατὰ, κάτθανεν, & poëticè (173,15.) κάτθανε, *mortuus est,* 15
obiit: Opt. θάνοιμι: subiunct. θάνω, θάνῃς, θάνῃ, cum κατὰ poëticè κατθάνῃ pro καταθάνῃ, *moriatur*: infin. θανεῖν, κατθανεῖν pro καταθανεῖν, *mori*. pro θανεῖν Ionicè (183,15.) θανέειν: particip. θανὼν, *mortuus*. Fut. sec. θανῶ, vnde medium θανοῦμαι, *moriar*: infin. θανεῖσθαι, & Ionica dialysi (199,39.) θανέεσθαι, *mori*: particip. θανούμενος, θανουμένη: hinc κατθανουμένη pro καταθανουμένη, *moritura*. [16] Plusquamperfect. ἐτεθνήκειν, *obieram*: particip. τεθνηκὼς, *extinctus*. 16
[17] De hoc & 17
similibus 235,35. [18] Tertia persona τεθνάτω, *interficiatur*. 18
[19] Tertia τεθναίη: cum κατὰ, καταιτεθναίη, *moriatur*: in plur. 19
τεθναίημεν, τεθναίητε, τεθναίησαν, syncope τεθναῖμεν, τεθναῖτε, τεθναῖεν, 365,17. [20] Doricè (182,9.) τεθνάμεναι, & Ionicè 20
τεθνάμεν. [21] Vide 328, 32. [22] De hoc 234, 11. [23] Vide 21
234,23. & 235,35. [24] Huius obliqui per ῶ circumflexum, 22
τοῦ τεθνεῶτος, τῷ τεθνεῶτι, τοῖς τεθνεῶσι: & fœm. ἡ τεθνεῶσα, 23
τῆς τεθνεώσης. quare magis placet vt sit dictum per epen- 24
thesim vocalis ε, pro contracto τεθνὼς, τοῦ τεθνῶτος, ab Ionico τεθνεὼς, τεθνεῶτος: vt γεγαὼς, γεγαῶτος, per epenthesim τοῦ α, pro contracto γεγὼς, γεγῶτος: & ἑστεὼς, ῶτος, epenthesi τοῦ ε, pro ἑστὼς, ῶτος: de quibus 237,20. [25] Vide 25
237,11. vel dic inesse poëticam ectasim.

Θοάω, *incito, acuo*: aor. prim. ἐθόωσα, *excitaui, acui*: infin. θοῶσαι, *acuere, nitidum reddere,* † quasi à θοόω, μ. ώσω.

ANNOTATIO.

Sed nescio quomodo respuat θοόω, quum id regulariter à θοὸς descendat, vt θεόω à θεὸς (217, 32.) nec verbi θοάω, quod in vulg. Lex. exponitur *incito, sedeo, moueo*, vlla proferantur exempla. forsan eius statuendi occasionē sumpserunt ex aoristo θόασε. verum is est à θοάζω, quo Sophocles vtitur pro *sedeo*, teste Suida: agnoscitque illud θοάζειν etiam Hesychius, varias ei significationes tribuens, actiuas pariter & neutras, *perficere, turbare, festinare, currere, salire, sedere.* apud Homerum autem Il. ι, Eustath. mauult, λιπὼν ἕδος ἔνθα θαάασεν, *relicta sede vbi sedebat*: & Il. ο, λίπε δὲ θρόνον ἔνθα θαάασσεν, à them. θαάσσω, à quo Od. γ est, θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν.

[1] ἴδμεν pro ἴσμεν, *scimus*, more Dorico; vt 1
vt ἰσμὴ, ὀδμὴ, *odor, olfactus.*

ἱκνέομαι ab ἵκομαι.

2 Ἱκνοῦμαι, *peruenio*. Futurum, [2] ἵξομαι: Aoristus
3. 4 sec. med. [3] ἱκόμην, ab ἵκομαι. Sic [4] ἀφικνοῦμαι, *ve-*

ἀφῖγμαι.

5 *nio, peruenio*: Præteritum passiuum, [5] ἀφῖγμαι:

ἀφικόμην.

6 Aoristus secundus medius, [6] ἀφικόμην.

ἵπταμαι à πτάω, πτέω & ἵπτημι.

7.8 [7] Ἵπταμαι, *volo, as.* Fut. [8] πτήσομαι. Aoristus se-
9 cund. [9] ἔπτην: medius [10] ἐπτάμην: Part. πτάμενος,

α in ε.

10 ἀποπτάμενος, *auolans*: Infinitiuus [11] πτάσθαι, & α
11 verso in ε dicitur [12] πτέσθαι, ἀποπτέσθαι, *deuolasse.*

Quædam verba sunt vel primæ vel secundæ cõiug. circumflexorum, & in μι.

12 Quamquam sunt quædam vel primæ vel secundæ coniugationis; vt τέθνημι, *morior*, à θνέω vel θνάω: ita fuerit πτάσθαι à πτάω, ἵπτημι: at πτέσθαι
13 à πτέω, ἵπτημι. sic composita [13] ἀφίπταμαι, *auolo*:
14 [14] καθίπταμαι, *deuolo*. Præterit. pass. [15] πέπταμαι,
15 vel ab ἵπτημι, vel à πτῆμι. multa enim nunc reduplicatione sunt affecta, nunc carent: πτῆμι,

Annotatio de reduplicatione.

16 ἵπτημι: [16] τλῆμι, τέτλημι, *tolero*: & consimilia.

ἰστέον & εἰστέον.

17 [17] Ἰστέον, *sciendum*, ab εἴδω, *scio*. Præt. pass. εἶσμαι, εἶσαι, εἶσται: verbale εἰστέον: at ἰστέον dicitur reiecto
18 ε, vt [18] ἱμάτιον, *vestimentum*, sine diphthongo; cùm tamen fiat ab εἷμα, εἵματος, *vestis*.

ἰτέον, ἰτητέον.

18 [18] Ἰτέον, & pleonasmo ἰτητέον, *eundum*, ab εἶμι, *vado*. Præteritum actiuum esset εἶκα: passiuum, εἶμαι, εἶσαι, εἶται: vnde εἰτέον, & ε sublato, ἰτέον, vt fit in ἰστέον & ἴστωρ. Contrà fit in θέμα, θέσις, *positio*: ἄφεσις, *remissio*: & huiusmodi. siquidem factum est θέμα à præterito passiuo τέθειμαι, vnde regulariter deduceretur θεῖμα: sed dicitur θέμα, reiecta subiunctiua. aut habenda est ratio legitimi præteriti, neglectis Bœotis; quo modo diceremus τίθημι: perfectum, τέθηκα: passiuum, τέθεμαι, corripiendo penultimam: vnde θέμα, θέσις. & ἵημι, *mitto*: perfectum: ἧκα: passiuum, ἕμαι, ἄφεμαι, *dimissus sum*: vnde ἄφεσις; & ita in cæteris.

θέμα, θέσις, ἄφεσις.

1. 2 [1] De Hoc quoque 365,32. & 369,18. [2] Compositum cum ἀπό, ἀφίξομαι, *perueniam*: tertia plur. ἵξονται, ἀφίξονται.

pro

pro ἵξονται, legitur † ἴσονται, *ibunt*, ξ in σ mutato. [*Verum* ἴσονται.
in eundi significatione scribendum potius ἰσσονται, *vt apud* ANNOTATIO.
Hesych. est, expositum itidem πορεύσονται, *ab* ἴω. *nam* ἴσονται
verius significat ἱδρύσονται, *ab* ἵζω colloco vel sedeo.] A
futuro ἴξομαι fit præsens ἴξω, (332,17.) imperfectum ἶξον, ἶξον.
quo Bœoti vtuntur pro ἷκον, *iuerunt, venerunt* : alij ma-
lunt esse ipsum ἷκον, κ in ξ Bœoticè mutato. sic εἴξασι εἴξασι.
(de quo 299,26.) non pro εἶξαν, vt quidam volunt; sed
pro ἔικασι, *similes sunt* : præteritum ab εἴκω. [3] Tertia 3
dualis ἱκέσθην, *venerunt*: & tertia plur. ἵκοντο. Imperatiuus
ἱκοῦ (at præsens ἵκου, & Ionicè ἵκεο, *veni*, 193,29. ab ἵκομαι) ἵκεο.
Opt. ἱκοίμην, Doricè ἱκοίμαν, 118,40. subiunctiuus ἵκωμαι,
ἵκῃ, & Ionicè (186,24.) ἵκηαι, *venias*: cum ἀπὸ, ἀφίκηαι, *per-* ἵκηαι.
ueneris: tertia persona, ἵκηται, ἀφίκηται: infinit. ἱκέσθαι: part. ἀφίκηαι.
ἱκόμενος, syncope ἵκμενος, *fluens* : sunt qui spiritu tenui ἵκμενος.
efferant ἰκμενος. [4] Iones dicunt ἀπικνέομαι, 118,30. & 35. 4 ἰκμενος.
[5] Hinc infinit. ἀφῖχθαι, *deuenisse*. Vt ἀφῖγμαι, ita simplex 5 ἀπικνέομαι.
ἶγμαι, vnde part. ἰγμένος, *profectus*. [6] Participium ἀφι- 6
κόμενος, & Ionicè (118,30.) ἀπικόμενος, *progressus*. [7] ἵπτα- 7 ἀπικόμενος.
μαι, ἵπτασαι, ἵπταται, vt ἵσταμαι, (227,15.) est secundæ con-
iugationis verborũ in μι, pro πίπταμαι, à πτάω : spiritum
asperum pro π obtinuit, vt ἵστημι. huius imperfectum
ἱπτάμην, ἵπτω, 239,33. [8] Et poëticè seruata reduplicatio- 8
ne (228,11.) ἰπτήσομαι. Actiuum quoque πτήσω reperitur: ἰπτήσομαι.
hinc aoristus primus ἔπτησα : particip. πτήσας, cum διὰ,
διαπτήσας, αντος, *peruolans* : at διαττήσαντες λεπτὰ, *per*
tenue cribrũ transmittentes, à διαττάω, *percribro*. [9] Cum 9
διὰ διέπτην, *transuolaui*. Optat. πταίην, *volem*: διαπταίην,
peruolem : infin. πτῆναι, *volare* : cum ἀνὰ, ἀναπτῆναι, *reuo-*
lare, subuolare: part. πτὰς, ἡ πτᾶσα, *volans*: διαπτὰς, τοῦ δια-
πτάντος, *transuolans*. [10] Doricè (118,40.) ἐπτάμαν : cum 10
ἀνὰ, ἀνεπτάμαν, pro ἀνεπτάμην, *sursum volaui* : tertia per- ἀνεπτάμαν.
sona ἔπτατο, sine augmento πτάτο, *volauit* : seu *volabat*, πτάτο.
vt sit imperfectum pro ἵπτατο, abiecta quoque redupli-
catione : vel quasi à πτῆμι, passiuum πτάμαι, imperfect.
ἐπτάμην, ἔπτασο, ἔπτατο, & deposito augmento πτάτο. In
Optatiuo pro πταίμην, πταῖο, πταῖτο, reperitur † πτοίμην,
πτοῖο, πτοῖτο, *volem, es, et* : hinc cum ἀνὰ, ἀνάπτοιτο, *subuo-* πτοῖτο.
let, tanquam à πτέω vel πτάω, cuius aorist. secund. esset ἀνάπτοιτο.
ἔπτον, medius ἐπτόμην : vnde πτοίμην, vt θοίμην, θοῖο, θοῖτο,
pro θείμην, θεῖο, θεῖτο, 226,16. [*πτοίμην & compos.* ἀνά- ANNOTATIO.
πτοιτο, *possunt etiam à* πέτομαι *deduci per syncopen: iti-*
demque infin. πτέσθαι, *& particip.* πτόμενος.] [11] Hinc com- 11
posita ἀναπτάσθαι, *subuolare*: διαπτάσθαι, *trãsuolare*. [12] Cum 12
ἀνὰ ἀναπτέσθαι, *reuolasse*. [13] Participium ἀφιπτάμενος : fut. 13

medium ἀποπλήσομαι, & poëticè ſeruata reduplicatione,
ἀφιπλήσομαι. ἀφιπλήσομαι. aoriſt. ſecundus ἀπέπτην: medius ἀπεπτάμην:
14 particip. ἀπεπτάμενος, de quo paulò antè. [14] Futur. me-
dium καταπτήσομαι, καταπτήσῃ, καταπτήσεται, *deuolabo, is, it*:
aoriſt. ſec. κατέπτην: ſubiunctiuus καταπτῶ, καταπτῇς, κα-
15 ταπτῇ, *deuolauero, is, it*: part. καταπτὰς, ἀντος, *deuolans*.
16 [15] De hoc 286,10. [16] Vide 328,35. [17] De ἱστέον, ἱμάτιον,
17 & ἰτέον, habes quoque 382, 2.

K
καθεδοῦμαι. 1.2 [1] Καθέζομαι, *ſedeo*: Futur. ſecund. med. [2] καθε-
δοῦμαι. cur autem per δ ſcribatur, dictum eſt
3 [3] pagina 178, verſ. 20. & pag. 197, v. 11. & 14.
καθήσομαι. Κάθημαι, *ſedeo*: Futurum, καθήσομαι: de hoc
pagina 324, verſu 6.
1 [1] IMPERFECTO ἐκαθεζόμην præpoſitio capit
augmentum, vt καθεύδω, (289,34.) ἐκαθεύδον, quod &
καθεῦδον. ſine augmento καθεῦδον. non enim plus ſignificat quam
ſimplex ἕζομαι, *ſedeo*: cuius quoque futur. ſecund. med.
ἑδοῦμαι, ἑδῇ, ἑδεῖται: & actiuum ἑδῶ ab ἕζω, fut. ἕσω: me-
dium ἕσομαι: infin. ἕσεσθαι, poëticè geminato σ, ἕσσεσθαι:
ἐφέσσεσθαι. cum ἐπὶ, ἐφέσσεσθαι, *inſidere, collocare*. Pro ἕζομαι Dores di-
ἑσδώμεθα. cunt ἕσδομαι, 4,11. vnde in ſubiunctiuo ἑσδώμεθα, *ſedea-*
2 *mus*. [2] Infinitiuus κατεδεῖσθαι, *manſurum eſſe*: part. κα-
3 τεδούμενος, *ſeſſurus*. [3] Ibi enim ait verba quartæ con-
iugationis, quæ ſequuntur tertiam, habere Characte-
riſticam δ in aoriſtis ſecundis, futuris ſecundis, & præ-
terito perfecto ac pluſquamperfecto vocis mediæ.

Appendix. Καλέω, *voco*. Imperfect. ἐκάλεον, ἐκάλεες: vnde tertia
καλέεσκε. Ionica (170,30.) καλέεσκε pro ἐκάλει, *vocabat*: tertia plur.
κάλευν. ἐκάλεον ἐκάλουν, & depoſito augmento κάλευν, *vocabant*:
in tertia plurali imperfecti paſſiui ἐκαλέοντο ἐκαλοῦντο,
reiecto augmento & Doricè ε in ευ verſo (119, 9. &
καλεῦντο. 22[illegible],8.) καλεῦντο, *vocabantur*. Fut. καλέσω vel καλήσω, 213,32.
Præterit. κεκάληκα, & ſyncope κέκληκα: cum ἐν, ἐγκέκληκα,
κέκληκα. *criminatus ſum*: & futur. ἐγκαλέσω, *criminabor*. A κέκληκα
paſſiuum κέκλημαι, κέκλησαι: vnde cum præpoſitione ἐκ,
ἐκκλησία. reiecto augmento, fit verbale ἐκκλησία, *eccleſia, conuo-*
κλητέος. *catio, cœtus*. ſic à tertia perſona κέκληται ducuntur κλη-
κλητός. τέος, *vocandus*; & κλητός, *vocatus*: vnde rurſus poſſeſ-
κλητικός. ſiuum κλητικός, *vocatiuus*; & verbum κλητεύειν, *in ius vo-*
κλητεύειν. *care*. Pluſquamperfect. ἐκεκλήμην, ἐκέκλησο, ἐκέκλητο:
κεκλήατο. vnde reiecto ε, fit tertia plur. Ionica & poëtica (19[illegible],16.
κεκλήαται. & 3[illegible].) κεκλήατο, *vocati erant*, pro ἐκέκληντο: ſic tertia per-
κεκλέαται. fecti κεκλήαται & κεκλέαται pro κέκληνται, *vocati ſunt*.
aoriſtus

aoristus prim. ἐκλήθην : part. κληθεὶς, *vocatus, inuitatus*. Aorist. sec. actiuus ἔκαλον : imperat. κάλε, & poëticè Syracusio more κάλον, 180,6. & 378,42. & 377,38. cũ ἀνὰ, ἀνάκαλον, & poëticè (173,14. & 36.) ἄγκαλον, *reuoca*. Futur. sec. καλῶ, quo Attici pro καλέσω vtuntur.

ἄγκαλον.

Κλάζω, *resono, clango*. Futur. κλάγξω, & poëticè κεκλάγξω, *latrabo*, 172,16. perfect. κέκλαγχα : aorist. prim. ἔκλαγξα : tertia plur. ἔκλαγξαν : particip. κλάγξας, *vociferatus*, à κλάγγω. aorist. sec. ἔκλαγον : at præt. medium κέκληγα, pro κέκλαγα : (197,28.) vnde participium κεκληγὼς, ότος : ἡ κεκληγυῖα, τῆς κεκληγυίας, & Ionicè (121,3.) κεκληγυῖη, *clangens, entis*. Homerus dixit in masculino plurali οἱ κεκλήγοντες pro κεκληγότες, *clangentes, latrantes*: vel dicemus à præterito medio κέκληγα fieri præsens κεκλήγω, vnde participium præsens κεκλήγων, οντος, in plurali οἱ κεκλήγοντες. Vide 379, 6.

κλάζω à κλάγγω.

οἱ κεκλήγοντες.

Κραίνω, *perficio* : futur. κρανῶ, 157,32. medium κρανοῦμαι, 198, 17. & 199,25. infin. κρανεῖσθαι, & dialysi Ionica (199,39.) κρανέεσθαι, *absolutum iri*. Aorist. prim. actiuus ἔκρανα, Atticè ἔκρηνα, 177, 3. imperat. κρῆνον, quod & κρήηνον, κρηηνάτω, *perfice, iat* : secunda plur. κρηήνατε, *perficite*, tanquam à κραιαίνω ; mutato priori αι in η, pro κραίηνον, κραιήνατε. dicitur & κρήανον, & vtroque αι, reiecto ι.

Κραίνω à κραιαίνω.

κρανέεσθαι.

κρήηνον.

κρήανον.

[1] Λαγχάνω, *sortior* : λαμβάνω, *sumo* : λανθάνω, *lateo* : μανθάνω, *disco*, tempora sumunt à [2] λήχω, [3] λήβω, [4] λήθω, [5] μαθέω. 1 2. 3 4. 5

Λ

λαγχάνω. λαμβάνω. λανθάνω. μανθάνω.

[1] Haec Est veluti quædam exceptio regulæ de finitis in άνω, quam assignauit 336, 31. lege quæ in eum locum annotauimus. [2] Futur. λήξω : perfect. λέληχα & Atticè (298,23.) εἴληχα, *sortitus sum*. Aorist. sec. ἔλαχον (cum διὰ, διέλαχον, *sortitus sum*) & poëticè λέλαχον, 297, 14. Optatiuus λάχοιμι, λάχοις, λάχοι, & Attica formatione λαχοίην, λαχοίης, λαχοίη, vt ποιοίην, pro ποιοῖμι, 214,14. dicitur etiam poëticè (172,17.) λελάχοιμι : sic in subiunctiuo λελάχω pro λάχω, *sortitus fuero* : tertia plur. λελάχωσι, *sortiti fuerint* : infin. λαχεῖν : (hinc διαλαχεῖν, *sortitum esse*) particip. λαχὼν, *sortitus*. sumit quoque à κληρόομαι, fut. medium κληρώσομαι, *sortiar* : & perfect. pass. κεκλήρωμαι, ωσαι, ωται : hinc infinit. κεκληρῶσθαι, *sortitò accepisse* : part. κεκληρωμένος, *sorte electus*. aor. prim. ἐκληρώθην. part. κληρωθείς. Præteritum med. λέλογχα, *sortitus sum*, quasi à λέγχω, 197,22. vel à λογχάω, 213,35. [3] Α λήβω, fut. λήψω : med. λήψομαι, λήψη, & Doricè (118,40. & 119,9. 1 2 3

λαγχάνω à λήχω. εἴληχα. ἔλλαχον.

λαχοίην. λελάχοιμι.

λελάχωσι. à κληρόομαι.

à λήγω vel λογχάω.

λαψεῦμαι: atque 170,6.) λαψεῦμαι siue λαψεῦμαι, λαψῆ, *sumam, su-*
λαψεῦμαι: *mes.* Perfect. actiuum λέληφα, & Atticè (298,23.) εἴληφα:
λαψῆ. vnde infin. εἰληφέναι: (cum σὺν, συνειληφέναι, *concepisse*)
εἴληφα. part. εἰληφὼς, *qui cepit:* hinc συνειληφώς: ἡ συνειληφυῖα, *quæ*
concepit. Perfectū passiuum λέλημμαι & εἴλημμαι, *captus*
sum: εἴληπται, *assumptus est:* part. λελημμένος & εἰλημ-
μένος, *deprehensus:* συνειλημμένος, *comprehensus, captus.*
aoristus primus ἐλήφθην: infinitiuus ληφθῆναι, *captum*
esse: participium ληφθεὶς, *captus:* cum ἀπὸ in nomina-
ἀπολαφθέντες. tiuo plurali ἀποληφθέντες, & Doricè (118,40.) ἀπολαφθέν-
ἀπολελαμμένος. τες, *interclusi:* sic in part. perfecto ἀπολελαμμένος pro
ἀπολελημμένος, *interclusus.* † ab aoristo primo ἐλήφθην,
ἐλήφθης, fit fut. prim. ληφθήσομαι, *capiar.* Aorist. secund.
act. (178,4.) ἔλαβον, ἔλαβες: hinc tertia Ionica (17.,30.)
λάβεσκε. λάβεσκε, *sumpsit,* pro ἔλαβε: pro ἔλαβε quoque poëtæ
ἔλλαβε. dicūt ἔλλαβε, 297,14. Imperat. λάβε, & Atticè λαβέ, 305,39.
λάβῃσι. subiunct. λάβω, λάβῃς, λάβῃ, & Ionicè (306,14.) λάβῃσι, *ca-*
λαβῆν. *piat.* infi. λαβεῖν, Doricè (119,5.) λαβῆν, & Æolicè (119,42.)
λάβεν. λάβεν: particip. λαβὼν, *nactus.* Aoristus secundus medius
ἐλλάβετο. ἐλαβόμην, ἐλάβου, ἐλάβετο, & poëticè (297,14.) ἐλλάβετο: pro
ἐλαβόμην dicunt etiā poëtæ (172,17.) λελαβόμην: hinc in
λελαβέσθαι. infinitiuo λελαβέσθαι pro λαβέσθαι, *cepisse.* part. λαβόμενος, *qui*
4 *cepit.* + Futurum λήσω: medium λήσομαι, λήσῃ, λήσεται, *la-*
tebo, is, it, seu *obliuiscar:* particip. λησόμενος. Perfectum
pass. λέλησμαι, λέλησαι, λέλησται, *oblitus sum, es, est:* infinit.
λελῆσθαι, *oblitum esse:* particip. λελησμένος, *oblitus;* pro quo
λελασμένος. Doricè η in α mutato (118,26.) inuenitur λελασμένος à
λάθεται. λαθόμαι pro λήθομαι: vnde & λάθεται pro λήθεται, *imme-*
λελάσμεθα. *mor est:* in prima plurali perfecti λελάσμεθα pro λελήσμε-
θα, *obliti sumus:* & aoristus primus ἐλάσθην: infinitiuus
λασθῆμεν. λασθῆναι, & Ionicè (182,6.) λασθῆμεν pro λησθῆναι, *oblitum*
esse. Aoristus secundus act. ἔλαθον, ἔλαθες, ἔλαθεν, & poë-
λέλαθον. ticè (172,17.) λέλαθον, ες, ε, *latui, isti, it:* Optat. λάθοιμι, λά-
θοις, λάθοι: subiunct. λάθω: infin. λαθεῖν: part. λαθὼν, όντος, *qui*
latuit. Aoristus secundus medius ἐλαθόμην, & poëticè
λελάθοιτο. quoque λελαθόμην: vnde in Optat. λελάθοιτο, pro λάθοιτο,
λελαθέσθαι. *oblitus fuerit.* & infinit. λελαθέσθαι pro λαθέσθαι, *obliuisci.*
Rursus pro ἐλαθόμην, ου, ετο, Iones reiecto augmento &
λήθετο. verso α in η, λαθόμην, λήθεο, λήθετο: nisi malis imperfectum
esse à λήθομαι. Perfectum medium λέληθα, ας, ε, *latui, isti,*
it: plusquamperfect. ἐλελήθειν, εις, ει, & Ionicè (300,27.)
ἐλελήθεε. ἐλελήθεα, ἐλελήθεας, ἐλελήθεε, *oblitus eram, as, at:* tertia plur.
ἐλελήθεσαν. ἐλελήθεσαν, & Atticè (300,13.) ἐλελήθεσαν, *obliti fuerant.*
particip. λεληθὼς, ότος: hinc aduerbium λεληθότως, *laten-*
5 *ter, sensim.* [5] De hoc 337,17.

Οἴομαι

[1] Οἴομαι, & syncope οἶμαι, *puto*: Imperf.[2] ᾠόμην. 1. 2
Futurum,[3] οἰήσομαι: Aoristus,[4] ᾠήθην, ab οἰέομαι. 3. 4

Ο
οἶμαι. ᾤμην.
οἰήσομαι. ᾠήθην.

Οἶσθα, *nosti*, ab [5] εἴδω, *scio*: præteritũ medium, 5
οἶδα: secũda persona οἶδας, Æolicè οἴδασθα, deinde per syncopen οἶσθα. Est autẽ pleonasmus θα familiaris personæ in σ, [6] εἶσθα, *is vel ibis*: [7] ἦσθα, 6. 7
eras: [8] παρῆσθα, *aderas vel adfuisti, interfuisti*: [7] ἔφησθα, *dicebas vel dixisti*: [9] ἐπεξίησθα, *eruperis*: [10] πίησθα, 8. 7 9 10
biberis: [11] ᾔδεισθα vel ᾔδησθα per η, *noueras*.

οἶσθα.
θα adiectio Æolica.

Οἷός τε pro οἷος, *qualis, potis, possibilis*: vt ἐφ' ᾧ τε, pro ἐφ' ᾧ, *ob quod*. nam Ionicè abundat particula τε. 11

οἷός τε. ἐφ' ᾧ τε.
τε Ionicè abundat.

Ομνύω & [12] ὄμνυμι, *iuro*. Futurum, [13] ὀμόσω ab ὀμόω: Præteritum Atticum, ὀμώμοκα. 12 13

ὀμνύω ab ὀμόω.
ὀμώμοκα.

Οὐθὲν pro [14] οὐδὲν, *nihil, nullum*, † Doricum est, 14
vt [15] ἐξουθενῶ pro ἐξουδενῶ, *pro nihilo habeo, sperno*. 15

οὐδέν.
ἐξουθενῶ.
θ pro δ Doricè.

[16] Οφείλω, *debeo*. Futurum, ὀφειλήσω, ab ὀφειλέω, 16
syncope autem ὄφλω: Futurum, [17] ὀφλήσω: Præteritum, [18] ὤφληκα: Aoristus primus, ὤφλησα: 17 18
Aoristus secundus, [19] ὦφλον. 19

ὀφείλω & syncope ὄφλω ab ὀφειλέω & ὀφλέω.

[1] VIDE 306, 34. & 307, 1. [2] Et absque syncope 1. 2
ᾠόμην, ᾤου, ᾤετο: tertia pluralis ᾤοντο. [3] Hinc aoristus pri- 3
mus med. ᾠησάμην, ᾠήσω, ᾠήσατο, facta syncope & reiecto augmento † οἴσατο, & rursus soluta diphthongo & geminato σ, ὀΐσσατο, *putauit*: sic part. ὀϊσσάμενος, *ratus*: sic & presens ὀΐομαι, & participium ὀϊόμενος. [4] Perfectum, 4
ᾤημαι, ᾤησαι, ᾤηται: vnde ᾠήθην, ᾠήθης, ᾠήθη: tertia plur. ᾠήθησαν, *putauerunt, arbitrati sunt*: infin. οἰηθῆναι, *putasse*.
[5] Vide 377, 29. [6] Quære 318, 38. [7] De ἦσθα & ἔφησθα 5. 6
habes 315, 35. [8] Componitur ex παρὰ & ἦσθα. [9] Vide 7. 8
319, 9. [10] Est aoristi secundi subiunctiui à πίνω, *bibo*: 9
sed quasi à πίω, vnde aoristus secund. ἔπιον, vt suo loco 10
dicetur. [11] Secunda persona plusquamperfecti ab εἴδω, 11
377, 32. Penultima verò in ᾔδησθα scribitur per η pro ει, quadam analogia ad primam personam Atticam ᾔδη, quæ per η quoque scribitur, vt habes 300, 12. [12] Ab 12
ὄμνυμι, ὄμνυς, ὄμνυσι, imperfect. ὤμνυν, ὤμνυς: cum ἀπὸ, ἀπώμνυς, & poeticè seruato ο præpositionis ἀπὸ (172, 30.) ἀπόμνυς, *deierabas*: imperat. ὄμνυθι, & apocope ὄμνυ, *iura*: sic δαίνυ, pro δαίνυθι, *præbe conuiuium*, à δαίνυμι.

ᾠόμην.
οἴσατο.
ὀΐσσατο.
ὀϊσσάμενος.
ὀΐομαι.
παρῆσθα.
πίησθα.
ᾔδησθα.
ἀπόμνυς.
ὄμνυ. δαίνυ.

infinit.ὀμνυμέναι, *iurare* : particip.ὀμνὺς, ύντος: ὀμνυῦντες, *iu-*
rantes. Ab ὀμνύω, imperfectum ὤμνυον, ὤμνυες, ὤμνυεν, ac-
cipitur pro aoristo secundo, id est, *iureiurãdo me astrin-*
ὀμοῦμαι. ὀμεῖ. 13 *xi, isti, it.* [13] Poëticè ὀμοῦμαι, ὀμῇ, & Atticè (306,35.) ὀμεῖ,
iurabo, iurabis. videtur futurũ secundum med. ab ὀμόω,
quamuis CLENARDVS (213,35.) dixerit tertiam coniu-
gationem Circumflexorum nõ agnoscere futurum se-
cundum : quod verum est in iis authoribus qui prosa
oratione scripserunt. at poëtæ nihil non sibi permissum
arbitrantur. possumus tamen deducere ὀμοῦμαι quasi ab
ὄμνω, futurum ὀμῶ, mediũ ὀμοῦμαι, 198,15. A futuro ὀμόσω,
aoristus primus ὤμοσα, ὤμοσας, ὤμοσε, *iuraui, isti, it*: tertia
pluralis ὤμοσαν : perfectum ὤμοκα, 158,6. vnde Atticum
ANNOTATIO. ὀμώμοκα, 297,25. [*Non est opus fingere* ὄμνω : ὀμοῦμαι *enim*
ita est ab ὀμόω, *vt* πεσοῦμαι *à* πεσέω. *sic etiam ex* δουπῶ, *fu-*
turo verbi δουπέω, *est compos. aor.* κατέδουπεν *apud Hesy-*
14 *chium*, *&* *perf. med.* δέδουπεν *apud Homerum.*] [14] De
15 hoc 143,27. [15] Hinc participium perfectum passiuum
ἐξουθενημένος, *contemptus, nihili habitus.* augmẽtum non
habet, quòd simplex ab ου diphthongo immutabili in-
16 cipiat. [16] Vide 304, 10. [17] Ab ὀφλέω. sunt qui hæc
17 tempora referant ad ὀφλάνω, quod ab ὀφλέω, vnde est
formatum, tempora mutuatur, 336,31. & 40. [18] Infini-
18 tiuus ὠφληκέναι, *damnatum esse* : part.ὠφληκὼς, ὁ *noxius.*
19 [19] Optat.ὄφλοιμι: infin.ὀφλεῖν: part.ὀφλὼν, όντος, *damnatus.*
ὤφελον: Dicimus & in hoc aoristo sec. ὤφελον, ες, εν, ab ὀφελέω,
ὤφελον: 213,35. & ὤφελον, ες, εν, ab ὀφείλω, 178,14. & Ionicè depo-
ὄφελον. sito augmento ὄφελον, ὄφελες, ὄφελε, *debui, isti, it* : sumitur
& pro aduerbio optandi: ὤφελον, ὤφελον seu ὄφελον, *vti-*
nam ego : & *vtinam illi*, in tertia plur. ὤφελες, ὤφελες seu
ὄφελες, *vtinam tu* : ὤφελεν, ὤφελε seu ὄφελεν, *vtinam ille.*
cum significatione optationis, etiam personarum indi-
ANNOTATIO cationem habet. [*Imperf.* ὤφελον, ες, ε: *&* *aor.* ὤφελον, ες, ε,
de ὤφελον. *etiam in Optatiuis loquendi formis, verba manent, vt &*
flexio arguit, *&* *structura* : *estq; in eiusmodi structuris*
absolutis ellipsis aduerbij εἴθε *vel* ὡς, ô si, vtinam. *id quod*
satis apparet ex iis locis quibus præmitti aduerbia ista so-
lent: vt Od. μ, Αἴθ' ὄφελον μείναι παρὰ Φαιήκεσσι, ô si de-
buissem manere apud Phæacas. *Il.* γ, ὡς ὄφελες αὐτόθ'
ὀλέσθαι, vtinam debuisses istic periisse. *Aristoph.* εἴθ' ὤφελ'
ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς, vtinam pronuba debuisset
malè periisse. *Sed interdum hoc aduerbium omittitur, vt*
dixi : Sophocl. ὤφελον ἐκλιπεῖν βίον, ô si deberem excedere
è vita. *interdum omittitur etiam infinitiuus : Demosth.*
ἐπειδὴ δ' ὁ μήποτ' ὤφελε συνέβη, postquam autem con-
tige

tigerunt ea quæ vtinam nunquam debuissent, s. contingere. *Magis aduerbialiter ponitur in hoc Callimachi loco apud Etymol.* ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες, vtinam ne fuissent quidem celeres naues, *pro* εἴθε. *& in hoc Apollonij Argon. 3.* ὄφελλέ με μήτε τοκήων δώματα τότ' εἰσορᾶαν, vtinam neque parentum tunc aspexissem domum. *nam* ὀφέλλειν *Æolicè & poëticè sæpe pro* ὀφείλειν *vsurpatur. nisi malis*, Iuuaret me neque parentum tunc aspexisse domum: *ab* ὀφέλλω iuuo. *Scribuntur autem hæc regulariter per* ω, *velut aucta temporaliter: apud poëtas vero sæpe per* ο, *neglecto augmento.*]

Ὀλλύω, *pereo, perdo*: siue ὄλλυμι, vnde & passiuum ὄλλυμαι, *pereo*: in præterito med. ab ὄλλω, ὦλα, Atticè (297, 25.) ὄλωλα, *perdidi*, vel *perij*. aorist. sec. ὦλον: medius ὠλόμην, ὤλου, ὤλετο: tertia plur. ὤλοντο, sine augmento ὄλοντο, *perierunt*. Optat. ὀλοίμην, ὄλοιο, ὄλοιτο: tertia plur. ὄλοιντο, & Ionicè (190, 30.) ὀλοίατο, *pereant*. Subiunct. ὄλωμαι, ὄλη & Ionicè (186, 23.) ὄληαι, *sis perditus, pereas*: sic in præsenti ὄλλωμαι, ὄλλη & Ionicè ὄλληαι.

Appendix.
ὀλλύω *siue* ὄλλυμι *ab* ὄλλω.
ὄλοντο.
ὀλοίατο.
ὄληαι.
ὄλληαι.

Π

Πάσχω, *patior*. Fut. [1] πείσομαι, *patiar*, pro πήσομαι, η in ει, à πήθω: at πείσομαι, *parebo, aut credam*, à πείθομαι, *pareo*. Aorist. sec. [2] ἔπαθον, à πήθω. Præt. med. πέπονθα, à πονέω, *laboro*: vnde præt. [3] actiuũ, πεπόνηκα: mediũ, πέπονα, & pleonasmo literæ θ, [4] πέπονθα. Participium [5] πεπονθὼς, πεπονθότος. 1 2 3 4. 5

πάσχω à πήθω & πονέω.
πείσομαι.
η in ει.
πέπονθα.
πεπονθώς.

Πίπτω, *cado*. Futur. πεσοῦμαι, [6] Doricè vsitatum est pro πέσομαι, à πέτω. Dores enim futura circumflectunt in omni coniugatione, pro πέσω dicentes πεσῶ, vnde futurum mediũ πεσοῦμαι. Præteritum, [7] πέπτωκα, à πτόω. Aor. prim. [8] ἐπέσησα: [9] Aorist. secundus, [9] ἔπεσον, à πεσέω: at ἔπεσαν, [10] tertia pluralis est aoristi primi, pro ἐπέσησαν, per syncopen, vt [11] ἔστησαν, ἔσταν, *steterunt*. 6 7. 8 9 10 11

πίπτω à πέτω, πτόω & πεσέω.
Dorismus.
ἔπεσον.

[12] Πίνω, *bibo*. Fut. πώσω: Præt. [13] πέπωκα, à πόω. Aor. sec. [14] ἔπιον, à πίω. Imperat. [15] πῖθι. nam legitimum πίε ascíscit pleonasmum syllabæ θι, πίεθι: deinde crasi ιε in ι longum, fit πῖθι. [16] Futur. sec. med. πίομαι, pro [17] πιοῦμαι, vt φάγομαι & ἔδομαι, edam, pro φαγοῦμαι, ἐδοῦμαι. 12 13 14 15 16 17

πίνω à πόω & πίω.
πῖθι.
πίομαι.

[18] Πιω

πυνθάνομαι à πεύθομαι.

18 [18] Πυνθάνομαι, *interrogo*. Futurum, [19] πεύσομαι:
19 Aoristus secũdus medius, [20] ἐπυθόμην, à [21] πεύ-
20 θομαι. Præteritum passiuum, [22] πέπυσμαι, pro πέ-
21 πευσμαι: vt etiam [23] ἄφυκτος, *ineuitabilis*, pro ἄφευ-
22 κτος, elidendo ε ex diphthongo.

πέπυσμαι.

πράττω: πράξω, πράσω.

24 [24] Πράττω, *facio*: Futurũ, πράξω: Præteritum,
25 πέπραχα. sed πράττω, [25] *vendo*: Fut. πράσω: Præ-
26 teritum, [26] πέπρακα. [27] Sunt verò in quarta
27 coniugatione, quę eadem significatione, tamẽ duplex habent futurum: ἁρπάζω, *rapio*: βαστάζω, *porto*: νυστάζω, *nuto, dormito*: παίζω, *ludo*: σαλπίζω, *buccino*, ζω & σω.

Duplex futurũ in quarta coniug. ξω & σω.

ANNOTATIO.

1 [1] A Πείσομαι, πείσῃ, πείσεται, particip. πεισόμενος, *passurus*:
2 πεισόμενοι ἀγαθὰ, *beneficia accepturi*. [2] Ab ἔπαθον, ἔπαθες, ἔπαθεν, Optatiuus πάθοιμι, πάθοις, πάθοι: secunda pluralis πάθοιτε: subiunctiuus πάθω, πάθῃς, πάθῃ: prima pluralis πάθωμεν, & poëticè (306,15.) πάθομεν, *patiamur*: infinitiuus παθεῖν, & Ionicè (183,15.) παθέειν, *pati*: part. παθὼν, *passus, læsus*. Ab aoristo ἔπαθον, fit παθέω præsens, idem quod πάσχω. [*Vel potius ex futuro secundo παθῶ, quemadmodũ supra pag. 360. & 361. ex Etymologo docui futura nonnunquam μετάγεσθαι εἰς ἐνεστῶτας.*] futurum παθήσω: perfectum πεπάθηκα, Ionicè (235,35.) πεπάθηκα: particip. πεπαθηκὼς, crasi (236,2.) πεπαθὼς, *passus*: ἡ πεπαθυῖα, *passa*.

πάθομεν.
παθέειν.

3 [3] Et passiuum πεπόνημαι: in secunda plur. πεπόνησθε, syncope πέποσθε, idem quod πεπόνθατε, id est, *passi estis*: plusquamperf. ἐπεπονήμην, ησο, ητο, vnde reiecto augmẽto fit tertia pluralis Ionica (190,16. & 29.) πεπονήατο pro
4 ἐπεπόνηντο, *laborabant* vel *laborauerant*. [4] Infinitiuus
5 πεπονθέναι, *passum esse*. [5] In plurali πεπονθότες, πεπονθό-
6 των: hinc aduerbiũ πεπονθότως, *cum affectu*. [6] Possemus quoque dicere, esse futurum secũdum medium, à πεσέω, vt aoristus secundus ἔπεσον. Terminatione verò cum futuris secundis conueniunt huiusmodi Dorica futura prima vocis actiuæ & mediæ, ídque per omnes modos & participia verborũ Barytonorum, Circumflexorum & in μι; præterquam in subiunctiuis, in quibus Dorica flectendi ratio à Theocriti interprete locum non habere dicitur. Porrò Dores in huiusmodi futurorum terminationibus pro ε non rarò ευ vsurpant: dicunt enim πεσοῦμαι & πεσεῦμαι, *cadam*. (vide 119, 10.) huius infinitiuus πεσεῖσθαι, & Ionica dialysi (199,34. & 36.) πε-

πέποσθε.

πεπονήατο.

πεσεῖσθαι, *casurum esse.* In crebro vſu ſunt hæc Dorica fu-
tura apud poëtas, & præcipuè apud Theocritum: hinc
ἀξῶ, ἀξεῖς, pro ἄξω, ἄξεις, *ducam, duces*, ab ἄγω. [*Sed quum*
ἀξῆς ſit Æolicum potius quàm Doricum, (169,37.) malim
ἀξεῖς, vt apud Theocr. id. α, τὺ δὲ τὰν οἶν ὕστερον ἀξεῖς.] ἀρ-
παξῶ, *rapiam*, pro ἁρπάξω vel ἁρπάσω, 168,44. ſed non
dicetur ἁρπασῶ: nam Dores pleraque futura in σω, per
ξῶ efferunt, 167,27. hinc καθιξῶ pro καθίσω, *ſedebo*: &
in aoriſto primo ἐκάθιξα pro ἐκάθισα, à καθίζω, *ſedeo*:
γελαξῶ, pro γελάσω: & in aoriſto primo ἐγέλαξε, *riſit*, pro
ἐγέλασεν, à γελάω. at id non ſemper obſeruatur: dicunt
enim δωσῶ, *dabo*, pro δώσω, (228,9.) non autem δωξῶ:
ſic κλαυσοῦμαι ſiue κλαυσεῦμαι, κλαυσῇ, κλαυσεῖται, *flebo, is,*
it, pro κλαύσομαι, κλαύσῃ, κλαύσεται, à κλαίω: futurū κλαυ-
σῶ, 304,18. & 305,30. νομευσῶ, *paſcam*, pro νομεύσω. ὀνασῶ,
ὀνασεῖς, ὀνασεῖ, *iuuabo, is, it*, pro ὀνήσω, εις, ει, (vbi quoque α
pro η poſitum eſt, 118,40.) ab ὀνάω ſiue ὄνημι, *iuuo*. Tertia
pluralis Dorici futuri non in οῦσι, vt futurum ſecundum,
ſed in οῦντι deſinit: hinc λεξοῦντι, *dicent*, pro λέξουσι, à λέγω.
vide 170,3. [7] Pluſquamperfectum ἐπεπτώκειν, *cecideram*: 7
tertia pluralis ἐπεπτώκεισαν, & Atticè (300,13.) ἐπεπτώκεσαν.
participium πεπτωκώς, ότος, & ſyncope ſiue Ionica for-
matione (235,35.) πεπτώς, ῶτος: ἡ πεπτῶσα, ώσης: τὸν πεπτῶτα,
& epentheſi τοῦ ε (237,20.) πεπτεῶτα, *lapſum*. [8] Atque 8
ἔπεσα, *cecidi*, à πέτω: vel eſt ſyncope pro ἐπέτησα. [9] Sine 9
augmento πέσον, πέσες, πέσε, *cecidi, iſti, it*, & πέσον, *cecide-*
runt: cum ἐν, ἔμπεσον, ες, εν, *incidi, it, it*: cum κατὰ, κατάπεσον,
& poëticè reiecto α, & mutato τ in literam ſequentem
π (173,15. & 23.) κάππεσον, κάππεσες, κάππεσε, *decidi, corrui,*
iſti, it. Ab ἔπεσον, imperatiuus πέσε, πεσέτω: tertia pluralis
πεσέτωσαν, *cadant*: infinitiuus πεσεῖν & Ionicè (183,15.)
πεσέειν, *cecidiſſe*: participium πεσών, όντος, *lapſus, proſtratus*:
πεσόντες, *ſtrati, iacentes.* [10] ἔπεσαν malunt alij ſine ſyn- 10
cope deriuare à πέτω: eius enim fut. 1. πέσω, aor. 1. ἔπεσα.
inuenitur ſanè πέσαι, ἔπεσα, & προσέπεσαν, in quibuſdam
Noui teſtamenti codicibus, vt etiam διεξεπέσατο apud
Polyænum. [11] De hoc 365,32. [12] Infinitiuus πίνειν, At- 11
ticè & Doricè (182,6.) πινέμεναι, *bibere*. [13] Pluſquam- 12
perfectum ἐπεπώκειν, εις, ει, *potus ſeu ebrius eram, as, at*: 13
participium πεπωκώς, *qui bibit.* [14] Infinitiuus πιεῖν, Io- 14
nicè (183,15.) πιέειν, *bibiſſe*: particip. πιών, όντος, *qui bibit*:
ἡ πιοῦσα, ούσης, *quæ bibit.* [15] Atque † πῶθι, à πῶμι, 235,6. 15
& per apocopen πῶ, *bibe*. [πῶ & πῶθι Etymol. deriuat
à them. πῶ. ſic enim ille, Tertiæ coniugationis eſt vt
μυρῶ, διδῶ, ſic etiam πῶ: è quo ſi πῶθι fiat, ἀναλογία est,
vt

ἀξῶ.
ANNOTATIO.
ἁρπαξῶ.
καθιξῶ.
ἐκάθιξα.
ἐγέλαξε.
δωσῶ.
κλαυσεῖται.
νομευσῶ.
ὀνασεῖ.
λεξοῦντι.
ἐπεπτώκεσαν.
πεπτώς, ῶτος.
πεπτεῶτα.
ἔπεσα.
πέσον.
ἔμπεσε.
κάππεσον.
πεσέειν.
ANNOTATIO.
πινέμεναι.
πιέειν.
πῶθι.
πῶ.
ANNOTATIO.

vt in ζῆθι & ζῶθι. Innuit igitur ex imp. πῶε fieri primū πῶ, deinde per paragogen πῶθι, vt ζῆθι & πλεῖθι supra 215,30. Idem annotat Æolicum esse hoc verbum, subiungens hoc exemplum χαῖρε καὶ πῶ, *lætare & bibe.*
16 affert & comp. σύμπωθι, *compota.*] [16] Vide 309,22. &

πιεῖσθαι.

17 377,26. [17] A πίομαι tamen reperitur infinitiuus πιεῖσθαι,
18 *bibiturum esse.* [18] Non sequitur regulam finitorum in άνω & άνομαι, assignatam à CLENARDO, 336,32. vide quæ in eum locum annotauimus. Huius imperfectum ἐπυνθανόμην, & deposito augmento πυνθανόμην, *audie-*
19 *bam.* [19] Secunda persona πεύσῃ & Ionicè (186, 23.) πεύσεαι, *audies*: particip. πευσόμενος, *percontaturus.*

πεύσεαι. πεπύθοιτο. πεπύθωνται. πύθοντο. πυθοίατο.

20 [20] Poëticè πεπυθοίμην, 172,17. hinc in Optat. πεπύθοιτο, *intelligat*: & in subiunctiuo πεπύθωνται, *audiant.* Contrà detracto omni augmento dicitur πυθόμην, ου, ετο: tertia plur. πύθοντο pro ἐπύθοντο, *audierunt.* Imperat. πυθοῦ, *interroga, audi*, Doricè (119,10.) πυθεῦ, & retracto accentu πύθευ, *sciscitare.* Optat. πυθοίμην, πύθοιο, πύθοιτο, *intelligerem, es, et*: tertia plur. πύθοιντο, & Ionicè (190,15. & 30.) πυθοίατο, *rogauerint, intellexerint.* infinit. πυθέσθαι, *audiuisse,*
21 *accepisse*: part. πυθόμενος, *sciscitatus, edoctus.* [21] Hoc poëtæ pro πυνθάνομαι vsurpant: hinc secunda persona Ionica (186,23.) πεύθεαι pro πεύθῃ, *cognoscis*: tertia imperfecti sine augmento, πεύθετο pro ἐπεύθετο, *audiebat*: tertia pluralis præsentis Optatiui Ionica (190,15. & 30.) πευθοίατο, *audirent*, pro πεύθοιντο: & part. πευθόμενος, *in-*

πεύθεαι. πεύθετο. πευθοίατο. πέπυστο.

22 *terrogans.* [22] Tertia πέπυσται, *nouit, scit*: tertia plusquamperfecti πέπυστο sine ε (300,16.) pro ἐπέπυστο, *audierat.*
23 [23] De hoc 353, 10. [24] Atticum est pro πράσσω, 118,11.

πρήσσω. πρήγματα.

24 Ionicè mutato α in η (118,28.) dicitur πρήσσω: πρήσσειν τὰ πρήγματα, pro πράττειν τὰ πράγματα, *res administrare*: pas-
25 siuum πρήσσομαι: imperf. ἐπρησσόμην, *conficiebar.* [25] Verbi

ANNOTATIO.

πράττειν in vendendi significatione nulla proferuntur exempla. eam ob causam malim futurum πράσω cum temporibus inde formatis referre ad πιπράσκω vel primitiuum eius περάω. quemadmodum enim κεράω per syncopen facit κράσω, sic περάω πράσω: vt Etymol. quoq; testatur in πρήθω & πρήσσω. Vtitur autem verbo isto in vendendi significatione Homerus aliquoties: sed propriè significat in vlteriora loca transportatum vendere, à πέρα vltra: vt Od. ξ, Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσησι, *illic vt me*

πέπρακα.

26 *venderet.* [26] Est etiam πέπρακα, *transiui*, pro πεπέρακα
27 per syncopen, à περάω. [27] Pauca quædam alia his similia enumerantur, 168,41. παίζω verò communiter facit

παίξω.

παίξω, vnde in aoristo primo passiuo ἐπαίχθη, *lusus est*: in

in particip. παιχθεὶς, *illusus*: in fut. primo pass. παιχθήσεται, *ludetur*) & Attic: παίσω: vnde in aoristo primo infinitiui παῖσαι, *ludere*.

Πέπτω, *coquo, pinso, mollio*: futur. πέψω à πέπω: aorist. prim. ἔπεψα: particip. πέψας, αντος. Communiter dicitur πέσσω: infin. πέσσειν, & Ionicè (182,6.) πεσσέμεν, *decoquere*, vel *cauponari*.

Appendix. πέπτω à πέπω. πεσσέμεν.

Ῥέω, *fluo*. [1] Futur. ῥεύσω, & ῥυήσω à ῥυέω: Præt. ἐῤῥύηκα. Aorist. sec. actiuus ἐῤῥύην à ῥύημι: aut 1
secũdus pass. à ῥυέω, [2] etiamsi ῥυῶ circumflexũ 2
desinit in ῶ purum. Composita sunt ἀπῤῥέω, *influo*: διαῤῥέω, *diffluo*, per geminum ῥῥ. [3] nam vt 3
ε augmẽtum syllabicum duplicat ρ, ita & præpositio finita in vocalem: ῥῆμα, *verbum*; ἐπίῤῥημα, *aduerbium*: ῥήγνυμι, *rumpo*; καταῤῥήγνυμι, *dirumpo*: ῥῆξαι, *rupisse*; περιῤῥῆξαι, *circumcidisse*: proinde καταῤῥάκτης, *cataracta*, fit à verbo, ῥάσσω, *tundo*; καταῤῥάσσω, *deturbo*: sed καταράκτης (nam vtrunque inuenitur) venit ab ἀράσσω, *tundo*; καταράσσω, *deturbo*, per vnum ρ: pro quo & † ἀῤῥάσσω dicitur, vnde συναῤῥάσσω, *confringo*. nam συῤῥάσσω, *confringo, collido*, à ῥάσσω.

Ρ. ῥέω à ῥεύω, ῥυέω & ῥύημι. ρρ geminum in compositis. καταῤῥάκτης siue καταράκτης vnde ducatur.

[4] Ῥηγνύω & ῥήγνυμι, *rumpo*. Futurum [5] ῥήξω, à 4. 5
† ῥήγω: Aorist. sec. pass. [6] ἐῤῥάγην, *rupi*. Præt. 6
med. [7] ἔῤῥωγα pro ἔῤῥηγα: siquidem hoc ver- 7
bum pro η sæpe capit ω: sic διέῤῥωγα, *diruptus sum*: διεῤῥωγὼς, *diruptus*; vt etiam dicitur ἀρωγὸς pro ἀρηγὸς, *defensor, opitulator*.

ῥηγνύω & ῥήγνυμι à ῥήγω. ω pro η. διέῤῥωγα. διεῤῥωγώς. ἀρωγός.

[8] Ῥωννύω & ῥώννυμι, *roboro*. Fut. [9] ῥώσω, à [10] ῥόω, 8. 9
Præteritum actiuum, ἔῤῥωκα, pass. [11] ἔῤῥωμαι: 10
Plusquamperfect. ἐῤῥώμην: Imperatiuus, ἔῤῥωσο, 11
ἐῤῥώσθω, *vale, valeat*: Infinitiuus, ἐῤῥῶσθαι.

ῥωννύω & ῥώννυμι à ῥόω.

[1] De Hoc 304, 17. A ῥέω imperfect. ἔῤῥεον, ἔῤῥεες, 1
ἔῤῥεεν, & ῥέει, absque augmento. subiunctiuus ῥέω, ῥέῃς, ῥέῃ, & poëticè (360,29.) ῥείῃ, fluat. [2] Dicit *etiamsi* 2
ῥυῶ, &c. quia (213,37.) visus fuerat innuere, huiusmodi verba destitui aoristo secundo, fut. secundo, & præterito med. Potest hic aoristus etiã ab Æolico [illegible] vnde & futu

ῥέει. ῥείῃ.

futurum ῥεύσω, *deduci*. ab eo arist. secund. actiuus esset
ἔῤῥυον, (vt ἔφυγον à φεύγω, 178,10.) pass. ἐῤῥύην, ἐῤῥύης,
ἐῤῥύη, *fluxi, isti, it*. hinc subiunctiuus ῥυῶ, ῥυῇς, ῥυῇ, *fluxe-
ro, is, it*: prima plur. ῥυῶμεν: cum παρὰ, παραῤῥυῶμεν, &

παῤῥυῶμεν.

poëticè (173,14.) παῤῥυῶμεν, *perfluamus*. infinit. ῥυῆναι,
manasse, fluxisse: part. ῥυεὶς, *qui fluxit*. futurum secun-
3 dum, ῥυήσομαι, ῥυήσῃ, ῥυήσεται, *fluam, es, et*. [3] Vide 286,1.

α in cōpositione ante ρ.

Sic etiam α priuatiuum, atque aliæ particulæ in voca-
lem finitæ, quando in compositione ante ρ locum ha-
bent, geminant ρ: vt ῥητὸς, *dictus* vel *dicendus*, *clarus*:
ἄῤῥητος, *nefandus, non dicendus, obscurus*. poëtæ metri
gratia idem obseruant ante alias quoque consonantes:

περιδδείσασα.
ἀναλλέξας.

vt περιδδείσασα, *verita*, pro περιδείσασα, participium ao-
risti primi verbi περιδείδω, *vereor*. ἀναλλέξας, *qui collegit*,
pro ἀναλέξας, particip. aoristi primi ab ἀναλέγω. [4] De
4 hoc & similibus 333,28. & 335,28. [5] Hinc aoristus prim.
5 ἔῤῥηξα, ἔῤῥηξας, ἔῤῥηξεν, *rupi, isti, it*: tertia plur. ἔῤῥηξαν, *fre-
gerunt*: imperatiuus ῥῆξον, *rumpe*: ῥήξατε, *rumpite*: infinit.
ῥῆξαι, *rumpere, tingere*: particip. ῥήξας, *qui rupit*: aoristus
primus med. ἐῤῥηξάμην: tertia singularis sine augmento
6 ῥήξατο, *rupit*. [6] Ab ἐῤῥάγην, ἐῤῥάγης, ἐῤῥάγη, *ruptus sum, es,
est*, tertia plur. ἐῤῥάγησαν, *rupti sunt*: subiunctiuus ῥαγῶ,
ῥαγῇς, ῥαγῇ, *ruptus fuero, is, it*: infinit. ῥαγῆναι, (quod &
ῥηγῆναι, *ruptum esse*: part. ῥαγεὶς, ῥαγεῖσα, *ruptus, rupta*.
futurum secund. ῥαγήσομαι, vnde infinit. ῥαγήσεσθαι, *ruptum
7 iri*. Aoristus secundus actiuus ἔῤῥαγον, *obsoleuit*. [7] Ab
ἔῤῥωγα, ἔῤῥωγας, ἔῤῥωγε, *ruptus sum, es, est*: plusquamperf.

ἐῤῥώγεσαν.

ἐῤῥώγειν: tertia plur. ἐῤῥώγεισαν, & Att. (3.0,13.) ἐῤῥώγεσαν,
rupti erant: particip. ἐῤῥωγὼς, ἐῤῥωγυῖα, *ruptus, rupta*: sine

ἀναῤῥωγώς.

augmento ῥωγὼς: cum ἀνὰ, ἀναῤῥωγὼς, *apertus, hians*. Hu-
iusmodi mutatio τοῦ η in ω, Atticorum est. hucque refe-

συνοχωκότε.

runt quidam † συνοχωκότε, id est, *coarctati, in angustum
coëuntes*: particip. perfectum duale sine augmento pro
συνοχηκότε, à συνοχέω, μ. ήσω, π. ηκα: quod deriuatur à
συνοχὴ, ῆς, *coarctatio, angustia*, 216, 15. hoc verò verbale
est (262,36.) à συνέχω, *constringo, contineo*: sic μέμβλωκα,
κας, κε, *veni, & curaui, isti, it*: quod per syncopen & τοῦ β
(euphoniæ gratia) interiectionem dictum est, vel pro
μεμόληκα à μολέω, (349,1.) vel pro μεμέληκα à μελέω τὸ
μέλω, *curo*. è μέμβλωκε cum παρὰ fit παραμέμβλωκεν, &
8 poëticè (173,14.) παρμέμβλωκε, *aduênit, adest*. [8] De hoc
9 & similibus in νύω & νυμι finitis habes 338,36. [9] Hinc
aoristus primus, ἔῤῥωσα, ας, ε, *roboraui, confirmaui, isti, it*:
infinitiuus ῥῶσαι, *roborasse*: part. ῥώσας, *roborans*: futurum
10 medium ῥώσομαι. [10] Huius passiuum † ῥώομαι, *roboror*:
item

item *fluo, ruo*: in imperfecto ἐῤῥώοντο, *festinabãt, ruebant.*
[11] Hinc particip. ἐῤῥωμένος, de quo 256,23. aoristus primus assumit σ, (307,34.) ἐῤῥώσθην, ἐῤῥώσθης, ἐῤῥώσθη: tertia plur. ἐῤῥώσθησαν: vnde particip. ῥωσθεὶς, ῥωσθεῖσα, *roboratus, confirmatus, a.* 11

[1] Σβεννύω, σβέννυμι, *extinguo.* Futurum, [2] σβέσω & σβέσομαι, à σβέω. Aoristus secundus, ἔσβην, à σβῆμι. [3] aut est aoristus secundus passiuus à σβέω: Aorist. sec. actiuus, ἔσβον: passiuus, ἔσβην. 1. 2 3

Σ
σβεννύω & σβέννυμι à σβέω & σβῆμι.

[4] Σεύω, *agito, concito, fugo.* [5] Aorist. primus, ἔσευα, per α purum. Aoristus passiuus, [6] ἐσύθην, pro ἐσεύθην. 4. 5 6

σεύω.
ἔσευα.
ἐσύθην.

[7] Σπένδω, *libo.* Futurum, [8] σπείσω, à σπείδω: [9] quandoque Æolicè pro subiunctiua vocali consonans; σπείρω, σπέῤῥω, *semino*: [10] γείνατο, γέννατο, *genuit.* 7. 8 9 10

σπένδω à σπείδω.
Æolismus.

[11] Συνίημι, *intelligo.* Aoristus primus, συνῆκα, & Atticè [12] ἐσυνῆκα, per geminum augmentum; vt [13] ἠνώχλουν, *turbabam*, & similia. Aoristus secundus, συνῶ: Imperatiuus, συνές: Participium, συνείς. Atticè autem ξυνίημι, ξυνῆκα, ξυνῶ, ξυνές, ξυνείς: vt pleraque alia communiter per σὺν, efferuntur Atticè per ξυν, συνοικος, ξύνοικος, *contubernalis.* 11 12 13

συνίημι.
συνῆκα:
ἐσυνῆκα.
συνῶ: συνές.
ξυν Atticè pro συν.

Συῤῥήγνυσθαι, *confringi*, compositum è συν, *cum, simul*, & ῥήγνυσθαι, *frangi.* [14] Quomodo verò se habeat σὺν in compositis, docere possunt subiecta exempla; βαίνω, *vado*: συμβαίνω, *contingo*: γράφω, *scribo*: συγγράφω, *conscribo*: ζάω, *viuo*: συζάω, *conuiuo*: κάμνω, *laboro*; συγκάμνω, *simul laboro*: λέγω, *dico & lego, id est, colligo*; συλλέγω, *colligo*: μανθάνω, *disco*; συμμανθάνω, *condisco*: παίζω, *ludo*; συμπαίζω, *colludo*: ῥέω, *fluo*; συῤῥέω, *confluo*: σείω, *quatio*; συσσείω, *concutio*: στέλλω, *mitto, traho*; συστέλλω, *contraho*: φημὶ, *dico*; σύμφημι, *consentio, comprobo*: χέω, *fundo*; συγχέω, *confundo*: ψαύω, *tango*; 14

συῤῥήγνυσθαι.
συν in compositione fit.
συμ ante { β μ π φ ψ }
συγ ante { γ κ χ }
συ, συσ, συ, συλ, συῤ } ante { ζ σ σ λ ρ }

Ita est de ν in præpos. ἐν, nisi quòd manet sequente σ.

συμφαύω, *contingo*. Idem iudiciũ de mutatione ν in præpositione ἐν, *in*: βαίνω, ἐμβαίνω, *ingredior*: γράφω, ἐγγράφω, *inscribo*, &c. nisi quòd ante σ non mutatur ν, σείω, *quatio*; ἐνσείω, *incutio*: σημαίνω, *signo*; ἐνσημαίνω, *insignio, imprimo*.

σβέσαι.
ἀπεσβηκώς.
ἐσσεύοντο.
σύτο.
σεῦα.
ἐπισσεύας.
σεύατο.
σύσθω.
ANNOTATIO.
σπένδεσκε.
σπεῖσαι.
ἀργυφός. ἀπερρ.

1 [1] VIDE 338, 36. Ἀ σβέννυμι particip. σβεννὺς, *extin-*
2 *guens*. [2] Hinc aorist. prim. ἔσβεσα, ἔσβεσας, ἔσβεσε,
(cum ἀπὸ, ἀπέσβεσεν, *extinxit*) sine augmento σβέσα,
σβέσας, σβέσε: tertia plur. σβέσαν: infinit. σβέσαι, *extin-*
xisse. Aorist. primus pass. ἐσβέσθην, ἐσβέσθης, ἐσβέσθη, *ex-*
tinctus vel mortuus sum, es, est: subiunctiuus σβεσθῶ,
σβεσθῇς, σβεσθῇ: infinit. σβεσθῆναι: cum ἀπὸ, ἀποσβεσθῆναι,
extingui, supprimi: futurum prim. pass. σβεσθήσομαι, *ex-*
tinguar. Pro σβέσω dicitur quoque σβήσω: perfect. ἔσβηκα:
participium ἐσβηκώς: cum ἀπὸ, ἀπεσβηκὼς, *extinctus*.
3 [3] Prior opinio verior videtur; quòd posterior repu-
4 gnet ei quod dixit 214, 9. vide 218, 10. [4] Passiuum
σεύομαι: imperfectum ἐσσευόμην: tertia pluralis ἐσσεύοντο,
& poëticè augmento positione producto (297, 14.)
ἐσσεύοντο, *ibant*. Aoristus secundus, ἔσυον (vt ἔφυγον à
φεύγω, 178, 10.) medius ἐσυόμην: tertia persona ἔσυετο,
syncope ac deposito augmento σύτο, *concitatus est, pro-*
ruit. Alij volunt dictũ pro ἐσέσυτο in plusquamperfecto
5 passiuo, deposito omni augmento. Vide 301, 3. [5] De
hoc 302, 11. sine augmento est σεῦα, σεῦας, σεῦε, *fugaui,*
isti, it: part. σεύας: cum ἐπὶ, ἐπισεύας, & poëticè (400, 12.)
ἐπισσεύας, *exhortatus*. aoristus primus medius ἐσσευάμην,
ω, ατο, & deposito augmento, σευάμην, σεύω, σεύατο, *rui,*
isti, it: imperatiuus, σεῦαι, σευάσθω, & syncope σεύσθω, *con-*
citetur. [*Porro σεῦσθω quidem legitur, à σόω τὸ σεύω, de*
quo paulo post dicetur in pag. 408, v. 42. at σεύσθω per
6 *syncopen pro σευάσθω positum, nullibi inuenio.*] [6] Ab ἐσύ-
θην, ἐσύθης, ἐσύθη, id est, *impetu concitatus sum, es, est*, du-
7 citur participium συθεὶς, *concitatus*. [7] Huius imperfect.
ἔσπενδον, ἔσπενδες: hinc tertia Ionica (170, 30.) σπένδεσκε, *li-*
8 *babat*. [8] Hinc aoristus primus ἔσπεισα, ἔσπεισας, ἔσπεισε,
sine augmento σπεῖσα, σπεῖσας, σπεῖσε, *libaui, isti, it*: im-
perat. σπεῖσον: subiunctiuus σπείσω, σπείσῃς: infin. σπεῖσαι:
particip. σπείσας. Aorist. prim. medius ἐσπεισάμην: in-
finit. σπείσασθαι, *inducias facere*: perfect. pass. ἔσπεισμαι:
tertia persona ἔσπεισται, *transactum est*: aorist. prim. ἐσπει-
σθην, *libatus vel immolatus sum*: ἐσπείσθησαν αἱ ὀχαὶ, *facta*
9 *sunt inducia*. [9] Sic ἀργυφὸς, *candidus*, pro ἀργυρός: ἀπερρε
pro

pro ἄπερρε, *abi in malam rem*, ab ἀπείρω: & simplex ἔρρε, *peri*: atque in imperat. pass. ἔρρου, *abi, peri*; ab εἴρω siue φθείρω, pro quo Æoles φθέρρω dicunt; deinde per aphæresim ἔρρω. A φθείρω, *corrumpo* (vt hoc obiter dicatur) futurum φθερῶ, 157, 32. perfectum ἔφθαρκα, 174, 26. passiuum ἔφθαρμαι, 188, 28. hinc particip. ἐφθαρμένος, *interemptus*. pro ἔφθαρμαι Æoles dicunt ἔφθορμαι, ἔφθορσαι, ἔφθορται. sic à μείρω siue μείρομαι, *diuido, sortior*, fit μέμορμαι, μέμορσαι, μέμορται, *sortitus sum, es, est*, pro μέμαρμαι, μέμαρσαι, μέμαρται; quod & † μεμοίραμαι, μεμοίρασαι, μεμοίραται: & rursus pro eodem, μεμόρημαι, μεμόρησαι, μεμόρηται: vnde participium μεμορημένον, *factum, elaboratum*. Ab ἔφθορμαι & μέμορμαι in infinitiuo ἐφθόρθαι, μεμόρθαι, accentu in antepenultima, 120, 25. [*μεμοίραμαι & μεμόρημαι habent quidem eandem significationem cum μέμαρμαι, sed ab aliis orta sunt thematibus, à μοιράω scilicet & μορέω, quorum vtrumque significat* partior, diuido, *pass.* μοιρᾶσθαι *significat etiam neutraliter, participem esse, vt in 16. epist. Bruti, ad Caunios*, φόβου μεμοίρανται, participes sunt metus, cum metu sunt coniunctæ.] sic τέτορθαι pro τετάρθαι, à τείρω, μ. τερῶ, π. τέταρκα, id est, *infesto, sum molestus*. sed redeamus ad φθείρω: huius perfect. medium ἔφθορα, *corruptus sum*, 197, 22. aoristus secund. act. ἔφθαρον, 178, 12. passiuus ἐφθάρην, *perij*: particip. φθαρεὶς, έντος, *corruptus*. Pro φθερῶ futuro verbi φθείρω, Æoles dicunt φθέρσω, φθέρσεις, φθέρσει, *vastabo, is, it*, 167, 6. & 332, 24. sic ab εἴρω idem quod φθείρω, futur. ἔρσω pro ἐρῶ: vnde aorist. prim. sine augmento ἔρσα, ἔρσας, ἔρσε: cum ἀπὸ, ἀπέερσεν, & poëticè seruato ο (172, 30.) ἀπόερσε, *corrupit*. sic à κείρω, *tondeo*, μ. κερῶ, Æolicè κέρσω: vnde aor. prim. ἔκερσα, *totondi*: infin. κέρσαι, *totondisse*: à fut. κερῶ, infin. κερεῖν, & Ionicè (179, 30.) κερέειν, *tonsurum esse*. ab ἄρω, *coapto*, μ. ἀρῶ & ἄρσω, *coaptabo*: aorist. prim. ἦρσα: imperat. ἄρσον, *adapta*. à κύρω, *sum, incido, adipiscor, nanciscor*, μ. κυρῶ & κύρσω, *adipiscar*: aorist. prim. ἔκυρσα: in secunda plur. ἐκύρσατε, *incidistis*: tertia ἔκυρσαν, *inciderunt*: cum ἐν, ἐνέκυρσαν, *inciderunt, offenderunt*: particip. κύρσας: cum ἐν, ἐγκύρσας, *incidens*: vide 175, 18. particip. aoristi primi pass. κυρθεὶς, *adeptus*.

ἔρρε.

ἔφθορμαι.

μέμορμαι.

μεμοίραμαι.

μεμόρημαι.

ἐφθόρθαι.

μεμόρθαι.

ANNOTATIO.

τέτορθαι.

φθέρσει.

ἀπόερσε.

ἔκερσα.

ἄρσω.

ἄρσον.

κύρσω.

ἐνέκυρσαν.

ἐγκύρσας.

[10] Vide 360, 4. [11] Componitur ex σὺν (pro quo Attici 10
ξὺν in compositis 249, 20.) & ἵημι, cuius inflexionem 11
habes 319, 20. [12] Pro ἐσυνῆκα, ἐσυνῆκας, ἐσυνῆκεν, Attici 12
dicunt ἐξυνῆκα, ἐξυνῆκας, ἐξυνῆκεν, *intellexi, isti, it*: atque
ξυνέηκα, ξυνέηκας, ξυνέηκε, 298, 16. communiter verò συ- 13
νέηκα, συνέηκας, συνέηκε. [13] De hoc 290, 11. [14] Quare ita 14

ἐξυνῆκα

In compositis ex ἀνὰ poëtæ dicunt

ἀγκ	pro	ἀνακ
ἀγχ		ἀναχ
ἀλλ		ἀναλ
ἀμβ		ἀναβ
ἀμμ		ἀναμ
ἀμπ		ἀναπ
ἀμφ		ἀναφ

mutetur ν, vel elidatur, docuimus 7,14. & 10,12. Idem ferme iudicium de ν in ἀνὰ cùm poëticè, α finali deperdito, preponitur cōsonantibus, velut 173,15. & 23. attigimus. nam ν ante κ & χ mutatur in γ: ante λ, in λ: ante β, μ, π, φ, in μ: vt, ante κ, ἀγκαλέω pro ἀνακαλέω, *reuoco*: ἀγκλίνας pro ἀνακλίνας, *reclinans*, vt τύψας, 183,29. ab ἀνακλίνω. sic ἀγκρεμάσας pro ἀνακρεμάσας, *suspendens*, vt τύψας, 183,29. ab ἀνακρέμνημι, sed tanquam ab ἀνακρεμάω, μ. άσω: aorist. prim. ἀνεκρέμασαν: tertia plur. ἀγκρέμασαν, *suspenderunt*: part. aoristi primi pass. ἀνακρεμασθείς, *suspensus*. ἀγκρίνω pro ἀνακρίνω, *discutio, discerno*. ἀγκρούομαι pro ἀνακρούομαι, *præludo*. huc etiam referri possunt ἄγκλυτος pro ἀνάκλυτος, *iactabundus*: ἄγκηνος pro ἀνάκηνος, *minister*: atque hinc ἄγκηνις, ιδος, *ministra*: & ἀγκηνέω ῶ, *diligens sum*: sic τὸ ἀγκηρές quasi ἀνακηρές, *insatiabile*. Ante χ, ἀγχαλάω pro ἀναχαλάω, *relaxo, remitto*. Ante λ, ἀλλύω pro ἀναλύω, *resoluo, retexo*: vnde ἀλλύεσκε Ionicè (170,30.) pro ἀνέλυε, *resoluebat*: & ἀλλύουσα pro ἀναλύουσα, *resoluens*. ἄλλεγον pro ἀνάλεγον, & hoc pro ἀνέλεγον, *collegi*: aoristus sec. sine augmento ab ἀναλέγω: vnde & in aoristo primo infinitiui act. ἀλλέξαι pro ἀναλέξαι, *collegisse*. Ante β, ἀμβαίνω pro ἀναβαίνω, *ascendo*: vnde ἄμβασις pro ἀνάβασις, *ascensio*: ἀμβάτης pro ἀναβάτης, *ascensor*: ἄμβατος, *accessus, accessibilis*: τὰ ἄμβατα, *gradus*. ἄμβαλε pro ἀνάβαλεν, & istud pro ἀνέβαλε, *reiecit, sursum iecit*; aoristus secundus ab ἀναβάλλω: (at ἄββαλε pro ἀπέβαλε) [*hoc perperam vt supra pag. 4,19. annotauimus.*] ἀμβλήδην pro ἀναβλήδην, *altè*: ἀμβολή pro ἀναβολή, & ἀμβολίη pro ἀναβολίη, *procrastinatio, dilatio*: ἀμβολιεργός pro ἀναβολιεργός, *dilator operum, procrastinator*. ἀμβώσαντες, *reclamantes, exclamantes*, pro ἀναβώσαντες, & istud per crasim pro ἀναβοήσαντες, vt simplex βώσας pro βοήσας, 207,10. sic in appositione, ἀμβωμοῖς seu ἀμβωμοῖσι (121,39.) pro ἀνὰ βωμοῖς, *ad altaria*. Ante μ, ἀμμάθω pro ἀναμάθω, *pœniteam*: ἄμμιγα pro ἀνάμιγα, *simul, vnà*: ἀμμίγδην pro ἀναμίγδην, *permixtim, promiscuè*: ἀμμίξας pro ἀναμίξας, *permiscens*, ab ἀναμίγνυμι, sed tanquam ab ἀναμίγω, 333,30. & in appositione, ἀμμέγα pro ἀνὰ μέγα, *per magnum*: ἀνὰ μέσον, ἀμμέσον, *in medio*. Ante π, ἀμπαιανίσαι pro ἀναπαιανίσαι, *pæanu recătare*: aor. pri. infi. ab ἀναπαιανίζω. ἀμπεπαλών, *vibrans*, pro ἀναπεπαλών, & istud pro ἀναπαλών, cum augmento poëtico, 172,17. est participium aoristi secūdi ab ἀναπάλλω: vt à simplici πάλλω fit πεπαλών, *vibrans vel qui vibrauit*. ἀμπαύομαι pro ἀναπαύομαι, *quiesco*: hinc in aor. primo imperatiui medij

Margin: ἄγκλυτος. ἄγκηνος. ἀγκηρές. ἀγχαλάω. ἀλλύω. ἀλλύεσκε. ἀλλύουσα. ἄλλεγον. ἀλλέξαι. ἀμβαίνω. ἄμβαλε. ἀμβλήδην. ἀμβολή. ἀμβολίη. ἀμβολιεργός. ἀμβώσαντες. ἀμβωμοῖσι. ἀμμάθω. ἄμμιγα. ἀμμίγδην. ἀμμίξας. ἀμμέγα. ἀμμέσον. ἀμπεπαλών. ἀμπαύομαι.

ἀμπαυ

ἀμπαύσασθε, *requiescite*: & verbalia τὸ ἄμπαυμα, ατος, *requies*: ἡ ἄμπαυσις, εως, *requies*: ἀμπαυστήριον, *sedes in qua quiescitur*: pro ἀναπαύσασθε, ἀνάπαυμα, ἀνάπαυσις, & ἀναπαυστήριον. ἀμπέτασον pro ἀναπέτασον, *extende, aperi*, vt τύφον, 179,30. ab ἀναπεταννύω, sed tanquam ab ἀναπετάω, 338,36. & 345,14. ἄμπηρος pro ἀνάπηρος, *cæcus, mutilatus*. ἀμπλέκω pro ἀναπλέκω, *implico, amicio*: hinc ἀμπλακέω, *pecco, erro, implicor*: vnde participium aoristi secundi ἀμπλακὼν, *qui errauit*: & verbale ἀμπλάκημα, *peccatum*; vnde dictum quòd implicet & inuoluat homines: sic & ἡ ἀμπλακία, *error, peccatum*. [*Attamen Etymol.* ἀμπλακεῖν *ab* ἀναπλέκειν *deriuat, quoniam homines implicentur* τοῖς ἀμπλακήμασι *siue* ἁμαρτήμασι *tum non minus commodè referetur ad* ἀναπλάζεσθαι, *quod est* oberrare, sursum ac deorsum errare: *itidemque simplex* πλακία, *quod Hesyc. citat pro* delicto, *ad* πλάζεσθαι.] ἀμπνοὴ pro ἀναπνοὴ, *respiratio*. ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, *reuolans, subuolãs*: τὰ ἀμπτάμενα, *reuolantia*: vide simplex πτάμενος 388,6. ἄμπωσις siue (quo oratores vti solent) ἄμπωτις, pro ἀνάπωσις, *resorptio, reciprocatio siue recessus æstus marini*: vnde ἀμπωτίζω, *me resorbeo, refluo*. & in appositione, ἀμπεδίον pro ἀνὰ πεδίον, *per campum*: ἀμπέλαγος pro ἀνὰ πέλαγος, *per mare*: ἀμπόλιν pro ἀνὰ πόλιν, *per vrbem*. Ante φ, ἀμφέρω pro ἀναφέρω, *sursum fero*: ἀμφέρεται pro ἀναφέρεται, *sursum fertur*: ἀμφυγία pro ἀναφυγία, *perpetuum exiliũ*. [Perpetuum tamẽ exilium melius ἀειφυγία dicitur cum ἀνὰ, (vt animaduertit Sylburgius) nihil tale: sed retro vel sursum in compositione significet.] & in appositione, ἀμφόνον pro ἀνὰ φόνον, *per cædem*: ἀμφυτὰ pro ἀνὰ φυτὰ, *per plantas*. Ante δ verò, ante θ, ν, σ, & τ, quamuis ἀνὰ perdat α finale, ν tamen manet inuariatum, tam in compositione quàm in casus appositione: vt †ἀνδηράδες pro ἀναδηράδες, *area*: [Legitur apud Hesych. quoque nominatiuo casu: alias reperitur etiam ἀνδηράδας pro ἀνὰ δηράδας, *per colles seu iuga montium*.] ἄνδεμα pro ἀνάδεμα, *vitta*: τὰ ἄνδηρα pro ἀνάδηρα, *flores*: ἀνδίκτης, ου, pro ἀναδίκτης, *genus laquei*: ἄνδιχα, pro ἀνάδιχα, *bifariam*: ἀνδοκάδην pro ἀναδοκάδην, *ex fideiussione*: ἀνδόνακας pro ἀνὰ δόνακας, *inter arundines*, ab ὁ δόναξ, ακος, *arundo*: ἀνδύεται pro ἀναδύεται, *emergit*: ἀνθρώσκω, pro ἀναθρώσκω, *resilio*: ἀννέκυας pro ἀνὰ νέκυας, *per cadauera*: ἄνστησον pro ἀνάστησον, *excita*, aoristus primus imperatiui actiui ab ἀνίστημι, μ. ἀναστήσω: ἀνστρέφομαι pro ἀναστρέφομαι, *versor per, peruado, assiduus sum*: ἄνσχεο pro ἀνάσχεο, de quo 382,39. ἀνσχήσεσθαι pro ἀνασχήσεσθαι, *toleraturum esse*. vide simplex

ἀμπαύσασθε.
ἄμπαυμα.
ἄμπαυσις.
ἀμπαυστήριον.
ἄμπηρος.
ἀμπλέκω.
ἀμπλακέω.
ANNOTATIO.
ἀμπνοή.
ἀμπτάμενος.
ἄμπωσις.
ἄμπωτις.
ἀμπωτίζω.
ἀμπεδίον.
ἀμπέλαγος.
ἀμπόλιν.
ἀμφέρω.
ἀμφυγία.
ἀειφυγία.
ANNOTATIO.
ἀμφόνον.
ἀμφυτά.
ἀνδηράδες.
ANNOTATIO.
ἄνδεμα.
ἄνδηρα.
ἄνδιχα.
ἀνδοκάδην.
ἀνδόνακας.
ἀνδύεται.
ἀνθρώσκω.
ἀννέκυας.
ἄνστησον.
ἀνστρέφομαι.
ἄνσχεο. ἀνσχήσεσθαι.

ἀνστόμα. ἀντανύω. χήσεαι 382, 17. ἀνστόμα pro ἀνὰ στόμα, *per os*. ἀντανύω pro ἀνατανύω, *extendo*.

Poëtæ ita faciunt composita ex κατὰ, *vt dicant*

καββ	pro	καταβ
καδδ		καταδ
κακκ		κατακ
κακχ		καταχ
καλλ		καταλ
καμμ		καταμ
κανν		καταν
καππ		καταπ
καπφ		καταφ
καρρ		καταρρ
κασ		κατασ
κατθ		καταθ
κατ		κατατ

τ verò præpositionis κατὰ, quando poëticè quoque, α finali deperdito, præponitur consonantibus, ante aspiratas φ, χ, mutatur in earum tenues π, κ: ante θ & τ, seruatur ipsum τ: ante alias mutas, & ante immutabiles λ, μ, ν, ρ, mutatur in consonam sequẽti similem, nempe in β ante β, in δ ante δ, & sic de aliis: ante σ verò, ipsum τ prorsus deperit. sed exemplis res illustretur: ante β, κάββαλε pro κατάβαλε, & istud pro κατέβαλε, *deiecit*, aorist. sec. absq; augmento à καταβάλλω: infinit. καββαλεῖν pro καταβαλεῖν, *strauisse*: & καββαλικὸς, *prosternendo aptus*: & huius comparatiuus καββαλικώτερος, *ad prosternendum aptior, qui aptiùs prosternitur*: quibus & oratores vtuntur. [καμμύειν quidem pro καταμύειν reperitur etiam in prosa: καββαλικώτερος autem apud Plut. in Apophthegm. Laconicis legitur non vt commune vocabulum, sed vt Laconicum, sicut etiã Hesych. tradit καμμύειν Lacones dicere pro καταμύειν.] Ante δ, καδδραθέτην, *dormierũt duo*, pro καταδραθέτην, tertia dualis aoristi secundi à καταδαρθάνω, sed tanquam à καταδαρθέω: simplex δαρθέω, aoristus sec. ἔδαρθον, & metathesi ἔδραθον: tertia dualis reiecto augmento δαρθέτην, cum κατὰ, καταδαρθέτην, & poëticè καδδραθέτην. καδδῦσαι pro καταδῦσαι, *demersisse*, aor. pri. infinitiui actiui à καταδύω. & in appositione, καδδύναμιν pro κατὰ δύναμιν, *pro virili parte*: ἡ δύναμις, εως, τὴν δύναμιν, vt ὄφιν, 148, 37.

καδδέ. καδδὲ pro κατὰ δέ. hoc in tmesi non rarò vsurpatur; quum scilicet verba composita ex κατὰ, diuiduntur, atque inter præpositionẽ κατὰ & verbum simplex inseritur particula δὲ, siue sola, siue cum aliis dictionibus:

καδδ' ἔβαλε. vt καδδ' ἔβαλε pro κατέβαλε δὲ, id est, *strauit autem*, aoristus sec. à καταβάλλω:

καδδ' εἷσε. καδδ' εἷσε pro καθεῖσε δὲ, id est, ἐκάθισε δὲ, *collocauit verò*: vide simplex εἷσε 344, 11.

καδδ' ἔθορε. καδδ' ἔθορε pro κατέθορε δὲ, *desiliit verò*; aoristus sec. à καταθορέω.

καδδ' ἕλον. καδδ' ἕλον pro καθέλον δὲ, & hoc pro καθεῖλον δὲ, *detraxerunt verò*; est aor. sec. sine augmẽto à καθαιρέω, sed tanquam à καθέλω, vt simplex αἱρέω ab ἕλω, 355, 9.

καδδ' ἔπεσε. καδδ' ἔπεσε pro κατέπεσε δὲ, *decidit verò*, aorist. sec. à καταπίπτω, sed tanquam à καταπεσέω: vide 395, 30.

κακκῆαι. καταχηέμεν. Ante κ, κακκῆαι pro κατακῆαι, pro quo etiam Homerus dixit κατακηέμεν, *cremare*; aor. pri. infinitiui à κατακαίω, μ. κατακαύσω, aor. prim. κατέκαυσα & κατέκηα, 302, 12. vnde infin. κατακῆαι, & Ionicè κατακηέμεν:

κατακήομεν. in prima plur. subiunctiui κατακήωμεν, & poëticè (306, 15.) κατακήομεν, *crememus*.

κακκρύπτων. κακκρυφῶ. κακκρύπτων pro κατακρύπτων, *occultans, tegens*. & in appositione, κακκρυφῶ, pro κατὰ

κατὰ κορυφὴν, *circa verticem.* Ante χ, † κάκχαρτος pro κατάχαρτος, *latabundus*; verbale à καταχαίρω, *insulto.* κακχεύω pro καταχεύω, *defundo, deijcio.* [κάκχαρτος Hesychio quoque est κατάχαρτος: fortasse tamen etiam pro κακόχαρτος dicitur, quod est, *malis gaudens*, vt κάμμορος pro κακόμορος, eodem teste.] Ante λ, καλλείπειν pro καταλείπειν, *relinquere*: hinc καλλείπεται, *relinquitur*: καλλείψω, *relinquam*: infin. καλλειψέιν, *relicturum esse*: in aor. sec. κάλλιπε, *reliquit*, sine augmento pro κατάλιπε, & istud pro κατέλιπε. in appositione, καλλαπάρην pro κατὰ λαπάρην, *iuxta ilia*: λαπάρην accusatiuus est Ionicus (121,4.) pro λαπάραν, ab ἡ λαπάρα ας, *ile*, siue pluraliter *ilia.* Ante μ, καμμίξας pro καταμίξας, *commiscens*, part. aor. prim. à καταμιγνύω siue καταμίγνυμι, sed tanquam à καταμίγω, 333,30. καμμύω pro καταμύω, *claudo*, quo & oratores vtuntur: hinc in futuro καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς, *claudet oculos*: & in aoristo primo ἐκάμμυσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς, *occluserunt oculos.* καμμονία, & Ionicè καμμονίη pro καταμονίη, *victoria forti mãsione parta.* (huc referri potest κάμμορος pro κακόμορος, *infortunatus*, quasi κάκμορος,) in appositione, καμμέσον pro κατὰ μέσον, *circa medium*: καμμὲν pro κατὰ μὲν, & in tmesi, καμμὲν ἄροτρον ἄξειαν, pro κατάξειαν μὲν ἄροτρον, *aratrum quidem fregerint*: est κατάξειαν aor. prim. Æolicus Optatiui (181,1.) à κατάγνυμι, sed tanquam à κατάγω. Ante ν, καννεύσας pro κατανεύσας, *annuens*; part. aoristi primi à κατανεύω. Ante π, καππυρέσασα pro καταπυρέσασα, *incendens*; part. fœmininũ aoristi primi actiui à καταπυρείζω. in appositione, καππεδίον pro κατὰ πεδίον, *per campum, in campo.* Ante φ, κάπφαγε pro κατάφαγε, & istud pro κατέφαγε, *comêdit*, aorist. sec. sine augmento à κατατρώγω, sed tanquam à καταφήγω. καπφωθεὶς pro καταφωθεὶς, *vastatus*, part. aoristi primi passiui ab inusitato καταφόω. in appositione, καπφάλαρα, pro κατὰ φάλαρα, *in phaleris.* [*Nec καπφωθεὶς nec καταφόω reperire potui. κεπφωθεὶς autem & καπνωθεὶς, vna cum thematibus suis κεπφόω & καπνόω, simplicem habent deriuationem, à nominibus κέπφος & καπνός. ac κεπφοῦσθαι quidem est leui momento impelli vel efferri, ita scilicet vt κέπφοι, aues leuissimæ: καπνοῦσθαι autem, fumo macerari vel infestari.*] Ante ρ, καρρέζειν pro καταρέζειν, quod & ipsum poëticũ est pro καταρρέζειν, *peragere*: sic part. præsens fœmin. καρρέζουσα, *peragens.* in appositione, καρρὰ pro κατὰ ῥὰ: καρρόον, & crasi καρροῦ, pro κατὰ ῥόον, & κατὰ ῥοῦ, (quod & καταρροῦ coniunctè) id est, *secundo flumine.* Ante σ, κάσχεθε pro κατάσχεθε, *continete*: à κατέχω, sed tanquam à κατασχέω, cuius aorist. secundus

κάκχαρτος.
ANNOTATIO.
καλλείπειν.
καλλαπάρην.
καμμίξας.
καμμύω.
καμμονίη.
κάμμορος.
καμμέσον.
καμμέν.
καννεύσας.
καππυρέσασα.
καππεδίον.
κάπφαγε.
καπφωθείς.
καπφάλαρα.
ANNOTATIO.
καρρέζειν.
καρρά.
καρροῦ.
κάσχεθε.

κατέχον, ες, ε: medius κατεχόμην: imperat. κατέχε, καταχέσθω, secunda plur. κατέχεσθε & poëticè κάχεσθε: vide
κασορνῦσα. 381, 14. κασορνῦσα pro καταστορνῦσα, *complanans*; particip. presens actiuũ à καταστόρνυμι, vt ζευγνῦσα, 230, 22. Ante θ,
κατθνήσκω. κατθνήσκω pro καταθνήσκω, *morior*: hinc in aoristo secundo κάτθανε pro κατάθανε, & istud pro κατέθανε, *mortuus est*, (387, 8.) atque pro imperatiuo κατάθανε, *morere, obi*:
κατθάψαι. & part. κατθανὼν pro καταθανὼν, *mortuus*. κατθάψαι pro καταθάψαι, *sepeliuisse*; aorist. prim. infinitiui à καταθάπτω.
κάτθεσαν. κάτθεσαν pro κατάθεσαν, & istud pro κατέθεσαν, *deposuerũt*:
κατθεμένη. vide simplex ἔθεσαν, 224, 21. κατθεμένη pro καταθεμένη, *quæ*
κατύπτεσθαι. *deposuit*: vide 226, 20. Ante τ, κατύπτεσθαι pro κατατύ-
κατάδε. πτεσθαι, *vapulare*. & in appositione, κατάδε pro κατὰ τάδε, *se-*
κατοῦτο. *cundum hæc, in hunc modũ*: κατοῦτο pro κατὰ τοῦτο, *iuxta hoc*.
Sic præpositio Dorica ποτὶ, id est πρὸς, (249, 36.) præci-
ποτῶ. puè cum articulis, vt ποτῶ pro ποτὶ τῶ, id est πρὸς τοῦ:
ποτόν. ποτάν. ποτὸν pro ποτὶ τὸν: ποτὰν pro ποτὶ τὰν, id est πρὸς τὴν:
ποτώς. ποτάς. ποτὼς pro ποτὶ τὼς, id est πρὸς τοὺς: ποτὰς pro ποτὶ τάς:
ποτά. ποτὰ pro ποτὶ τὰ: vide 246, 26. & 31. Παρὰ etiã in compositione sæpe amittit α ante consonantes, sed ρ præ-
παρβολάδην. cedens in aliã consonam non mutatur: vt παρβολάδην
παρθέμενοι. pro παραβολάδην, *permutatim seu cõparatim*: παρθέμενοι
πάρθεσαν. pro παραθέμενοι, *apponentes*: vide 226, 20. πάρθεσαν pro παράθεσαν, & istud pro παρέθεσαν, *apposuerunt*: vide sim-
παρκλίνω. plex ἔθεσαν 224, 21. παρκλίνω pro παρακλίνω, *detorqueo*;
παρμένω. tertia pluralis παρκλίνουσι, *detorquent*. παρμένω pro παρα-
παρπεπιθών. μένω. *permaneo, adsum*. παρπεπιθὼν, *arte pelliciens, fallens*, à παραπείθω: simplex πείθω, aorist. sec. ἐπιθὼν (178, 11.) & poëticè (172, 17.) πέπιθον, part. πεπιθὼν, cũ παρὰ, παραπε-
παρρέω. πιθὼν, & reiecto α, παρπεπιθών. παρρέω pro παραρρέω, *præ-*
παρθέτω. *terfluo*. παρθέτω pro παραθέτω, *apponat*: vide simplex
παρφάσθαι. θέτω 224, 32. παρφάσθαι pro παραφάσθαι, *decipere malè*
πάρφασις. *suadere*: vide simplex φάσθαι 328, 26. hinc πάρφασις pro
παρφέρομαι. παράφασις, *deceptio*. παρφέρομαι pro παραφέρομαι, *perperam feror, transuersus agor*.

Appendix. † Σόω, *seruo, vado, irruo*: subiunctiuus σόω, σόης, σόῃ, *ser-*
σόω ὰ σούω. *uem, es, et*. Fut. σούσω à σούω: aorist. prim. ἔσουσα: imperat. σοῦσον, *vade*. Perfectũ imperatiui passiui σέσουσο, & detracto augmento σοῦσο, σούσθω, *vade, at: rue, at*: σοῦσθε, *ite; ruite*. tamen σούσθω & σοῦσθε possunt censeri facta per crasim à præsenti imperat. passiui σόου, σοέσθω σούσθω: σόεσθε, σοῦσθε.

ANNOTATIO. Eustathius quoque duplex agnoscit σόω: consimiliter etiam Hesychius. vt enim σόεις exp. σώζεις, *seruas*: ita σοῦ exponit τρέχε *curre*, ὅρμα *rue*. itidemq; σοῦται non modo σώζεται *seruatur*, sed etiam διώκεται *agitatur*, & neutraliter

ἔρχεται *vadit*. Est autem σοῦ imperat. contract. vel ex act. σόε, vel ex pass. σόου: σοῦται vero indic. vel per crasin ex σόεται, vel per syncopen ex σούεται: vt apud eundem Hesychium λοῦ & λοῦται, de quibus supra. σοῦσο quoque imperat. est formæ passiuæ, vel præt. perfecti, per aphæresin augmēti, vt videtur ANTESIGNANO: vel pręsentis, per crasin è σόεσο, vt ὀδυνᾶσαι & καυχᾶσαι ex ὀδυνάεσαι & καυχάεσαι, 306, 24. At futurum σοῦσω ex σόω deducere non est necesse, quum habeamus σούω. nam vt σεύω fit ex σέω, ita σούω ex σόω, assumpto υ, vt tradit Eustath. atque inde est etiam Laconicum illud apud Xenophon. Μίνδαρος ἀπέσσουα, *Mindarus periit*: cuius idem Eustath. meminit. Reperitur etiam σώω, & quidem in vtraque significatione. in priore, σώεσκον *seruabant*, apud Etymologum: in posteriore, apud eundem ex Apollonio, σώεσθαι, στροφᾶσθαι, pro ὁρμᾶν.

Σαώζω poëticum pro σώζω, *seruo, tutor*: futurū †σαώσω, σαώσεις, σαώσει: infin. σαώσειν, & Ionicè (182, 6.) σαωσέμεν, *seruaturum esse*. Aorist. prim. ἐσάωσα; tertia persona ἐσάωσε, reiecto augmento, & apocope poëtica σάω, *seruauit*: sumitur & pro σάωσον, id est σῶσον, *serua*: per eandem apocopen. [Fut. σαώσω, cum aor. ἐσάωσα, possumus etiã deriuare à σαόω, à quo apud Hesych. est σαοῖ, expositum σώζει, βοηθεῖ, *seruat, auxiliatur*. estque istud σαόω deriuatum ab adiect. σάος *saluus*: at σοῦται apud eundem Hesych. pro ὀλώκεται agitatur, & φεύγει fugit, deriuatum est à substantiuo σόος, quod eidem Hesych. est ὁρμὴ, φορὰ, *impetus, motus*, 220, 34.]

σαωσέμεν.

σάω.

ANNOTATIO.

Τέμνω, *seco*. Fut. [1] τμήξω, à [2] τμήγω. Aorist. sec. 1. 2
[3] ἔταμον vel [4] ἔτεμον: Particip. ταμὼν vel τεμών. 3. 4
[5] Τίκτω, *pario*. Fut. [6] τέξω, à τέκω. Præt. med. τέ- 5. 6
τοκα. Aor. sec. [7] ἔτεκον, per ε: [8] nam secũdo aoristo 7. 8
verti ε in α, id ferme fit pręsente aliqua immutabili; δέρω, ἔδαρον, *excorio*: πλέκω, ἔπλακον, *plico*.
[9] Τιτρώσκω, *vulnero*. Fut. [10] τρώσω, à [11] τρώω. Sæpe 9
barytona quoq; habent reduplicationē; δράω, 10
διδράσκω, *fugio*: μνάω, μιμνήσκω, *in memoriã reuoco*. 11
[12] Τρέχω, *curro*. Fut. θρέξω, per θ. Præteritum 12
δεδράμηκα, à δραμέω. Aorist. secundus [13] ἔδραμον, 13
[14] à δρέμω. Futurum secundum med. δραμοῦμαι. 14
Τρώγω, *comedo*. Aorist. sec. [15] ἔφαγον, à φάγω. 15

T

τέμνω à τμήγω.

ἔταμον vel ἔτεμον.

τίκτω à τέκω.

Aoristus secundus quãdo mutet ε in α.

τιτρώσκω à τρώω.

Reduplicatio in Barytonis.

τρέχω, à δραμέω & δρέμω.

θρέξω.

τρώγω à φάγω

φάγομαι. Futurum secundum med. φάγομαι pro [16] φαγοῦμαι, [17] vt ἔδομαι & πίομαι, *edam, bibam.*

τυγχάνω à τεύχω & τυχέω. [18] Τυγχάνω, *sum, nanciscor.* Fut. [19] τεύξομαι, à [20] τεύχω. Aorist. sec. [21] ἔτυχον. Præteritum [22] τετύχηκα, à [23] τυχέω: at [24] τέτυκται, *est, & paratus est,* tertia præteriti passiui pro [25] τέτευκται, à τεύχω.

* Pagina 353, versu 13. Vide in * ἄφυκτος, *inenitabilis.*

τμήσω. τεμῶ. [1] Vel τμήσω, à τμέω: vel etiam regulare τεμῶ, 157, 27. prima plur. τεμοῦμεν, *vastabimus*: fut. med. τεμοῦμαι, 198, 12. Perfectum act. τετέμηκα, 175, 15. & 176, 3. syncope τέτμηκα, 365, 23. hinc pass. τέτμημαι: part. τετμημένος, *sectus*: aor. prim. ἐτμήθην, *excisus sum*: infinit. τμηθῆναι, *vastari*: part. τμηθεὶς, τμηθεῖσα, *sectus, secta.* Cæterùm à fut. τμήξω fit aor. pr. ἔτμηξα: part. τμήξας: composita ἀποτμήξας, *qui abscidit*: διατμήξας, *qui diffidit.* 2 [2] Hinc etiam aor. sec. ἔτμηγον & ἔτμαγον: pass. ἐτμάγην: tertia plur. ἐτμάγησαν, Bœoticè, (192, 29.) vel syncope (365, 22.) ἔτμαγεν, sine augmento

τμάγεν. τμάγεν, *secti vel separati sunt*: part. τμαγεὶς & τμηγεὶς, *scissus.* 3 [3] Sine augmento τάμον, τάμες, τάμε: fut. sec. ταμῶ: med. ταμοῦμαι. 4. 5 [4] Infin. τεμεῖν. [5] De hoc 309, 15. 6 [6] Medium τέξομαι, τέξῃ, τέξεται, *pariam, es, et*: perfect. act. τέτεχα: pass. τέτεγμαι, ξαι, κται: hinc aor. pri. ἐτέχθην, *natus sum*: subiunct. τεχθῶ, τεχθῇς, τεχθῇ, *in lucem editus fuero, is, it*: infin. τεχθῆναι, *nasci*: part. τεχθεὶς, *natus, genitus*: fut. prim. τεχθήσομαι, *pariar.* 7 [7] Sine augmento τέκον: tertia

τέκε. persona τέκε, *peperit*; item *genuit*, de viro: aor. sec. med. ἐτεκόμην, & reiecto augmento τεκόμην, τέκου, τέκετο.

τέκετο. 8 [8] Reddit rationẽ cur τίκτω siue τέκω nõ faciat in aoristo sec. ἔτακον, cùm 178, 5. dictum sit penultimam ε mutari in aoristo sec. in α: verùm id, inquit, solùm habet locum, quum penultimam ε præcedit aut sequitur aliqua immutabilium λ, μ, ν, ρ: atque hinc excipiuntur λέγω, φλέγω, βλέπω, ἐνέγκω: de quibus 303, 31. & 302, 5. sic interdum 9 τέμνω, vt in verbo præcedenti dictũ est. [9] Hoc verbum cõtinetur ea regula quã assignauit 346, 38. σκω & σκομαι, tanquã ω & ομαι. nam reduplicatio τ nõ seruatur nisi in præsenti & imperfecto, vt de verbis in μι dictũ est 221,

μνήσω. 34. sic à μιμνήσκω, fut. μνήσω: à διδύσκω, *ingredior, submergor*, fut. δύσω, perfect. δέδυκα: plusquamperf. ἐδεδύκειν: tertia plur. ἐδεδύκεσαν, & Atticè (300, 13.) ἐδεδύκεσαν, *submersi vel submersæ fuerant.* à κικλήσκω, *voco*, fut. κλήσω, à πιπίσκω, *potum præbeo*, fut. πίσω, aor. prim. ἔπισα. à πιπράσκω (Ion. πιπρήσκω) *vendo*, fut. πράσω, Ion. πρήσω. vel dic, huiusmo

iusmodi verba à suis primitiuis tẽpora mutuari: nempe
τιτρώσκω à τρόω vel τρώω: μιμνήσκω à μνάω: διδύσκω à δύω:
κικλήσκω à καλέω. cuius futur. καλήσω, & syncope κλήσω:
πιπίσκω à πίω: πιπράσκω vel πιπρήσκω à πράω: hinc in par-
ticipio aoristi primi pass. πραθείς, *venditus*. tamen διδρά-
σκω seruat reduplicationem in futuro, διδράσω, 375,15. *διδράσω.*
Cæterùm hæc reduplicatio tam Barytonorum quam *Reduplicatio*
circumflexorum (in quibus quoque locum habet) non *Ionica per ε.*
solùm fit per ι, sed etiam per ε, more Ionico, veluti de
τίθημι dictum est 328, 32. vt κάμω, κεκάμω, *laboro*: κλῶ,
κέκλω, *iubeo*. Hæc à præterito medio fieri innuit CLE-
NARDVS, 379,4. Interdũ quoq; (vt de verbis in μι dixi-
mus, 232,32.) huiusmodi reduplicatio fit repetitis dua-
bus literis thematis initialibus; vt ἀλκέω, ἀλαλκέω, *pro-*
pulso. Vide quoque 298,28. [10] Hinc aorist. prim. ἔτρωσα: 10
perf. τέτρωκα: pass. τέτρωσμαι, τέτρωσαι, τέτρωται, assumpto
σ: vnde aor. prim. ἐτρώθην: infin. τρωθῆναι, *sauciari, vul-*
neratum esse: part. τρωθείς, *læsus, sauciatus*. [Perfecta & ANNOTATIO.
aor. verbi τιτρώσκω sæpius sine σ proferuntur in passiua
diathesi. quomodo apud Xenoph. sunt τετρωμένοι *vul-*
nerati: ἐτρώθησαν, *vulnerati sunt*, apud Herodianum: τρω-
θῇ, *vulneratus sit*, apud Hippocr. Sic etiã verbalia τρῶμα
vulnus, τρωτὸς *vulneratus*.] [11] Vel à τρόω. dicitur & 11
τρῶμι: vnde† imperf. ἔτρων, ἔτρως, ἔτρω: cum ἐξ, ἐξέτρω, *ab-*
ortum fecit. [12] De hoc 304,1. A fut. θρέξω, aor. pri. ἔθρεξα, 12
& poëticè (170,38.) θρέξασκον, *cucurri & cucurrerunt*, vel
currebam & currebant. futurũ med. θρέξομαι, θρέξῃ, & At-
ticè (306,36.) θρέξει: cum περὶ, περιθρέξει, *circumcurret*.
[13] Infinit. δραμεῖν, & Doricè (183,15.) δραμῆν, *cucurrisse*. 13 *δραμῆν.*
[14] Poterat etiam duci à δραμέω, 214,1. sed præt. medium 14
δέδρομα, *cucurri*, à δρέμω formandum, (197,22.) non à *δέδρομα.*
δραμέω: nam ex hoc fieret δέδραμα, 214,1. Quidam hæc
tempora non ad τρέχω, sed ad διδράσκω referunt. [15] Sine 15
augmento φάγον: imperat. φάγε: subiunct. φάγω, φάγῃς,
φάγῃ: (cum πρὸ, προφάγῃ, *ante ederit*) prima plur. φάγω-
μεν, *comedamus*: infin. φαγεῖν. Facit quoque τρώγω in aor.
sec. ἔτραγον, 178,5. infin. τραγεῖν, *comedere*. [16] Quo etiam 16
poëtæ vtuntur. [17] De his 309,22. & 377,26. atq; 395,39. 17
Vide quoque 306,25. [18] Hinc τυγχανόντων, *assequantur*, 18 *τυγχανόντων.*
pro τυγχανέτωσαν, 3[illegible]3,33. [19] Tertia persona τεύξεται, *con-* 19
sequetur: infin. τεύξεσθαι, *adepturum esse*: part. τευξόμενος,
adepturus, consecuturus. [20] τεύχω in vsu habetur pro 20
struo, facio, fabrico: hinc in tertia plur. imperf. pass. sine
augmento τεύχοντο, *struebant*. In aoristo primo act. τεῦξε *τεύχοντο.*
pro ἔτευξε, *fecit*: tertia plur. ἔτευξαν, *fecerunt*. [21] Hinc 21 *τεῦξε.*
impe

imperat. τύχε, *consequere* : Opt. τύχοιμι, τύχοις, τύχοι : tertia
plur. τύχοιεν: Subiūct. τύχω, τύχῃς, τύχῃ: prima plur. τύχωμεν:
infin. τυχεῖν: part. τυχών, τυχοῦσα, *nactus, nacta, consecutus, a.*
Aorist. sec. med. ἐτυχόμην, Ionicè (118,35.) ἐτυκόμην, poë-
τετυχόμην. ticè (172,15.) τετυκόμην & τετυχόμην, *paraui, struxi* : hinc
τετύκοντο. in tertia plur. τετύκοντο : & in prima plur. Optatiui τετυ-
τετυκοίμεθα. 22 κοίμεθα. [22] Ionicè τετύχηκα, *nactus sum*, 235,35. & 237,5.
τετύχηκα. A τετύχηκα, tertia persona τετύχηκε, *fuit, est*, sine partici-
τύχησε. 23 pio. [23] Hinc etiam fit τύχησε, *contigit*, aoristus prim. sine
τετύγμην, τέτυ- 24 augmento. [24] Sic in plusquamperfecto pro ἐτετεύγμην,
κτο : τετύχθω: dicitur ἐτετύγμην, & ablato ε, τετύγμην, *eram* seu *fui*:
τετύχθαι. tertia persona τέτυκτο, *erat*: imperat. τέτυξο, τετύχθω, *sis, sit*:
τετυγμένος: infi. τετύχθαι, *esse*: part. τετυγμένος, *factus, fabricatus*, vel *qui*
τετευγμένος. *fuit*. inuenitur & τετευγμένος, *consecutus*. Aor. pri. ἐτύχθην,
ἐτύχθη. 25 ἐτύχθης, ἐτύχθη, *effectus sum, es, est.* [25] A τέτευκται fit tertia
plur. Ionica (190,15.) τετεύχαται *fabrefacti sunt.*

Υ Ὑπισχνοῦμαι, *promitto*. Fut. ὑποσχήσομαι : Præt.
ὑπισχνοῦμαι ab 1 [1] ὑπέσχημαι: Aor. prim. ὑπεσχέθην : Aor. sec. med.
ὑποσχέομαι & 2. 3 [2] ὑπεσχόμην, ab [3] ὑποσχέομαι. at fut. ὑποστήσομαι,
ὑφίσταμαι. 4. 5 *promittam*, ab [4] ὑφίσταμαι: Aorist. sec. [5] ὑπέστην.
1. 2 [1] Hinc Infin. ὑπεσχῆσθαι, *promisisse*. [2] Imperat. ὑπό-
ὑπόσχεο. σχου & Ionicè (193,29.) ὑπόσχεο, *promitte* : infin. ὑποσχέσθαι,
spopondisse: part. ὑποσχόμενος, *sponsionem faciens, pollicitus.*
3 [3] Quod componitur ex ὑπὸ & σχέομαι : actiuum σχέω, de
4 quo in verbo ἔχω, 381,14, & 18, & 24. [4] Quod etiam
componitur ex ὑπὸ (172, 1. & 9.) & ἵσταμαι, 227,15. &
5 228,2. [5] In ὑπέστην, π præpositionis ὑπὸ non migrat in
φ, vt in ὑφίσταμαι & ὑφίστημι. nam simplex ἔστην (226,32.)
lenem habet spiritum. Ab ὑπέστην, tertia plur. ὑπέστησαν,
ὑπέσταν. & syncope ὑπέσταν, *polliciti sunt* : vt simplex ἔστησαν ἔσταν
365,31. tertia singularis imperatiui ὑποστήτω, *promittat*:
infinit. ὑποστῆναι, *promittere*, 226,34. & 227,9.

Φ 1 [1] Φάναι, *dicere*: pres. φημί: φᾶναι verò per ᾶ, *lucere*,
φάναι. 2 *apparere*; aor. 1. à φαίνω, *luceo, appareo*; pro quo &
φᾶναι. φῆναι, ἀποφῆναι, *demonstrare*, [2] vt μιᾶναι, μιῆναι, *fœdare.*
ἀποφῆναι.
φέρω ab οἴω, 3. 4 Φέρω, *fero*. Fut. [3] οἴσω, ab οἴω. Aor. 1. [4] ἤνεγκα; sec.
ἐνέγκω, ἐνέχω, 5. 6 [5] ἤνεγκον, ab ἐνέγκω. Præt. med. [6] Att. ἐνήνοχα, διενή-
φρῶ & φρῆμι. 7. 8 νοχα, *excellui*; ab ἐνέχω. Aor. 1. pass. [7] ἠνέχθην. [8] Part.
διενήνοχα à δια- ἐνεχθείς. sic ἀναφέρω, *refero, respiro, conualesco*: ἀνηνέ-
φέρω. χθην, ἀνενεχθεὶς, *refocillatus*. Cæterū per syncopen
ἀνενεχθείς. dicta sunt φέρειν φρεῖν, *ferre* : φέρω φρῶ, *fero* : vnde

φρῶ

φρῆμι. Imperat. 2.aor.φρὲς,*fer*:εἴσφρες,*infer,admit-*
te,irrumpe:ἔκφρες,*effer,emitte*:vt [9] θὲς,*pone*. Aor.1. 9
ἔφρησα. Fut.φρήσω, [10] εἰσφρήσω,*inferam,admittam*. 10

φθάνω,*assequor quod efficere cõtẽdo,præuenio*.Fut.
[11] φθάσω,à φθάω. Aor.2. [12] ἔφθην,à φθῆμι:opt.φθαίην. 11

φθίνω,*tabesco*.Fut.φθίσω,à [13] φθίω. [14] complura in 12
νω,dum tempora formant,negligunt ν; φθάνω, 13
φθίνω,πίνω *bibo*, tanquam à φθάω,φθίω,πίω. 14

φύω,*produco*. [15] Fut.φύσω. [16] Aor.2.ἔφυν,à [17] φῦμι. 15 16 17

εἴσφρες ab εἰσφέρω.
ἔκφρες ab ἐκφέρω.
εἰσφρήσω ab εἰσφέρω.
φθάνω à φθάω & φθῆμι.
φθίνω à φθίω.
Annotatio de finitis in νω.
φύω à φῦμι.

[1] De Hoc 328, 14. [2] Ab aoristo primo indicatiui 1. 2 ἐμίανα communiter,& ἐμίηνα Atticè;vt habes 177,3.sic à φαίνω,aorist.prim.ἔφανα & ἔφηνα,ἔφηνας,ἔφηνε:cum ἐν, ἐνέφηνεν,*ostendit*. Aoristus med.ἐφηνάμην,tertia persona ἐφήνατο,*apparuit*. Huius perfectum pass. πέφασμαι, πέφανσαι,πέφανται,189,11. vnde aor. prim. ἐφάνθην & poëticè pleonasmo τοῦ α,ἐφαάνθην,ἐφαάνθης,ἐφαάνθη,*apparui, isti,it*. [3] Doricè οἰσῶ: fut.med.οἰσοῦμαι,οἰσῆ, *feram, feres*, 3 (395,26.)pro οἴσομαι,οἴσῃ. Ab οἴω perfectũ esset ὦκα,158,13. & 171,31. passiuum ὦσμαι,ὦσαι,ὦσται:vnde reiecto augmẽto fit verbale(261,18.)οἰστέος, *ferendus*:& οἰστέον,*ferendum est*:hinc etiam aorist.prim.ὤσθην,ὤσθης: vnde fut. prim. οἰσθήσομαι, *ferar*. [4] De hoc 302,6.& 16. Pro ἤνεγκα poëtæ 4 dicunt ἤνεικα,& deposito augmento ἔνεικα,ας,ε: (cum κατὰ, κάτενεικε, *detulit*) & cum augmento Attico ε in medio (298,15.& 290,4.) †ἐνένεικα,ab ἐνείκω:in Opt.Æolico (181,2.)ἐνείκαις,*tulisset*:infin.ἐνεῖκαι,*tulisse*:part.ἐνείκας,*qui tulit*. Aor.prim.med. ἠνεικάμην,*tuli*: tertia persona sine augmento ἐνείκατο, *tulit*; *portauit*: subiunct. ἐνείκωμαι, tertia plur.ἐνείκωνται,*tulerint*. [5] Sine augmento ἔνεγκον, 5 *tuli*:infin.ἐνεγκεῖν, *sustinere,tulisse*:part.ἐνεγκὼν,*qui tulit*: ἐνεγκοῦσα, *quæ tulit*: sumitur pro patria. [6] Attici enim 6 (vt habes 297,25.) inchoatorum ab ε,ο, & α breui,præterito communi præfigũt duas priores literas presentis. Hîc verò notandum in ἐνήνοχα, ε penultimam præsentis ἐνέχω, mutatam in ο more disyllaborum, vt λέγω, λέλοχα, 197,21. polysyllaba enim regulariter in mutant ε in ο. quamuis ab ἔχω simplici disyllabo possit ductum videri. Ab ἐνήνοχα participium ἐνηνοχὼς, *qui tulit*. Pro ἐνήνοχα Macedones dicunt † ἄγκοχα: tertia plur. ἀγκόχασιν. [*ἀγκόχαπ (inquit Varinus) apud nullum reperitur* τῶν ἀρχαίων, *sed tantum in epistola Philippi Macedonis. Ita Varinus: at mendosè. scribendum enim* ἀγκόχασι.

sic

ἐφαάνθη.
οἰσῆ.
οἰστέος.
οἰστέον.
ἤνεικα.
ἔνεικα.
ἐνένεικα.
ἐνείκατο.
ἔνεγκον.
ἐνήνοχα.
ἀγκόχασι.
ANNOTATIO.

sic enim Phrynichus in Atticis ἐκλογαῖς *respuit* ἀγήοχα. *ac si quis dicat Lysiam vsum esse composito* καταγηόχασι, *non vult firmam illi fidem tribui, cũ Demosthenes* ἤχασι *dicat, non* καταγηόχασι. *eodemq; modo Thomas,* εἰσῆχα *(inquit)* κάλλιον ἢ εἰσαγήοχεν. *Vtitur tamen isto præterito etiã Synesius in epist. 31.* προσαγηόχασιν ἐμοὶ τὸν ἄνδρα: *& participio Philippus in epistola quadam apud Demosth. pro Corona,* ἴστε ἡμᾶς φρουρὰς εἰσαγηοχότας, scitote nos præsidia introdu-

ἐνείχθην.
7 xisse.] [7] Et ἠνείχθην sine augmento ἐνείχθην, *latus sum*:
part. ἐνεχθεὶς, *latus*, ab ἐνείκω: ἠνέχθην verò ab ἐνέχω, cuius
perfect. pass. ἤνεγμαι, vnde part. ἠνεγμένος, *latus*: cum διὰ,
8 διηνεγμένος, *transportatus*. [8] Imperat. ἐνέχθητι, Opt. ἐνεχθείην, ἐνεχθείης, ἐνεχθείη: subiũct. ἐνεχθῶ: infin. ἐνεχθῆναι:
cum κατὰ, κατενεχθῆναι, *delatũ esse, deferri*: part. κατενεχθεὶς,
delatus, depressus: κατενεχθέντες, *ad terram venientes*.
9 [9] De hoc 235,11. [10] Aorist. primus εἰσέφρησα, vnde part.
10 εἰσφρήσας, *qui intulit*: aor. prim. med. εἰσεφρησάμην: infin.
11 εἰσφρήσασθαι, *recipere, admittere*. [11] Perfect. ἔφθακα: plusquamperf. ἐφθάκειν. Aor. pri. ἔφθασα, & Doricè (207,27.)

ἔφθαξα.
ἔφθαξα, *praeueni*: Opt. Æolicus φθάσεια, φθάσειας, φθάσειεν: infin. φθάσαι: part. φθάσας, φθάσασα, *praeueniens*: τὸ φθάσαν,
& cum πρὸ, προφθάσαν, *quod praeteriit*. Est etiã aor. prim.

φθῆσε.
ἔφθησα, ἔφθησας, ἔφθησε, sine augmẽto φθῆσε, *praeoccupauit*:

φθήσονται.
à fut. φθήσω: vnde & medium φθήσομαι: tertia plur. φθή-
12 σονται, *praeoccupabunt*. [12] Tertia persona ἔφθη, sine au-

φθῆ.
gmento φθῆ, *praeoccupauit*: tertia plur. ἔφθησαν: subiunct.
φθῶ, φθῇς, φθῇ: Ion. φθέω, φθέῃς, φθέῃ: poëticè φθείω, φθείῃς,

φθείομεν.
φθείῃ: prima plur. φθείωμεν, & poëtica systole φθείομεν, *anticipemus*. (vide 236,41. & 306,15.) infin. φθῆναι: inuenitur & φθάναι, quod præsens potest censeri à φθῆμι. part.
φθὰς, *qui praeoccupauit*. Aor. sec. med. ἐφθάμην: vnde part.
13 φθάμενος, *praeueniens, anteuertens*. [13] Perfect. ἔφθικα:
pass. ἔφθιμαι, ἔφθισαι, ἔφθιται: hinc tertia pl. Ionica (190,16.)

ἐφθίαται.
ἐφθίαται, *corrupti sunt*: plusquamperfect. ἐφθίμην, ἔφθισο,
ἔφθιτο, *perierat, interierat*: cum ἀπὸ, ἀπέφθιτο, *interierat*:
ab ἔφθιτο tertia plur. Ionica (190,16.) ἐφθίατο, *corrupti erant*: perfect. Optatiui ἐφθίμην pro ἐφθιμένος εἴην, more
Circumflexorum (215,1.) & verborum in μι, 238,15. &

ἀποφθίμην.
rursus deperdito augmento φθίμην: cum ἀπὸ, ἀποφθίμην,

λελῦτο, λελῦντο.
interijssem. sic λελύμην, λέλυο, λέλυτο: tertia plur. λελῦντο:

λύμην.
& sine augmento λύμην, *redemptus essem vel redimerer*,
pro λελυμένος εἴην, à λύω, *redimo, soluo*. Ab ἔφθιμαι infin.
ἐφθίσθαι, & sine augmento φθίσθαι, *periisse*: cum κατὰ, κατα-

φθίσθαι.
φθίσθαι, *interiisse*: vel φθίσθαι factũ est per syncopen à præ-

φθίμενος.
senti φθίεσθαι. sic part. † φθίμενος, *mortuus, peremptus, defun*

defunctus , per syncopen à præsenti φθιόμενος , vel pro
perfecto ἐφθιμένος, detracto augmẽto & mutato tono.
sic compositum ἀποφθίμενος, *peremptus, mortuus.* A φθίω
quoque inuenitur in subiunctiuo φθίῃς , *pereas.* à φθέω — φθίῃς , φθεῖσθαι.
verò infinitiuus pass. φθέεσθαι & crasi φθεῖσθαι, *interire.* hinc
etiã verbum φθῆμι: vnde in Optatiuo pass. φθείμην, φθεῖο,
φθεῖτο, *defecissem, præteriissem, es, et* : vt πθείμην (238,15.) — φθεῖτο.
sed absque reduplicatione, 231,16. [14] Sic τίνω, *luo, soluo,* 14 — τίνω à τίω.
pendo : tanquam τίω, fut. τίσω : medium τίσομαι, *vlciscar:*
aor. pri. med. ἐτισάμην, *supplicium sumpsi* : tertia persona
ἐτίσατο, sine augmento τίσατο : Opt. τισαίμην, τίσαιο, τίσαιτο: — τίσατο.
tertia plur. τίσαιντο, & Ionicè (190,16. & 30.) τισαίατο: infin. — τισαίατο.
τίσασθαι : part. τισάμενος. optat. actiuus Æolicus (181,1.)
τίσεια, τίσειας, τίσειε: tertia plur. τίσειαν, *luissent.* A τίνω imper- — τίσειαν.
fectum ἔτινον, ἔτινες: vnde tertia persona Ionica (170,30.)
τίνεσκε, *luebat.* [15] Perf. πέφυκα, *natura cõparatus sum, soleo:* 15 — τίνεσκε.
πέφυκε, *natura comparatum est, innatum est:* πεφύκασι, *cõ-
sueuerunt:* plusquamperfect. ἐπεφύκειν, ἐπεφύκει, & sine au-
gmento πεφύκει, *creuerat:* infin. πεφυκέναι, *natura esse, esse* — πεφύκει.
adhærere: part. πεφυκὼς, πεφυκῦα, πεφυκὸς, *inhærens, natus,
aptus, natura dispositus:* Ionicè (235,35.) πεφυὼς, *natus, pro-* — πεφυώς.
ductus : genitiuus πεφυότος & poëtica ectasi πεφυῶτος:
accusatiuus plur. πεφυῶτας pro πεφυκότας: & in nomina- — πεφυῶτας.
tiuo plur. πεφυῶτες: cum σὺν (401,32.) συμπεφυῶτες, *con-* — συμπεφυῶτες.
creti, consiti : fœmininum ἡ πεφυῦα , syncope πεφῦα.
[Syncopata illa, πεφῦα & ἐμπεφῦα , non video qua ra- — ANNOTATIO.
tione possint defendi, quum in iis Characteristica the-
matis litera sit abolita. Apud Etymologum quidem in-
uenio scriptum ἐμπεφῦα , sed mendosè , vt arguit non
solum Homeri locus quem citat ex Il. α , sed ipsa eius
formatio. scribit enim è φῦμι esse futurum φύσω , præ-
teritum πέφυκα, participium πεφυκὼς, abiecto κ, πεφυὼς,
fœmininum πεφυῦα sicq; illum scripsisse, patet ex ipso
Homeri loco quem citat, ὡς ἔχετ' ἐμπεφυῦα. si enim ibi
legere velles ἐμπεφῦα, vitiosè choreus esset pro spõdeo
vel dactylo. Monstrosiorem syncopen infra commi-
niscitur in tuendo συνφῦαι , infra in Inuestigatione
thematis præteritorum verborum in ύω & ύομαι.] cum
ἐν (402,2.) ἐμπεφῦα, *implexa.* Inuenitur etiã tertia plur. — ἐμπεφῦα.
perfecti πεφύασι pro πεφύκασι , *producti seu nati sunt.* A — πεφύασι.
perfecto πέφυκα fit præsens πεφύκω : vnde tertia plur.
imperfecti ἐπέφυκον, *pendebant, manabãt.* [16] Vide 231,16. 16 — ἐπέφυκον.
& 234,35. Ab ἔφυω tertia persona ἔφυ, & sine augmento
φῦ, *natus est* : part. φὺς, *natus.* Facit quoque φύω in aor. — φῦ.
sec. ἔφυον, vnde pass. ἐφύην: tertia persona ἐφύη, *enatus est.*

17 Hu

17 [17] Huius passiuum φύμαι, imperfect. ἐφύμην. ἔφυσο, ἔφυτο:
φυῶτο. tertia plur. ἔφυωτο, & sine augmento φυῶτο, *nascebantur.*

X

Χαίρω, *gaudeo.* Fut. χαρήσομαι: Aorist. secund.
χαίρω à χαρέω. 1 passiuus [1] ἐχάρην, à χαρέω.
χάσκω à χαίνω. 2 Χάσκω, *hio, dehisco.* Fut. [2] χανοῦμαι: Præt. med.
3 κέχηνα: Aorist. sec. [3] ἔχανον, à χαίνω.
χέω à χεύω. 4.5 Χέω, *fundo.* [4] Fut. χεύσω. [5] Aor. pr. ἔχευα: Imper.
ἔχεα. χέον, ἔκχεον, *effunde:* Infinit. χέαι, ἐκχέαι, *effudisse.*
ἔκχεον. ἐκχέαι. ἐκχεῶ. 6. [6] Aorist. sec. ἔχεον. Fut. sec. χεῶ: ἐκχεῶ, *effundam.*
χρή. ἀπόχρη. 7.8 Χρή, *oportet;* à [7] χρῆμι, per apocopen χρῆς. [8] ἀπό-
ἐχρῆν, χρῆν. 9 χρή, *sufficit.* Imperf. ἐχρῆν & [9] χρῆν. Infin. χρῆναι.
χρῆναι. 1 [1] Tertia Persona ἐχάρη, & sine augmento χάρη,
χάρη. *gauisus est:* imperat. χάρηθι, *gaude:* Opt. χαρείην: χαρείη, *gau-
deat:* subiunct. χαρῶ, ῇς, ῇ: χαρῆτε, *gaudeatis:* infin. χαρῆναι,
gauisum esse: part. χαρείς, χαρεῖσα, *gaudens, oblectatus, a.*
Aor. sec. med. ἐχαρόμην, & poëticè (172,15.) κεχαρόμην: vn-
de Opt. κεχαροίμην, οιο, οιτο: tertia plur. κεχάροιντο, & Ion.
(190,16. & 30.) κεχαροίατο, *gauisi fuissent.* perf. med. κέχαρα,
2 *gauisus sum.* Vide 213,35. [2] Et actiuum χανῶ, *hiabo.* vide
3 157,31. & 198,15. [3] Hinc in Opt. χάνοι, *dehisceret:* in sub-
4 iunct. χάνη, *hiauerit:* infin. χανεῖν, *hiscere, dehiscere.* [4] De
hoc 304,17. fit χεύσω à χεύω: vnde & in tertia plur. im-
χεύοντο. perf. pass. ἐχεύοντο, & sine augméto χεύοντο, *attulerunt.* &
χεῦα. aor. pri. ἔχευα, 302,11. sine augmento χεῦα, *aggessi:* tertia
περιχεῦε. persona χεῦε, cũ περὶ, περιχεῦε, *circumfudit:* imperat. χεῦον,
χευάντων. άτω: tertia plur. χευάτωσαν, & Att. (305,33.) χευάντων, *fun-
dant.* sumit etiã χέω quædam tẽpora à χῦμι: vnde Aor. pr.
χεθῆναι. χεθείς. infin. pass. χεθῆναι, *diffundi:* & part. χεθείς, *fusus:* quod &
χυθείς. χυθείς, χυθεῖσα (cũ ἀμφι, ἀμφιχυθεῖσα, *circumfusa*) & assum-
χυσθείς. pto σ † χυσθείς à χῦμι vel χύω. [Sed χεθείς quidem & χυθείς
ANNOTATIO reperiuntur: de χυσθείς vero dubito, vt etiam de τρωσθείς,
de χετὸς & χυ- 411,18. Verbalia sanè χυτὸς & τρωτὸς sine σ proferuntur.]
τός. fut. χύσω: aor. pri. ἔχυσα: imperat. χύσον, *effunde:* perf. κέχυκα,
pass. κέχυμαι, υσαι, υται: tertia plur. κέχυνται): plusquamperf.
χύτο. ἐκεχύμην: ἐκέχυτο, & deposito augmento χύτο, *fusus erat:*
χυῶτο. hinc tertia plur. χυῶτο, *effundebantur:* part. κεχυμένος, *fu-
sus.* aor. pri. ἐχύθην: cum ἀμφὶ, ἀμφεχύθην, ης, η, *circumfusus*
5 *sum, es, est.* [5] Vide 302,11. A χέαι cum ἀμφι, ἀμφιχέαι, *cir-*
6.7 *cumfundere.* [6] Vide 218,13. [7] Vel à tertia persona χρῆσι
χρῆσθα. reiecto σι per apocopen. Dores pro χρὴ dicunt χρῆσθα.
ANNOTATIO [Quod tamẽ videtur potius esse pro χρῆς, eoq; vel præ-
χρὴ pro χρῆς. senti, quod Hesych. exp. θέλεις *vis,* & χρήζει *indiges, cupis:*
vel

vel præt. imperfecto. Vide 317,2.] 8 De hoc 354, 13. 8
9 Sumitur χρῆν pro præsenti χρή, atq; pro infi. χρῆναι inuenitur etiã subiũct. χρῇ, oporteat. Huc etiã referri potest χάζω, concedo, capio, anxiè sollicitus sum, hio: fut. χάσω: aor. sec. ἔχαδον, ες, ε, 178,20. sine augmẽto χάδον, χάδες, χάδε: infin. χαδεῖν, & Ion. (183,15.) χαδέειν, cepisse. rursus pro ἔχαδον poëtę dicunt κέχαδον, 172,15. & Ion. (118,30, & 36.) κεκάδον, priuaui: part. κεκαδὼν, priuãs, curans: aor. sec. med. κεκαδόμην: tertia pl. κεκάδοντο: cesserũt, priuarũt: pas. κεκάδην, ης, η, vnde fut. sec. κεκαδήσομαι, curabo: prima pl. κεκαδησόμεσθα. A χάζω pręt. med. κέχαδα, 197,11. part. κεχαδὼς, ότος: & poëticè pleonasmo τοῦ ν, κεχανδὼς, ότος: acc. τὸν κεχανδότα, capientẽ. 9

9 χρῆν pro χρή & χρῆναι.
χρῇ.
χάδον, ες, ε.
χαδέειν
κεκάδον.
κεκαδών.
κεκάδοντο.
κεκαδήσομαι.
κεχανδότα.

Ὠθέω, pello. 1 Fut. ὤσω: Aor. prim. 2 Atticè, ἔωσα: 1. 2
Præt. pass. 3 ἔωσμαι, ab ὤθω. 3
† 4 Ὦταν, ô amice, heus tu, ô bone vir quæso, pro 4
ὦ ἐτάν: 5 ἔτης, amicus, vnde ἐτὰν, vt Ἑρμῆς, Ἑρμᾶ: 5
μέγιστος, μεγιστάν, ὦ ἐτὰν, 6 sed synalœphe con- 6
trahit in ὦταν.

Ω
ὠθέω ab ὤθω.
ἔωσα. ἔωσμαι.
ὦταν.

1 ET Regulariter ὠθήσω, pellam. 2 Vide 298,7. & 15. & 351,1. Ab ὠθέω imperfect. ὤθεεν, ὦθουν, & Atticè quoque ἐώθουν, impellebam, 298,11. Pro ἔωσα, inuenitur etiam sine augmẽto Attico ὦσα: tertia persona ὦσε, pepulit, & Ionicè (170,30.) ὤσασκεν. aor. med. ἐωσάμην: tertia plur. ἐώσαντο, repulerunt. infin. ὤσασθαι, pellere: part. ὠσάμενος, pellens. 1. 2
3 Tertia persona ἔωσται, repulsus est: vnde aorist. prim. ἐώσθην, reiectus sum: part. ὠσθεὶς, pulsus, trusus. Pro ἔωσμαι dicitur etiã sine augmẽto ὦσμαι: vnde part. ὠσμένος, pulsus. Variè scriptum inuenitur. 3
4 Suidas & Hesychius scribunt ὦτάν, circumflexa prima, & acuta vltima: quoniã (inquit Suid.) non reperitur dictio quæ duos habeat circumflexos. Etymol. ὠτᾶν, prima barytona, vltima circumflexa. apud Hesych. tamen & tertia est scriptura ὦταν, penultima circumflexa, vltima barytona. Volunt autem hanc vocem alij (vt refert Etymologus) è duabus indeclinabilibus conflatam, ex ὦ & τὰ (vt δῆτα ex δὴ & τά) pleonasmo τοῦ ν. alij ex vna indeclinabili, ὦ, & altera declinabili, Dorico videlicet vocatiuo nominis ἔτης, quod est sodalis, socius, amicus. id enim communiter vocatiuo facere ἔτα, 265,27. Doricè ἔταν: (vt apud Pindarum est ἀκαμαντοχάρμαν pro ἀκαμαντοχάρμα, ab ἀκαμαντοχάρμας, teste Herodiano atque Etymologo) cui si præmittas ὦ, facta crasi, fieri secundum alios ὦταν. secũdum alios ὠτᾶν, secundũ alios ὦτάν, vt paulo ante docui. 4

ὠθήσω.
ἐώθουν.
ὦσε: ὤσασκε.
ἐώσαντο.
ANNOTATIO.

quibus si etiam craseos nota adiiciatur, nimirum ᾽ ante
τ, (hæc enim significat vocalem tenuatam, ε, in hac siue
contractione siue elisione obliteratam esse) scripturæ
varietas augetur, ὦ᾽ταν, ὦ᾽τὰν, ὦ᾽τᾶν, accẽtu nominis ἔταν
nunc retento sua sede, nunc tralato simul & mutato.
Vtuntur vero hac voce non tantum in virilis, sed etiam
in muliebris sexus compellatione, & numero non sin-
gulari modo, verum etiam plurali, vt annotauit Suidas.
sic enim Cratinus, ἆρά γ᾽ ὦτὰν ἐθελήσετε; *voletis ne ô ami-
ci?* & Aristoph. ὦτᾶν ἀπαλλάχθητον ἀπ᾽ ἐμοῦ, *discedite à me,*
5 *ô amici.* [5] Ὁ ἔτης, ου, primæ declinationis, in vocatiuo
ὦ ἔτα, 265, 27. & Doricè (vt quidam volunt) ὦ ἔταν: hinc
per synalœphen faciunt ὦ᾽ταν. CLENARDVS verò paulò
aliter videtur sensisse: vt ab ἔτης, ου, primæ, faciat ἐτὰν,
ἐτᾶνος, quintæ: in vocatiuo ὦ ἐτὰν, & synalœphe ὦτάν: vt
à μέγιστος, ου, tertię, id est *maximus* (255, 36.) fit nomẽ quin-
tæ ὁ μεγιστὰν, μεγιστᾶνος, cuius plurale tantùm est in vsu,

μεγιστᾶνες.

οἱ μεγιστᾶνες, *magnates*, *megistanes*, qua voce & Latini
vtuntur. Sic ab Ἑρμῆς, οῦ, primæ, fit Ἑρμᾶν, ᾶνος, quintæ, id

ὦ᾽γαθέ.
ὦ᾽ναξ. ὤ᾽νθρωπε.
ὦ᾽νερ. ὦ᾽ρίγνωτε.

6 est *Mercurius.* [6] Sic † ὦ᾽γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, *ô bone vir:*
ὦ᾽ναξ pro ὦ ἄναξ, vel pro ὦ ἄνα, *ô rex*, 275, 2. ὤ᾽νθρωπε pro
ὦ ἄνθρωπε, *ô homo*: ὦ᾽νερ pro ὦ ἄνερ, *ô vir*: ὦ᾽ρίγνωτε pro ὦ
ἀρίγνωτε, *ô valde insignis nota*. id dicitur fieri Atticè. Cùm
autem Attici in omni declinatione vocatiuum similem
nominatiuo forment, (115, 7.) dicunt quoque in voca-

ὤ᾽νθρωπος.
ὦ᾽νηρ.
ὤ᾽δωνις.

tiuo ὤ᾽νθρωπος, ὦ᾽νηρ: vnde etiam ὦ᾽ναξ pro ὦ᾽να, à nomi-
natiuo ὁ ἄναξ. Idem nonnunquam obseruatur in no-
minatiuo cum articulo ὁ; vt ὤ᾽δωνις, pro ὁ Ἄδωνις, *Ado-
nis, Veneris amasius.*

Thematis inuestigandi ratio.

* Aliam rimãdi viam ostendimus 158, 35.

* Rimantibus verborum themata præcipuum sit, vt in promptu & tanquã ob oculos habeant coniugationem τύπτω, ποιέω & τίθημι: ac singulorum temporum exactè norint terminationes: deinde memores quomodo formentur tempora, sensim ascendant donec statuendum sit præsens. Participium ὀφθησόμενος à futuro pr. ὀφθήσομαι. Aor. prim. ὤφθην. tertia præteriti pass. ὦπται. prima ὦμμαι. Prǣteritũ act. esset ὦφα. Fut. ὄψω. igitur præsens ὄβω, ὄπω, ὄφω, ὄπτω: ὄβομαι, ὄπομαι, ὄφομαι, vel ὄπτομαι: sed adhibitum Lexicon commonstrabit ὄπτομαι, video.

PETRI

PETRI ANTESIGNANI RAPISTAGNENSIS, DE THEMATIS VERBORVM & participiorum inuestigandi ratione, tractatus.

PRIMVM laborem in hoc velim impendat thematis inuestigator, vt conspecto aliquo vocabulo, ex illius ac totius clausulæ interpretatione certò discernere queat verbúmne id, siue participium, an alterius sit partis orationis. Deinde sit illius quod verbum aut participium esse constiterit, thema velit inquirere, ex ipsius tum terminatione, tum characteristica, tum etiam augmento (si fortè aliquod habuerit) perpendat, cum præsentíne, an cum futuro priori actiuo, an verò cũ perfecto eiusdem vocis (quæ tria tempora in verbis præcipuè sunt spectanda) cognationem habeat: reliquis denique consideratis accidentib. facilè statuet ad quot & quas coniugationes illud verbum referri possit. Iam ergo eius terminationem in ω aut ομαι mutet: deinceps augmẽto, si quod adsit, syllabico quidem detracto, in temporali verò mutatis η, ῃ, ω, ῳ, ει, ηυ, in eas vocales aut diphthongos è quibus ipsæ conflari potuerunt, perquirat in Lexico themata quæ & idem habent cum huiusmodi voce, quæ iam est omni augmento destituta, principiũ, & vel eandem characteristicam, vel earum aliquam quas recipit præsens earum coniugationum, quas hæc propositi vocabuli characteristica indicauerit: vt ψ & φ, quæ semper verbum primæ cõiugationis esse ostendunt: ξ & χ secũdæ vel quartæ: σ & ζ tertiæ, vel quartæ, vel sextæ, atque interdum quintæ, præcipuè si iungantur cum aliqua immutabilium λ, μ, ν, ρ: sic γ secundæ & quartæ, δ verò tertiæ & quartæ. Si plura themata inueniantur cum eodem principio, & cũ ea characteristica è qua deduci possit propositum vocabulum, illud seligendum est quod sententiæ & loco maximè videbitur quadrare. At si ne vnum quidẽ hac ratione inueniatur,

Quid in inuestigando themate sit spectandum.

Cognatio temporum, & vnde colligenda.

Coniugationes ad quas referri possit thema quod inuestigatur, & eiusdem formatio.

Characteristicarum [illegible] consideratio.

Eiusdem vocabuli plura themata

Penultima quando spectanda.

aut eius quod fuerit inuentum significatio sensui nullo modo queat conuenire, tum spectanda erit penultima, hoc est, ea vocalis quæ ponitur ante characteristicam, quæ tamen in iis sextæ coniugationis temporibus, quæ cum præsenti cognationem habent, ab ipsa characteristica non differt: ac pro illa reponendæ sunt identidem eæ vocales & diphthongi è quibus ipsa potuit consurgere.

Themata inuestigatu difficiliora.

Si verò nec hoc pacto thema propriũ inueniatur, illud aut in Lexico illo (vt sæpe fit) desiderari, aut dialectis poëticáve licentia inuersum esse, aut circumflexũ, aut è verbis in μι, aut denique anomalum censendum est. quæ omnia quomodo etiam sint excutienda, singulatim postea differemus.

Ab hoc libello quid expectandum.

Neque verò hîc nuda tantùm præcepta trademus, sed & eorum verborum nec non participiorum, quæ legendis bonis authoribus, atque in ipsis etiam lexicis extra thema ita poni offenduntur, vt de illo rudiores possint ambigere, tot exempla in hunc locum congeremus, vt iis semel cognitis, in aliis postea nullis, aut certè perpaucis dubitatio relinquatur vlla. Vt autem nostro labore tyrones accommodatiùs vterentur, singula fermè vocabula, nedum res præcipuas, quæ hîc & toto hoc opere excutiuntur, in indices huic operi præfixos optimo, ni fallor, ordine contulimus.

Exempla.

In quatuor prioribus penultima nullũ facessit negotium.

Sed antequam vlteriùs progrediamur, ea quæ hîc in genere proposuimus, familiaribus exemplis illustremus. si harum vocum ἐτύψατε, τετυψόμενος, τετυφέναι, ἐτύφθησαν, thema inuestigetur, mutentur terminationes ατε, όμενος, έναι, θησαν, in ω vel ομαι, & abiiciatur augmentum ε vel τε, habebimus ex primis τύψω vel τύψομαι, è posterioribus τύφω vel τύφομαι: vbi Characteristicæ sunt ψ & φ, quæ verbum primæ coniugationis barytonorum ostendunt. inuestigētur igitur in Lexico ea themata quæ incepta ab eodem initio, nempe τυ, habeant aliquam è characteristicis præsentis primæ coniugationis, videlicet β, π, πτ, φ: & cùm hæc tantùm inueniantur τύπτω, τύπτομαι, & τύφω, iudicio sanè vtendum, vt illud deligamus cuius significatio loco cõgruat & sensui.

In quinto neque penultima neque augmentum.

Eodem modo in vocabulo ὀφθησόμενος (cuius paulò diuersam thematis inuestigandi rationem demonstrat CLENARDVS 418,37.) cùm in eo nullum augmentum inesse conspiciatur, mutetur solùm terminatio θησόμενος in ω vel ομαι, fiet ὄφω vel ὄφομαι: vbi φ. quæ verborum primæ coniugationis est index, innuit ea quoque themata inuestiganda, quæ incepta ab ο, habeant pro characteristica β, vel π, vel πτ, vel φ: sed

adhibi

adhibitũ Lexicon demonſtrabit tantùm ὄπτομαι: quamuis ad ὁράω, vt poſtea dicetur, potiùs referri debeat. Sic in participio ᾠκισθὴν, id eſt, *condita*, verſa terminatione θὴν in ω vel ομαι, & ᾠ initiali (quod augmenti cauſa ex οἰ fieri conſtat, cùm nullum thema ab ᾠ incipiat) in οἰ commutato, fiet οἰκίσω: vbi σ quatuor poſtremarum coniugationum figuratiuum, indicat ea themata inueſtiganda quæ ab οἰκι inchoata, vel pro σ habeant aliquam literam quæ præſentis illarum coniugationum ſit characteriſtica, vel excluſo σ, verbum conſtituant ſextæ coniugationis, in quo ι præcedens (quæ penultima aliàs appellatur) ſit ipſa Characteriſtica: ſed inſpectum Lexicon, demonſtrabit vnum οἰκίζω. In πεφηνὼς, id eſt, *oſtenſus, compertus*, reiecto augmento πε, ac verſa terminatione ὼς in ω vel ομαι, remanet φήνω vel φήνομαι: vbi ν, cùm ſolius Quintæ coniugationis, & tantùm præſentis cum præſentíve cognationem habentium temporum ſit characteriſticõ, indicat φήνω vel φήνομαι pro themate debere inueſtigari. ſed cùm neutrum inueniatur, inſpicienda eſt penultima η, conſiderandumque ex qua vocali aut diphthongo potuerit conſurgere: quod fiet manifeſtum ex iis quæ de penultima 160,32. nempe ex αι. quærantur igitur φαίνω & φαίνομαι. In λελάχωσι, id eſt, *ſortiti fuerint* (de quo 391,36.) abiecto incremento λε & terminatione ωσι verſa in ω vel ομαι, fiet λάχω vel λάχομαι: vbi χ Characteriſticon ſecundæ & quartæ coniugationis, deſignat ea themata debere inquiri quæ incipiant à λα, & quæ aliquam hãbeant præſentium ſecundæ aut quartæ coniugationis characteriſticam. ibi ſeſe offerent λάζω, id eſt, *inſoleſco, laſciuio nimia pabuli vbertate*: λάζομαι, id eſt, *prehendo, corripio*, & λάκω, id eſt, *reſono, cano, do oraculum*: ſed horum ſignificatio à τοῦ λελάχωσι ſignificatione maximè diſſentit: vnde colligitur illud ab horum aliquo non emanare. rurſus ſi inſpiciatur penultima α, cõſtabit ex his quæ de penultima loco citato tradita ſunt, eam ex alia vlla non poſſe deſcendere, niſi fuerit aoriſti ſecundi (vt re vera eſt) vel futuri poſterioris: vbi ex his omnibus η, α, αι, αυ, aut ε potuit conſurgere. ſed tum Characteriſticon fuerit neceſſariò ipſum χ, quòd ex alia in aoriſto aut futuro ſecundo deriuati non poſſit. thema igitur inquirendum iudicaretur λήχω, λάχω, λαίχω, λαύχω, λέχω: aut λήχομαι, λάχομαι, λαίχομαι, λαύχομαι, λέχομαι, ex quibus inuenietur λέχομαι, *cubo*: λέχω, *facio cubare*: & λήγω, *deſino*. [*Pro* λέχω *&* λέχομαι *mauult Euſtath.* λέζω *&* λέζομαι: *ſicut Etymologus*

In ſexto & penultima & augmentum.

In ſeptimo quòd ſit anomalum, præter exactam terminationis characteriſticæ, penultimæ, & augmenti conſiderationem, ſignificationis quoque ac principalis literæ eſt habenda ratio, vt verum & receptum thema inueniatur.

ANNOTATIO

quoque λέχος deriuat παρὰ τὸ λέγω τὸ κοιμῶμαι. Mendosè etiam λήχω desino. *nam desinere Græcis est λήγειν : λήχω vero idem quod deriu. λαγχάνειν,* sortiri , *vt ipse agnoscit vers.20.ideoque malè hic thema istud reÿcit.*]Sed horum rursus significatio cum ea quam habet λελάχωσι minimè conuenit. nondum igitur quiescendum : sed videndum num λαχέω ῶ, aut λαχάω ῶ, circumflexa,è quibus etiam deduci posset , inueniantur : & denique num λε , quod augmentum censebatur,sit ex themate : sed neque hac via verum thema inuenietur : neque etiam à verbis in μι,cum quibus ne in terminatione quidem vllam habet affinitatem,formari posse deprehendetur.dialectis prętera aut licentia poëtica nihil hîc comperietur inuersum , nisi quòd aoristo secundo perfecti augmentum fuerit concessum. videndum igitur num inter verba anomala , præsertim à λ inchoata , inueniatur aliquod cuius & significatio vocabulo præsenti conueniat , & quod tempora capiat ab eorum thematum aliquo quæ in Lexico non potuerunt inueniri. ibi sese offeret λαγχάνω, id est, *sortior* , quod à λήχω, vnde λελάχωσι deriuari potest,tempora mutuatur:significatio quoque est eadē. λαγχάνω igitur thema natiuum censebitur. At in οἰσθήσομαι , id est , *ferar* (de quo 413,22.) versa terminatione θήσομαι in ω aut ομαι, perquisitísque & in Lexico thematibus quæ ab οι incepta aliquam habeant characteristicam præsentis illarum quatuor vltimarum coniugationum quas σ denotat,& inter anomala iis quę ab eodem οι inchoata, tempora sumant ab eorum vno quæ in Lexico inuestigari potùerunt , nihil certi poterit colligi. nam proprium thema est φέρω,quod tempora quædam accipit ab οἴω.cùm igitur ne vnum quidem elementum sit in οἰσθήσομαι , quod nouitios proprij thematis φέρω admoneat , me rem gratam illis facturum putaui , si in eorum gratiam , hîc veluti in tabella quadam , ordine alphabetico recenserem ea themata exoleta , è quibus ea quæ recepta sunt,quædam tempora mutuantur,illorum vnicuique ex aduerso thema vsitatum collocando: vt si ex literis alicuius vocabuli cuius thema vsitatum indagatur , in illius cognitionem venire nequeant , in promptu saltem obsoleta habeant , è quibus,vbi probè quod in quæstione versatur se deducere posse conspexerint , ad thema receptum isti obsoleto è regione positum confugiant : cuius inspecta significatione, si loco proposito congruere cernatur , huiusmodi thema proprium & natiuum esse non dubitent affirmare. Sed quia obso-

In octauo nihil præter significationē apparet , quod nos recepti thematis admoneat.

Methodus ex obsoletis ad recepta themata perueniendi.

obſoleta themata cum receptis analogiam quandam ferè cernuntur obſeruare, non abs re fuerit, eas leges quibus plura eiuſdem generis aſtringuntur, priùs enumerare. atque vt illi qui in ea re nondum ſatis verſati ſunt, faciliùs agnoſcant ad quas referre debeant ea quæ ex huiuſmodi anomalis illarum aliqua continentur, variis arithmeticis notis vſi ſumus, eaſdem vnicuique generi & illis obſoletis quæ ſub idem genus cadere poſſunt, præfigentes. In his igitur vocabulis quoruum thema, quamuis in eo rimando communis verborum regularium analogia exactè ſeruata ſit, in Lexicis non poteſt inueniri, quærantur & cum * reduplicatione & ſine reduplicatione finita in

1 ημι	pro έω vel ῶ, aut ήω.[a]	25 όω	pro ωμι.
2 αύω		26 εω vel ῶ	pro ω barytono.
3 έζω		27 έω vel ῶ	pro εία.
4 εννύω		28 έω	pro εύω.
5 έσκω		29 αίω	pro αύω.
6 ήσκω		30 γνύω ſiue γνυμι	pro γω.
7 ίσκω		31 σσω ſiue ττω.	
8 ω barytonum		32 ζω	
9 ημι	pro άω vel ᾶ, aut ήω.	33 ζω	pro δω.
10 άζω		34 σσω ſiue ττω	
11 άνω		35 άζω	pro άγω.
12 αννύω		36 ίνω	pro ίω.
13 άσκω		37 πτω	pro βω.
14 ήσκω		38 πτω	pro φω.
15 ωμι	pro όω vel ῶ, aut ώω.	39 πτω	pro πω.
16 ώζω		40 ίπτω	pro έπω.
17 ωννύω		41 κνύω ſeu κνυμι	pro κω.
18 ώσκω		42 κτω.	
19 υμι	pro υω.	43 ίκτω	pro έκω.
20 ύνω		44 λλω	pro λω.
21 έω	pro ημι.	45 μνω	pro μω.
22 άω		46 έω	pro ήω.
23 άνω [b]		47 άω	
24 εννύω vel έννυμι [c]		48 όω	pro ώω.

In deponentibus & aliis quæ ſolùm per vocẽ paſſiuam aut mediam inflectuntur, idem iudicandum de themate finito in ομαι, quod de iis quæ hoc loco ſub terminatione ῶ proponuntur: item de εμαι aut αμαι, quod de ημι: atque etiam de ομαι, quod de ωμι.

* Maximè pro έω, άω, aut όω. de reduplicatione vide 221, 16. & 232, 21.

a *Terminationem ήω repetit etiam paulo paulo poſt, num. 12, & 26. Caninius vero η & ω eximit è characteriſticis Sextæ cõiugationis, errare Herodianũ ſcribens, qui δήω præſens eſſe putauerit, cum ſit futurum poëticum.*

b *Ad άνω poteris adijcere αίνω. vt enim φθάνω pro φθῆμι, ſic βαίνω pro βίβημι vſitatum eſt.*

c *Vbinam έννυμι ſit pro ημι, non venit in mentẽ. ſi reſpexit ad ἀμφιέννυμι, ac pro ἀμφίεμαι quæri in lexicis vult ἀμφιέννυμαι, ſcribendũ eſſet ἵημι. nam ι in ἀμφίεμαι nõ eſt vltima præpoſitionis, ſed prima verbi litera: vt Budæus quoq; tradit ἀμφιέσθαι, τὸ ἀμφιέννυσθαι, eſſe ἀπὸ τοῦ ἵεμαι. legitur autem iſtud ἀμφίεσθαι apud Pollucem lib. 7. c. 12. inter hæc ſynonyma ἀμπέχεσθαι, ἐστάλθαι, ἐνδεδύκέναι: moxque ſubiungitur et participium ἠμφιεσμένος.*

49 Præterea pro thematibus quæ quis deriuata suspicabitur vel à futuro primo actiuo, vel à præterito medio, vel ab aoristo secũdo, si ea in Lexicis suo loco non inueniantur, inquirat primitiua, è quib. descendere iudicabit hæc tempora, quæ ex se alia themata, & hæc rursus alia tempora produxerunt. De his quæ à futuro formantur, exempla quædam habes 332,17,41. & 359,31. de iis quæ à præterito medio, vide 379,7. & 18.

Tabulæ sequentis vsus, & quid in ea arithmeticæ notæ designent.

RELIQVVM Est vt ordine alphabetico recenseamus themata, quæ licèt omnino vel maxima ex parte sint inusitata, ab illis tamen, vulgari communium præceptorum Grammatices seruata analogia, infinita penè atque vsitatissima formantur tempora: ea verò quæ horum loco in Lexicis sint inquirẽda, vnicuiq; è regione collocemus. Cæterum notæ arithmeticæ obsoletis præfixæ indicant hæc singularia sub eo genere quod in præcedenti tabula easdem notas habuerit, posse comprehendi: atque eandem rationem habendam esse de similibus, quamuis in hoc catalogo non enumerentur. Eorum autem numerorum qui thematibus receptis præponuntur, patebit vsus in sequentibus. quoties enim in medium producentur anomala tempora quæ ad huiusmodi themata, vel ad ea quæ ex his componuntur, sint referenda, illa paribus & iisdem numeris quibus & ista insigniemus. At ij numeri qui thematibus his receptis postponuntur, designant Institutionum Grammaticarum paginam & paginæ versum, vbi de istiusmodi vocabulo est quippiam tale præceptum.

a Pro ἀγάζω malim ἀγάγω: vt id ex ἄγω fiat per solum anadiplasiasmum. ἀγάζομαι certè diuersam & originem habet & significationem.

Parum vsitata.		*Recepta.*		
	† Ἀγάγω a	1	Ἄγω	332,12
	ἀγάζομαι	2	ἄγαμαι	354, 5
30	ἄγω	3	ἄγνυμι	333, 23. & 29
	ἀδέω	4	ἁνδάνω	336, 21. & 32
21	αἴνημι	5	αἰνέω	231, 35
21	αἴρημι	6	αἱρέω	308, 6
2	αἰσθέομαι	7	αἰσθάνομαι	336,28. & 31
8	ἀλεξέω	8	ἀλέξω	304, 22
	ἀλόω	9	ἁλίσκομαι	338, 1
	ἄλωμι	10	ἁλίσκομαι	*ibidem*
2	ἀμαρτέω	11	ἁμαρτάνω	336,32
4	ἀμφιέω	12	ἀμφιέννυμι *seu* ἀμφιέμαι	338,36
	ἀναινέω	13	ἀναίνομαι	354, 4
	ἀνέχημι	14	ἀνέχω	384, 28
49	ἄξω	15	ἄγω	332, 20
7	ἀπαφέω	16	ἀπαφίσκω, *decipio*	

Parum usitata.	Recepta.	
ἀπαύρω	17 ἀπαυράω	356,33
ἀπολέω	18 ἀπολλύω vel ἀπόλλυμι	346,30
ἀπόλλω	19 ἀπολλύω vel ἀπόλλυμι	ibidem
5 ἀποχράω	20 ἀπόχρη	353,6
ἀράρω	21 ἄρω	356,4
5 ἀρέω	22 ἀρέσκω	346,38
49 ἀρήρεμαι	23 ἄρω	379,22
2 αὐξέω	24 αὐξάνω	336,33
108 ἀχθέομαι	25 ἄχθομαι	350,28
	B	
38 Βάφω	26 Βάπτω	309,8
βάω	27 βαίνω	356,39
βείω	28 βίωμι	359,8
βῆμι	29 βαίνω	356,39
15 49 βήσομαι	30 βαίνω	332,41
25 βίωμι	31 βιόω	358,38
37 βλάβω	32 βλάπτω	309,5
2 βλαστέω	33 βλαστάνω	336,33
βλέω	34 βάλλω	357,44
108 βουλέομαι	35 βούλομαι	304,14. & 350,29
[illegible]	36 [illegible]	386,27
18 βρώω	37 βρώσκω seu βιβρώσκω & 348,23	346,39.
	Γ	
26 Γάμω	38 Γαμέω	352,3. & 359,28
25 γείνομαι	39 γίνομαι vel γίγνομαι	359,37
γείνω	40 γίνομαι vel γίγνομαι	ibidem.
γενέομαι	41 γίνομαι vel γίγνομαι	ibidem.
γίνομαι & γίγνομαι	42 γίνομαι vel γίγνομαι	ibidem.
13 γηράω	43 γηράσκω	346,40
30 18 γνόω	44 γιγνώσκω	360,7
γνῶμι	45 γιγνώσκω	ibidem.
	Δ	
a Δαέω	46 Δαίω	376,16
† δάζω	47 δαίω	ibidem.
† δάημι	48 δαίω	ibidem.
352 δαρθέω	49 δαρθάνω	337,43
δεδίττομαι	50 δείδω	364,37
8 δέομαι	51 δέομαι	363,4
δέω	52 δεῖ	ibidem,6
b † δειδίττομαι	53 δείδω	364,37
40 41 δείκω	54 δείκνυμι vel δεικνύω	362,41
δεύομαι vel δεδίω (νέομαι	55 δέομαι	364,16
	56 δεῖ	363,6

a δαέω & δάζω profecta sunt ex δαίω, ut docui supra pag. 377,5. δάημι vero confingere ad formationē aoristi 2. ἐδάην, non est opus, ut ibidē Herodiani testimonio probaui. & sic Etymologus quoque in δάηs & δαίω tradit ἐδάην τὸ ἔμαθον esse à δαίω τὸ μανθάνω.

b Nescio cur δεδίττομαι inter parum usitata ponat. est enim δεδίττομαι Poëtis usitatissimū, ut δεδίττομαι prosa Hom. Il. ο, μή τί με πάγχυ κακὸν ὡς δεδισσέσθω, ne me vt planè ignauū ac timidū terreat. *Lucian.* χάσματι δεδιττόμενος, hiante rictu terrens.

	Parum usitata.	*Recepta.*	
	δήκω	57 δείκνω	362, 39
46	δήω	58 δέω	359, 10
	διδάχω	59 διδάσκω	375, 15
13	διδραω	60 διδράσκω	ibidem, 17
	διδρημι	61 διδράσκω	ibidem
	δίω	62 δείδω	364, 37
49	δοάσομαι	63 δοιάζω vel δοάζω	333, 2
26	δόκω	64 δοκέω	351,38. & 385,
15	δόω	65 δίδωμι	228, 15
	δραμέω	66 τρέχω	409, 38
13	δράω	67 διδράσκω	375, 17
	δρέμω	68 τρέχω	409, 38
	δρῆμι [a]	69 διδράσκω	375, 17
49	δύσω	70 δύω	332, 19
		E	
49	ἐγρηγορέω [b]	71 γρηγορέω	379, 11
8	ἐθελέω	72 ἐθέλω	385, 4
8	εἰδέω	73 εἴδω seu potius ὁράω	379, 29
	εἴδημι	74 εἴδω seu ὁράω.	
	εἴδω vel ἴδω	75 ὁράω, video.	
	εἴπω	76 ἀγορεύω, dico, loquor, nuntio, orationem habeo.	
	εἴρω	77 ἀγορεύω	354, 16
	ἐλάω	78 ἐλαύνω	383, 38
	ἐλεύθω seu ἔλθω [c]	79 ἔρχομαι	384, 21
	ἕλομαι	80 αἱρέομαι	355, 29
	ἕλω, ἕλλω	81 αἱρέω	ibidem, 1
	ἐνέγκω	82 φέρω	412, 36
	ἐνείκω	83 φέρω	413, 25
	ἐνέχω	84 φέρω	412, 36
	ἐπιστέω	85 ἐπίσταμαι	327, 2
	ἔργω	86 ῥέζω, facio.	
8	ἐρέομαι	87 ἔρομαι	379, 13
	ἐρέω	88 ἀγορεύω	354, 16
49	ἐρρίγω	89 ῥιγέω ῶ	380, 3
	ἕστημι	90 ἵστημι	328, 38
7	εὑρέω	91 εὑρίσκω	381, 8
	εὕρημι	92 εὑρίσκω	ibidem
2	ἐχθέομαι	93 ἐχθάνομαι	337, 34
	ἔχω, σχέω	94 ἔχω	304, 3
8	ἑψέω	95 ἕψω	352, 45
	ἕω	96 εἰμί	315, 23
	ἕω	97 εἶμι	317, 30
4	ἕω	98 ἕννυω vel ἕννυμι	

a *Verius est δίδρημι, quod præcedit v. 6. vt ostendi supra in pag. 376, 4.*

b *Perperam è receptorũ thematum numero eijcitur ἐγρηγορέω. nam & regulare est, (deriuatũ scilicet è præt. med. ἐγρήγορα, vt πεποιθέω ex πέποιθα) & vsurpatũ ab Aristot. atque Xenoph. Contra in γρηγορέω quod nõ minus est vsitatũ, sublata est princeps primitiui ἐγείρω litera. nam inde factum est præt. med. ἐγρήγορα, duabus initialibus verbi repetitis Atticè (297,25.) & ρ pleonasticè inserto.*

c *Non opus est themate ἔλθω, quũ aor. ἦλθον, ἐλθεῖν, ἐλθών, & similia, habeant tantum syncopen τοῦ υ.*

Parum

Parum usitata.	Recepta.	
1 ἕω	99 ἵημι aut ἧμαι	319,20. & 324,6
	Z	
30 ζεύγω	100 ζεύγνυμι seu ζευγνύω	333,30
17 ζώω vel ζόω	101 ζωννύω	339, 3
	Θ	
Θείνω	102 Θνήσκω	385, 22
8 θελέω	103 θέλω	385, 3
28 θεύω	104 θέω	305, 27
1 θέω	105 τίθημι	224, 8
14 θνάω 6 θνέω	106 θνήσκω	385, 22
26 θόρω a	107 θορέω, salio.	
θοάω	108 θοόω	387, 28
θρέφω	109 τρέφω	304, 2
θρέχω	110 τρέχω	ibidem.
	I	
1 ἰέω	111 ἵρημι	318, 13
ἵημι	112 εἶμι	ibidem.
ἵκομαι	113 ἱκνέομαι seu ἱκνοῦμαι	388, 1
13 ἱλάομαι	114 ἱλάσκομαι	346, 40
ἴχω	115 ἔχω	381, 13
	K	
37 Καλύβω	116 Καλύπτω	309, 5
καταδαρθέω	117 καταδαρθάνω	336, 34
29 καύω	118 καίω vel κάω	304, 19
κείω	119 κεῖμαι	326, 19
49 κεκράγω	120 κράζω	379, 4
8 κελέω	121 κέλω, iubeo.	
12 κεράω	122 κεραννύω seu κεράννυμι	339, 3
κέω	123 κεῖμαι	379, 4
2 κιχέω	124 κιχάνω	337, 1
27 κιχρείω b	125 κιχρέω ῶ	359, 34
35 κλάγγω	126 κλάζω	391, 6
29 κλαύω	127 κλαίω vel κλάω	304,18. 305,31
κλέω	128 καλέω	390, 27
κλήγω	129 κλάζω	391, 6
κληρόομαι c	130 λαγχάνω	391, 38
4 † κορέω	131 κορεννύω seu κορέννυμι	339, 4
κ[illegible]αίνω	132 κραίνω	391, 17
2[illegible] κρατείω	133 κρατέω ῶ	359, 34
37 κρύβω	134 κρύπτω	309, 7
	Λ	
Λάμβω	135 Λαμβάνω, sumo, capio.	
λέγχω	136 λαγχάνω	391, 4[illegible]
49 λέξομαι	137 λέγω	333, 5

a *Carere possumus hoc Themate θορέω. nam ἔθορον cum suo comitatu, ita fit à θορέω, ut ἤλιτον, ἤμαρτον, ἔκτυπον, ἔδουπον, & similia, à thematibus in έω, ἀλιτέω, ἁμαρτέω, κτυπέω, δουπέω, 303, 3. Etymol. sanè θορῶ tantum agnoscit, exponēs ὁρμῶ* καὶ πηδῶ, ruo & salio. *De θοάω, quod sequitur, dictum est in pag. 387,28.*

b *Vide pag. 361,7.*

c κληρόομαι *&* κορέω *penè immerito de usitatorū tabula submouentur, ac praesertim* κληρόομαι.

Parum

Parum vsitata.	Recepta.	
λήβω	138 λαμβάνω	391, 25
λήβομαι	139 ἁλίσκομαι	339, 7
λήθω	140 λανθάνω	391, 25
λήχω	141 λαγχάνω	391, 26
λογχέω	142 λαγχάνω	391, 43
	M	
8 Μαχέομαι	143 μάχομαι	350, 29
μεθύομαι	144 μεθύσκομαι	350, 2
8 μελέομαι	145 μέλομαι	350, 29
8 μελέω	146 μέλω	304, 11. & 309, 16
8 μενέω	147 μένω vel μίμνω	297, 23. & 307, 6. & 309, 12.
30 μίγω	148 μίγνυμι seu μιγνύω	333, 30. 335, 7
14 μνάω 6 μνέω	149 μιμνήσκω	349, 27
30 μόργω	150 μόργνυμι seu μοργνύω	333, 30
	N	
28 Νεύω	151 Νέω	305, 27
	O	
2 Οἰδέω [a]	152 Οἰδάνομαι	337, 2
8 οἰέομαι	153 οἶμαι seu οἴομαι	350, 31. & 391, 1
49 οἴσω & οἴω	154 φέρω	332, 19. & 412, 36
8 οἰχέομαι	155 οἴχομαι	350, 30
ὄλλω	156 ὀλλύω seu ὄλλυμι	395, 12
30 ὀμόργω	157 ὀμόργνυμι	337, 31
ὀμόω	158 ὄμνυμι vel ὀμνύω	393, 13
ὄπτομαι	159 ὁράω, video	
30 ὀρέγω	160 ὀρέγνυμι seu ὀρεγνύω	337, 34
49 ὄρσω	161 ὄρω	332, 24
8 ὀφειλέω	162 ὀφείλω	350, 31. & 393, 17
8 ὀφλέω	163 ὄφλω seu ὀφείλω	ibidem
	Π	
Πείθομαι	164 Πάσχω	395, 20
49 πεπιθέω	165 πείθω	380, 29
49 πεποιθέω	166 πείθω	379, 9
49 πεποίθω	167 πείθω	380, 43
πέπτω	168 πέττω	399, 4
πεσέω	169 πίπτω	395, 26
12 πετάω	170 πεταννύω	339, 4
πέτω	171 πίτνω	395, 26
πεύθομαι [b]	172 πυνθάνομαι	396, 1
49 πεφύκω	173 φύω	415, 41
30 πήγω [c]	174 πήγνυμι seu πηγνύω	333, 30
πήθω	175 πάσχω	395, 20
36 πίω	176 πίνω	411, 10. & 412, 38

a *οἰδέω legitur apud Hom. & Herodotũ: apud Plut. vero οἰδῶντι σώματι est ab οἰδάω. Nec οἰδάνομαι magis est vsitatum quàm οἰδαίνομαι & οἰδίσκομαι.*

b *πεύθομαι poëtis est vsitatissimum.*

c *Nec opus est themate πήγω, cum vsitatum sit πήσω.*

Parum usitata.	Recepta.	
35 πλάγξω	177 πλάζω, disiicio.	
28 πλεύω	178 πλέω	304, 17
28 πνεύω	179 πνέω	304, 17
5 πονέω [a]	180 πάσχω	395, 20
πόω	181 πίνω	395, 34
13 πράω	182 πιπράσκω	410, 42
14 πράω	183 πιπρήσκω I.	ibidem.
22 πτάω	184 ἵπταμαι	388, 5
10 21 πτέω [b]	185 ἵπταμαι	ibidem
πτῆμι vel ἵπτημι	186 ἵπταμαι	388, 5
	Ρ	
40 Ῥέπω	187 Ῥίπτω	309, 15
28 ῥεύω	188 ῥέω	399, 9
ῥέω ῥῶ	189 ἀγορεύω	354, 16
15 30 ῥήγω [c]	190 ῥηγνύω seu ῥήγνυμι	333,31. 399,24
1 ῥῆμι	191 ῥέω 381,26. seu potius ἀγορεύω, dico.	
17 ῥόω vel ῥώω	192 ῥωννύω seu ῥώννυμι	339,4. 399,30
ῥυέω	193 ῥέω	399, 9
ῥύημι [d]	194 ῥέω	ibidem.
10 ῥύομαι	195 ῥύσκομαι	350, 4
	Σ	
Σαώζω	196 Σώζω	408, 33
4 σβέω	197 σβεννύω seu σβέννυμι	401, 6
24 σβῆμι	198 σβεννύω seu σβέννυμι	ibidem.
38 σκάφω	199 σκάπτω	309, 8
25 σκλάω	200 σκάλλω	358, 1
σκλῆμι	201 σκέλλω seu σκάλλω	
σμύγω	202 σμύχω	310, 26
σόω [e]	203 σόω	408, 36
σπείδω	204 σπένδω	401, 13
30 σπῆμι	205 ἵπτω, (236,27. & 381,17.) vel ἕπομαι, sequor, aut ἀγορεύω, dico.	
9 στάω	206 ἵστημι	226, 27
4 στορέω	207 στορεννύω	339, 5
17 στρόω vel στρώω	208 στρώννυμι	ibidem.
σύω	209 σεύω	410, 10
35 σχέω	210 ἔχω	381, 15
σχῆμι	211 ἔχω	ibidem.
16 σώω	212 σώζω	413, 20
	Τ	
38 Τάφω	213 Θάπτω	385, 1
τέθνημι	214 Θνήσκω	385,
40 43 τέκω	215 ἵκτω	409, 31.

a πονέω, & pag. praecedẽte πείθομαι, 28. sunt quidem usitata themata, sed non eadem signif. qua πάσχω.

b Superuacuum videtur πτέω, quũ πτέσθαι per syncopen è πέτομαι deducere liceat.

c Non videtur necessariũ thema ῥήγω, cum extet ῥήσσω. ex his enim sunt verba in γνυμι, ut φράγνυμι, πλήγνυμι, & similia, à primitiuis in σσω, φράσσω, πλήσσω. Etymol. sanè πάγιος, παγὶς, item aor. ἐπάγην cum participio παγεὶς, è πήσσω deducit, 178, 1. 18. φάγειν tamẽ pro φάζειν siue φαγνύειν usitatum esse Bithynis, idẽ testatur Etymol.

d Non magis indigemus verbo ῥύημι, quã supra (376.) verbo δάημι. ac ut ἐδάην, δαῆναι, δαεὶς, verius sunt aor. 2. passiui, à δαίω: sic ἐῤῥύην, ῥυῆναι, ῥυεὶς, & similia, à ῥέω siue Æolico ῥεύω.

e Vide pag. 408,36.

Parum usitata.	Recepta.	
27 τελείω	216 τελέω ῶ	359, 35
26 τίλω [a]	217 τελέω ῶ	309, 16
49 τέρσομαι	218 τείρω	333, 6
τεύχω	219 τυγχάνω	410, 2
49 τηλεθάω	220 θάλλω	379, 39
36 τίω [b]	221 τίνω	415, 9
τμέω	222 τέμνω	409, 29
τμήγω	223 τέμνω	ibidem
18 τρόω	224 τιτρώσκω	409, 35
τυχέω	225 τυγχάνω	410, 5
τύχω [c]	226 τυγχάνω	410, 2
	Υ	
Ὑποσχέομαι	227 Ὑπισχνοῦμαι	412, 17
ὑφίσταμαι [d]	228 ὑπισχνοῦμαι	ibidem
	Φ	
Φέρημι	229 Φέρω	386, 25
φήγω	230 τρώγω	409, 41
11 φθάω	231 φθείνω	413, 4
23 φθῆμι	232 φθάνω	ibidem
36 φθίω	233 φθίνω	ibidem, 5
φρῆμι	234 φέρω	412, 36
φρῶ	235 φέρω	ibidem
φύγω [e]	236 φεύγω	353, 13
19 φῦμι	237 φύω	413, 9
30 φώγω	238 φωγνύω, cremo.	
	Χ	
Χαίνω [f]	239 Χάσκω	416, 5
8 χαρέω	240 χαίρω	416, 3
28 χεύω	241 χέω	304, 17. & 416, 7
χρῆμι	242 χρή	416, 10
17 χρόω vel χρώω	243 χρώννυμι sive χρωννύω 346, 21. vel χρώζω per pleonasmum ζ.	
χῦμι [g]	244 χέω	416, 27
χύω	245 χέω	ibidem
17 χύω vel χώω	246 χωννύω seu χώννυμι	339, 5
	Ψ	
Ψύχω [h]	247 Ψύχω	310, 27
	Ω	
26 Ὤθω	248 Ὠθέω	417

a *τέλω videtur omitti potuisse, cum præt. med. τέτελα sine omni impedimẽto possit è τελέω formari, ut ἔρριγα à ῥιγέω, δέδουπα à δουπέω, & similia. Vide 309.*

b *Usitatum quidem est τίω, sed ferè apud poëtas, & signif. diuersa. descẽdit tamẽ inde τίνω, ut πίνω ex πίω, φθίνω ex φθίω, φθάνω ex φθάω.*

c *τύχω & φύγω sine iactura potuissẽt præteriri, cùm aor. ἔτυχον, ἔφυγον, & similia, referre liceat ad τεύχω & φεύγω, 178, 10.*

d *ὑφίσταμαι pro ὑπισχνοῦμαι* polliceor, *nõ est inusitatũ. sic enim Xen. ὑφίσταμαι ἕξειν,* recipio & polliceor me habiturum.

e *Vide supra τύχω.*

f *χαίνω usitatiss. in prosa pariter & carmine.*

g *χῦμι & χύω potuissent & ipsa fortasse prætermitti. nã χύτο, χυθεὶς & similia, possunt deduci vel à χύνω (189, 18. & 27.) vel ab Æolico χεύω, sublata præpositiua, 353, 15. itidemque in χύμενος (unde apud Eustath. est ἐπιπέθειν ἐκχύμενοι) Æolicè fortassis ita retractus est accentus, ut in φθίμενος, κίμενος, & similibus.*

h *Et ψύχειν usitatum est & ψύχειν, pro siccare.*

Obsoletorum thematum vsus.

HAEC Igitur sunt themata & quædam alia regulis illis generalibus priùs positis comprehensa, quę etiamsi ne à poëtis quidem vix recipiantur, ab illis tamẽ multa deriuantur vsitatissima tempora, atque infinita penè ex iis rursus composita: quæ omnia ad themata recepta è regione obsoletorum horum collocata, vel ad ea quæ ex iis cum eisdem præpositionibus aut aliis partibus orationis componuntur, referri debent.

Lexica copiosiora quid præter recepta themata in verbis & participiis contineant.

Cæterùm lexicographi plerique omnes, iique potissimùm qui hodie copiosiores & omnia pulchriùs ac rectiori ordine digessisse videri volunt, non solùm receptis, sed etiam obsoletis thematibus, imò & obuiis quibusuis ferè verborum personis, cuiuscumque numeri & temporis fuerint, (nulla sæpe illorum etymologiæ, pro qua assequenda huiusmodi libros componi satis constat, habita ratione) ita paginas omnes referciunt, seu potiùs confundunt, vt quamuis omnia quæ ex iis petere est æquũ, ordine alphabetico disposita inueniantur: in multis tamen vix, ac ne vix quidem, ad certam germanorum ac receptorum thematum cognitionem ij possint peruenire, qui ad eam rem percipiendam iustis sanè de causis omni studio ac maximis laboribus cõtendunt.

Vocabulorum etymologia in lexicis tractanda.

Inflammato horum & laudando desiderio nos plenè cumulatéque satisfacturos speramus in eo lexico, quod propediem, modò cœptis faueat Deus optimus maximus, in lucem edituri sumus, sed & interea dum illud paramus, hoc libello quo pacto lexica illa, quę iam illis præ manibus sunt, promptiùs & expeditiùs maiorique cum fructu hac in re ad suos vsus debeant conuertere, doceamus.

Verbi thema quid, & quot eius terminationes.

In barytonis ω ομαι.

In circumflexis
ῶ { οῦμαι. ῶμαι.

In verbis in μι.
ημι { εμαι. αμαι.
ωμι ομαι.
υμι υμαι.

Quamuis igitur per verbi thema, quod in lexicis debuerat collocari, grammatici propriè intelligãt primam personam præsentis indicatiui desinentem, in Barytonis quidem vocis actiuę in ω quod nullo notetur accentu, & passiuæ in ομαι: in circumflexis verò vocis actiuæ in ῶ circumflexum, & passiuæ primæ & tertiæ coniugationis in οῦμαι, & in ῶμαι secundæ: atque in verbis non anomalis finitis in μι primæ & secundæ coniugationis desinentem in ημι, tertiæ in ωμι: & vocis passiuæ in εμαι primæ, in αμαι secundæ, in ομαι tertiæ, in υμαι quartæ: & quamuis hæ solæ terminationes pro thematibus essent in lexicis inuestigandæ: videas tamẽ in plerisque hæc sub aliis terminationibus assignari: ad quas interdum, si in primariis germana themata non inueniantur, erit confugiendum.

Infinitiuorũ præsentia pro thematibus

Id autem fit præcipuè sub terminationibus pręsentis infinitiui eiusdem vocis:

quæ

posita, & eorum terminationes.

quæ in barytonis sunt ειν pro ω, & εσθαι pro ομαι: in circumflexis εῖν, ᾷν siue ᾶν, & οῦν pro ῶ, & εῖσθαι atque οῦσθαι pro οῦμαι, ᾶσθαι pro ῶμαι: in verbis in μι regularibus έναι & άναι pro ημι, όναι pro ωμι, ύναι pro υμι, & in voce passiua σθαι pro μαι horum exemplis, quòd nullibi non sint obuia, supersedendum duximus; in quibus, modò mutetur terminatio infinitiui in terminationem præsentis indicatiui eiusdem vocis, semper habebimus verum ac germanum thema. sed & plerumque in circumflexis, & nonnunquam in verbis in μι, meliùs exprimitur coniugatio infinitiui quàm per indicatiui terminationem. nam actiua circumflexorum in infinitiuo pro numero trium Coniugationum tres habent distinctas terminationes, εῖν pro prima, ᾷν vel ᾶν pro secunda, & οῦν pro tertia, cùm præsens indicatiui vnicam tantùm pro omnibus habeat, videlicet ῶ: passiua quoque eorundem in infinitiuo primæ habent εῖσθαι, tertiæ οῦσθαι, cùm in vtriusque indicatiuo sit οῦμαι. sic & verborum in μι actiuum infinitiui præsens in prima est έναι, in secunda άναι, cùm in vtriusque indicatiuo sit ημι. tertia quoque verborum in μι in voce passiua (licèt occurrat rarissimè) meliùs per infinitiui οσθαι quàm per indicatiui terminationem ομαι, quam cum barytonis communẽ habet, dignosceretur.

Themarum circumflexorum terminationes.

Tamen in circumflexorum actiua voce, pro terminatione ῶ omnibus coniugationibus communi sæpenumero discretionis gratia ponitur thema finitum in έω pro prima, in άω pro secunda, in όω pro tertia: & in voce passiua έομαι pro οῦμαι primæ, & όομαι pro οῦμαι tertiæ: sic & άομαι pro ῶμαι secundæ.

Aoristus primus infinitiuorum thematis loco positus.

Ponunt preterea Lexicographi aoristum primum infinitiui desinentem in αι cum characteristica futuri primi pro themate vocis actiuæ in ω vel μι: in θῆναι pro ομαι vel μαι vocis passiuæ: atque in ασθαι pro ομαι vel μαι vocis mediæ, veluti planum fiet quum de variis aoristi primi formis immensam exemplorum syluam adducemus.

Impersonalium themata.

* *Rectiꝰ τυραννισείων à τυραννίς, ίδος, [illegible] nus [illegible]*

οἴην in έω vel ῶ.
ANNOTATIO.
ῴην in άω vel ῶ.

Optatiui Attici in οἴην, οίης, οίη, &c. pro οἶμι, οἶς, οἶ, de quibus 214,14. vt μεσοίη, *particeps* seu *medius sit*. [Nisi fortè verius sit à themate in όω vt supra notauimus ex Sylburgio 442,1c.] πεποιθοίη, *confidat*. sic in secunda ῴην, ῴης, ῴη, pro ῷμι, ῷς, ῷ: vt, ἰλιγγιῴης, *vertigine vexeris*. Consideranda rursus in prima, contractio Dorica ευ pro ου: vt in prima singulari præsentis indicatiui passiui, λεῦμαι, *leuigo, tero*, pro λοῦμαι ex †λέομαι: νεῦμαι, *eo, vado, redeo*, pro νοῦμαι ex νέομαι. sic participia in εύμενος pro ούμενος ab έομαι οῦμαι: vt ἀνδρεύμενος, *vir factus*: ναυπηγεύμενος, *nauem compingens*: πωλεύμενος, *accedens*, in plurali πωλεύμενοι, *accedentes*: πονεύμενος, *qui operatur*: συλλυπεύμενοι, *miserantes, condolentes*. [Nota tamē λειέομαι & ἀνδρέομαι falsa esse thema: vera enim sunt λειόομαι & ἀνδρόομαι. Doresque & Iones ου in ευ vertunt (119,15.) non modo in primæ, sed etiam in tertiæ Coniugationis thematibus: vt apud Stobæum ex Eusebio, οὐκ ἀξιεῦσι ἀναχωρέειν, pro ἀξιοῦσι, ab ἀξιόω: & ἐδικαίευ apud Herodot. p. 27. pro ἐδικαίου, iusto afficiebat supplicio, à δικαιόω. sic apud Hesyc. legimus ὀρθευῦ pro ὀρθοῦ, ab ὀρθόω: & μαμεῦνται pro μαιοῦνται, à μαιόομαι. Apud Dores vero etiam ω, cōtractum ex αο vel αου, vertitur in ευ. vt enim Theocr. idyll. α, dicit γελεῦντι pro γελῶντι *rides*, sic in Archilochi epitaphio, ἠγάπευν pro ἠγάπων, *amabant*: à γελάω & ἀγαπάω.]

ANNOTATIO.

εῦμαι in οῦμαι vel έομαι.
εύμενος in οῦμαι seu έομαι.

In secunda circumflexorum cōiugatione sæpe occurrunt Doricæ contractiones in η pro α vel ᾳ: tum mutetur in άω vel ῶ terminatio actiua, & passiua in άομαι vel ῶμαι, & habebis thema: ita ex ὁρῇς pro ὁρᾷς, *vides*, thema est ὁράω. similiter in sequentibus infinitiuis mutetur ῆν in άω, λιπαζῆν, *tenuiter viuere*: ἐπιζῆν ἢ κακῶς ζῆν, *diu viuere*. παραζῆν, *perperam viuere*. & in άομαι vel ῶμαι in sequentibus passiuis, χρῇ, *vteris*, in secunda præsentis indicatiui passiui. sic ῆται in tertia: vt, παραχρῆται, *abutitur*: προσχρῆται, *vtitur*. ήσθων in tertia duali imperatiui: vt, χρήσθων, *vtantur, faciāt, agant*: sumitur Atticè (93,31.) pro tertia plurali χρήσθωσαν. ῆσθαι in infinitiuo: vt, χρῆσθαι, *lactare*: προσχρῆσθαι, *adhibere*. Si iidem Dores mutauerint ῶσι tertiæ pluralis indicatiui in ῶντι, vt λῶντι, *volunt*; aut in ᾶσι, vt βοᾶσι, *clamant*: mutentur eæ terminationes in άω, habes thema. nam ob terminationis diuersitatem thema nō est inuestigatu difficilius, sed quòd hęc varietas ab inexercitatis non probè teneatur. Quum igitur poëtæ in hac secunda circumflexorum coniug. ponunt αα pro vnico α, in quod facta est crasis; & όω, atque interdum ώω, & Iones έω, ac Dores άω pro contractione

ῇς in άω vel ῶ.
ῆν in άω vel ῶ.
ῇ, ῆται, ήσθων, ῆσθαι — in άομαι vel ῶμαι
ῶντι, ᾶσι — in άω vel ῶ.

quæ

quæ fit in ω, mutetur tota illa terminatio in άω aut άομαι, habebis thema: veluti άας, quod ponitur pro ᾷς secundæ personæ singularis indicatiui: vt, ἰσχανάας, *retines.* άα pro ᾷ in tertia eiusdem: vt, ἰχθυάα, *venatur pisces*: πεδάα, *impedit, ligat*: & pro α in secunda singulari imperatiui: vt, μνάα, *pete vxorem.* άαν pro ᾶν in infinitiuo actiuo: vt, ἀσχαλάαν, *ægrè ferre, dolere*: παρεξελάαν, *præter adequitare*: περάαν, *superare*: sunt qui scribāt per diphthongum impropriam ἀσχαλάᾳν, παρεξελάᾳν, περάᾳν. Sic terminationes passiuæ mutentur in άομαι seu ῶμαι: verbi gratia άασθε, pro ᾶσθε in secunda plurali imperatiui: vt, κεράασθε, *miscete, fundite.* sic άασθαι in infinitiuo: vt, ἀεννάασθαι, *perfundi*: ἀποτροπάασθαι, *auersari*: ἑψιάασθαι, *ludere, dicere*: μητιάασθαι, *consulere, deliberare*: μηχανάασθαι, *machinari*: συνοριάασθαι, *considere.* Adducēda nunc exempla eorum quę in hac secunda coniugatione, contractione facta in ω, recipiūt epenthesim vocalis ο, aut alterius ω, aut ε, aut α: veluti in tertia plurali præsentis indicatiui όωσι pro ῶσι: vt, καγχαλόωσι, *rident, lætantur*: mutetur terminatio όωσι in άω vel ῶ, habebimus thema καγχαλάω: sic in ὑφόωσι, *texunt.* Eodem modo cùm est ώωσι pro ῶσι: vt, ὑποδρώωσι, *seruiunt, subministrant*: & cùm est άωσι: veluti ναιετάωσιν, *habitant.* [Est autem ναιετάωσι indicatiuum Doricè, vt Etymol. tradit particip. fœmin. ναιετάωσα Doricum esse pro ναιετάουσα. poëtæ ναιετάωσι dicunt: Homerus tamen simpliciter οἶκον ναιετάοντα, Od. δ: & πόλιν ναιετάουσαν, Il. ζ.] sic in participio masculino actiuo όων pro ῶν: vt, βοόων *clamans*: γλαυκιόων, *glaucis seu felineis oculis terribiliter inspiciens*: εὐδιόων, *tranquillus, quietus*: εὐδιόων, *tranquillus, serenus, quietus*: θαλπιόων, *calescens*: κελαινιόων, *nigricans*: κελευθιόων, *cupiēs iter facere*: κυδιόων, *glorians*: λαμπετόων, *splendens*: λιπόων, *pinguis, nitidus*: λυσσόων, *rabidus*: μεσημβριόων, *meridiē agens*: ὁρόων, *videns*: παρεδριόων, *assidens*: πνευσιόων, *spirans*: πιόων, *comprehendens*: τροχόων, *currens*: χιόων, *niuem emittēs.* huiusmodi participia in nominatiuo singulari masculino quibusdā videri possent ducta à verbis in όω sine contractione: at in cæteris casibus & in fœminino aut neutro genere discrimen statim apparet. nam facta è verbis in άω, vbique seruant ω post ο, quod alia mutarent in ου fœminino genere, alibi in ο. cùm ergo genitiuus est in όωντος, mutetur όωντος in άω vel ῶ, habebis thema. sic datiuus in όωντι: vt: γλαγόωντι, *lactescēti*, id est, *nondum satis adulto semini*: εὐδιόωντι, *sereno*: λαμπετόωντι, *splēdenti*: χιόωντι, *quasi ningenti.* accusatiuus in όωντα: vt, ἀφρόωντα, *tra[illegible]antem*: γα-

ANNOT.

Margin: άας, άα, άαν, άᾳν — in άω vel ῶ. άασθε, άασθαι — in άομαι vel ῶμαι. όωσι, ώωσι, άωσι, όων, όωντι, όωντα — in άω vel ῶ.

όωντες | *in άω vel ῶ.* | *όωσα* | *ώωσα*

γελόωντα, *ridentem*: παμφανόωντα, *omnibus conspicuum.* τροχόωντα, *currentem.* nominatiuus plur. in όωντες: vt, γαληνιόωντες, *serenati, tranquilli*: ἐπιπαμφαλόωντες, *attoniti & tanquam numine afflati omnia circumspicientes*: εὐδιόωντες, *tranquilli*: κυλοιδιόωντες, *oculis turgescentes*: μητιόωντες, *consulentes, deliberãtes*: μυλιόωντες, *dentibus infrendentes*: περιτροπόωντες, *obeuntes, peragrantes.* fœmininum singulare in όωσα: vt, ἀγανόωσα, *desiderans*: γοόωσα, *lugens*: μαιμόωσα, *properans*: (malim μαιμώωσα per duplex ω, propter syllabam præcedentem, quę producitur. sic masculinum μαιμώων, *se mouens.* vide 220,29. sunt qui scribant μαιμάωσσα per geminum σ) παμφανόωσα, *omnino seu tota splendens, tota apparens.* Idem iudicium de voce passiua, vbi terminatio mutanda erit in άομαι vel ῶμαι: vt, όωνται pro ῶνται in ἑψιόωνται, *ludunt*: μηχανόωνται, *moliuntur*: ὑποσκιόωνται, *obumbrantur*: quæ sunt tertiæ pluralis præsentis indicatiui passiui. sic όωντο pro ῶντο in tertia plur. imperfecti: vt, ἑψιόωντο, *ludebant*: κατηπιόωντο, *mitigabantur*: augmento destituuntur. atque in tertia plur. optatiui ῴατο Ionicè pro ῷντο ex άοιντο: vt, πειρῴατο, *conentur, tentent.* & in participio εώμενος Ionicè pro ώμενος: vt, μηχανεώμενος, *machinans*: in plurali μηχανεώμενοι, *excogitantes*: ἐπιχρεώμενοι, & fœmininum ἐπιχρεώμεναι, *necessaria*: εἰρωτεώμενοι, *interrogati*: & in voce actiua, εἰρωτέωντες, *interrogantes.*

De σ in μαιμάωσσα duplicato vide 151,2 & 218,5.

όωνται | *όωντο* | *ῴατο* | *εώμενος* | *in άομαι vel ῶμαι*

Verborum in μι præsentia.

SED Hæc de Barytonorum & circumflexorum præsentibus dicta sufficiant. De præsentibus quoq; verborũ in μι aliquid dicendũ. Horum exempla in quarta coniugatione satis multa occurrunt: in aliis tribus perrara sanè, quorum saltem in CLENARDI Institutionibus aut Scholiis nostris non fuerit facta mentio, aut quæ ex eis non componantur. In iis quæ quartæ sunt coniugationis, facilis est thematis inuentio. ipsum enim sine dubio habebimus, modò vocabuli oblati terminationẽ (id est, id omne quod ponitur post characteristicam υ) mutemus in μι, si sit vocis actiuæ; aut in μαι, si fuerit passiuæ: vt in ῥήγνυσι, *rumpit, emittit*, mutando σι in μι redditur thema ῥήγνυμι. sic θι in secunda singulari imperatiui: vt, ὄρνυθι, *concita, incita, hortare vt maturet.* τω in tertia: vt, τινύτω, *luat, pendat.* ναι in infinitiuo: vt, προσσωρευνύναι, *accumulare*: προδεικνύναι, *præmonstrare*: ῥηγνύναι, *rumpere*: συμπηγνύναι, *coagmẽtare*: φῦναι, *nasci, coalescere, insitum à natura esse.* μεναι pro ναι Doricè in eodẽ infinitiuo: vt, ἐρύμεναι, *trahere.* ς in participio masculino: vt, διαδύς, *fugiens, euadens*: ἀναμιγνύς, *coniunctus.* ντες in plu-

In iis quæ habent υ pro characteristica, mutetur.

σι | *θι* | *τω* | *ναι* | *μεναι* | *ς* | *ντες* | *in μι*

plurali: vt, ἀνακρεμαννύντες, *suspendentes.* In voce passiua terminatio est mutanda in μαι: veluti ται in tertia singulari præsentis indicatiui, in αἴνυται, *capit, aufert*: ἀντιλάζυται, *recipit, capessit*: ἵδρυται, *situs est*: σκεδάννυται, *dispergitur, euanescit.* σθον in secunda duali: vt, ζώννυσθον, *punitis.* μεθα in prima plurali: vt, ἐπιεννύμεθα, *induimur.* νται & Ionicè αται in tertia: vt, εἰρύαται, *custodiunt.* σθαι in infinitiuo: vt, εἴρυσθαι, *seruare, custodire, trahi*: κατείρυσθαι, *detrahi, deduci*: ἕννυσθαι, *induere*: παραίνυσθαι, *adimere, auferre.* μενος in participio masculino: vt, ἐπεγκεραννύμενος, *immiscens*: κινύμενος, *qui mouetur*: παραποτμηγύμενος, *intercidens, dispertiens*: ἱδρυμένος, *stans*: at ἱδρύμενος, *situs, positus*; accentu in penultima; perfectum est, ab eodem tamen themate. μενα in neutro plurali: vt, ἀντενδεικνύμενα, *quæ contrariam indicationem habent*: συνενδεικνύμενα, *quæ indicationi conferunt.*

ται | σθον | μεθα | νται | σθαι | μενος | μενα — in μαι.

QVOD Autem attinet ad præsentia composita ex iis verbis in μι, quorum coniugatio habetur in Institutionibus CLENARDI, non habeo melius consilium aut expeditius, quàm vt huiusmodi simplicium coniugationes ad verbum edisci suadeam. si enim hæ probè teneantur, nulla sanè incidet difficultas in rimando compositorum themate. sed vt rudiores ad manum & in promptu habeant vbi se possint exercere, ex huiusmodi compositis ea quæ sæpius occurrunt in medium proferamus: ac primum loquamur de iis quæ componuntur è τίθημι: de quo 224,7. hæc in omnibus quorumuis præsentium personis è simplici semper seruant τιθ. si igitur quod has tres literas sequitur mutaueris in ημι pro temporibus actiuis, & in εμαι pro passiuis, verum habebis thema: vt in ἐπιτίθησι, *superimponit*, mutetur ησι in ημι, consurgit thema ἐπιτίθημι. sic εμεν in prima plurali: vt, ἀνατίθεμεν, *dicamus*: προστίθεμεν, *attribuimus.* ει pro ετι in imperatiuo, 225,16. vt διατίθει, *dispone*: ἐπιτίθει, *impone.* ἐναι in infinitiuo: vt, ἐπιτιθέναι, *imponere*: προτιθέναι, *proponere, permittere*: συντιθέναι, *componere, conscribere*: ὑποτιθέναι, *supponere, instituere.* εις in participio masculino: vt, ἀνατιθεὶς, *imputans*: παρατιθεὶς, *structor*: διατιθεὶς, *differens*: προστιθεὶς, *adijciens*: συντιθεὶς, *conficiens*: ἐπιτιθεὶς, *post habens.* Terminationes vocis passiuæ mutentur in εμαι: vt εται in tertia singulari indicatiui, διατίθεται, *disponit*: περιτίθεται, *cingit se*: συντίθεται, *conditur, inseritur*: ὑποτίθεται, *suggerit.* εσο in secunda singulari imperatiui: vt, ἀποτίθεσο, *reconde.* εσθε in secunda plurali: vt, συντίθεσθε, *componite, perficimini.* εσθαι in infinitiuo: vt ...

Præsentia compositorum in μι quomodo excutienda.

Composita è τίθημι.

ησι | εμεν | ει | εναι | εις — in ημι.

εται | εσο | εσθε | εσθαι — in εμαι.

ἔμθυ@ ... in εμαι

τίθεσθαι, *deponere* : διατίθεσθαι, *disponere* : προστίθεσθαι, *accedere* : προτίθεσθαι, *proponere* : συντίθεσθαι, *animaduertere*. ἔμενος in particip. singulari masc. vt, διατιθέμενος, *administrans* : παρατιθέμενος, *cui fercula apponuntur* : προτιθέμενος, *proponens, producens* : ὑποτιθέμενος, *subducens* : ὑπερτιθέμενος, *tardus* : ὑποτιθέμενος, *ponens, edocens*. ἔμενοι in plurali : vt, ἀνατιθέμενοι, *dicati* : διατιθέμενοι, *constituentes* : συντιθέμενοι, *consentientes*. ἔμενα in neutro plurali : vt, παρατιθέμενα, *fercula*. Idem sentiendum de cæteris à τίθημι aut τίθεμαι compositis.

Composita ab ἵστημι.

Præsentia Compositorum ab ἵστημι, vbique seruant tres literas simplicis, nempe ις : quicquid has sequitur, mutandum in ημι in temporibus actiuis, & in αμαι in passiuis, atq; hoc modo verum semper habebis thema: velut ησι in tertia singulari indicatiui : vt, ἀνίστησι, *suscitat* : ἀφίστησι, *pellit, auocat* : ἐξίστησι, *reddit attonitum* : ἐπίστησι, *præficit, adhibet*, ab Ionico (118,30.) ἐπίστημι pro ἐφίστημι : καθίστησι, *constituit* : dicitur & καθιστᾷ, *tuetur*, quasi à καθιστάω, (236,19.) περιίστησι, *conuertit*. ατον in secunda duali : vt, ἐφίστατον, *consistitis*. αμεν in prima plurali : vt, καθίσταμεν, *præficimus*. ατε in secunda : vt, ἀνίστατε, *excitatis*. ᾶσι in tertia : vt, ἐφιστᾶσι, *statuto tempore celebrant* : καθιστᾶσι, *præficiunt* : παριστᾶσι, *sistunt*. η pro αθι in imperatiuo, 328,29. vt, ἐφίστη, *præfice* : καθίστη, *effice* : προσίστη, *obijce*. sic κρήμνη, *præcipita*, pro κρήμναθι à κρήμνημι. ατε in secunda plurali : vt, καθίστατε, *constituite*. In optatiuo αίην, αίης : vt, ἀνισταίην, ἀνισταίης, *inseram, inseras*. eiusdem formæ est καταστεναίη, *moreretur*, à καταστένημι. άναι in infinitiuo : vt, ἀνιστάναι, *excitare, erigere* : διιστάναι, *dirimere* : ἐνιστάναι, *col locare* : ἐπικαθιστάναι, *substituere* : ἐφιστάναι, *collocare* : καθιστάναι, Ionicè (120,25.) κατιστάναι, *constituere* : μεθιστάναι, *auocare, dimouere* : συνιστάναι, *constituere, communi consensu comparare, decuriare*. hanc formam sequuntur ἀποπιμπλάναι, *implere, satisfacere* : ab ἀποπίμπλημι : ἐμπιπράναι, *incendere*, ab ἐμπίπρημι : ὑποπιμπράναι, *succendere*, ab ὑποπίμπρημι. Pro άναι ab ιστημι legitur ᾶν, quasi ab ιστάω : vt, καθιστᾶν, *inijcere* : παριστᾶν, *sistere*. Rursus pro reduplicatione ι sunt quæ habent ε, 329,2. vt, παρεστάναι, & Ionicè (182,10.) παρεστάμεν, *fauere* : περιεστάναι, *vndiq; claudi* : ἐφεστάναι, *præficere* : μετεστάναι, *secedere*, Ionicum est pro μεθεστάναι, 118,30. παρεστάναι, *apparere* : προεστάναι, *præesse* : συνεστάναι, *consistere seu constere*. sic & in prima plurali præsentis indicatiui, καθέσταμεν, pro καθίσταμεν, *coniecti sumus*. in tertia, ἐφεστᾶσι pro ἐφιστᾶσιν, *imminent, impendent* : καθεστᾶσι, pro καθιστᾶσι, *præfecti sunt*. in secunda plurali impera

ησι, ᾶ, ατον, αμεν, ατε, ᾶσι, η, ατε, αίην, άναι, ᾶν ... in ημι.

ες pro ις in compositis ab ἵστημι.

imperatiui, παρέστατε, *aſtate*, pro παρίστατε. ſic in tertia ſingulari ſimplicis, ἑστάτω pro ἱστάτω. In his & huiuſmodi, vt habeas thema, ε quod ponitur ante ς, mutandum in ι. [In ἑστάναι & ſequentibus, ε non eſt pro reduplicatione ι, ſed eſt augmentum: nec enim præſentis, ſed præteriti temporis ſunt iſta verba, formata non ſimpliciter, ſed per ſyncopen: ideoque ſignificationem habent non actiuam, ſed neutram. ἐφεστάναι igitur verius ſignificat *praeſſe* quàm *præficere*. & καθέσταμεν non eſt pro καθίσταμεν, quod ſignificat *conſtituimus*: ſed pro καθεστήκαμεν ſiue καθεστήκαμεν, *conſtituti ſumus, conſiſtimus*. ſic ἐφεστᾶσι non eſt pro ἐφιστᾶσι *præficiunt*, ſed pro ἐφεστήκασι, *præfecti ſunt*, vel *inſtant*, contractum ex Ionico ἐφεστάασι, 385, 29. eodē modo παρέστατε ſignificat *aſtate*: at παρίστατε *ſtatue iuxta vel prope*: & ἑστάτω *ſtet*, ἱστάτω *ſiſtat, ſtatuat*. nam ἵστημι in præſenti, imperfecto, futuro primo, & aoriſto primo, ſignificationē habet actiuam, *ſiſtendi, ſtatuendi*: at in perfecto, pluſquāperfecto, & aor. 2. neutram, *ſtādi*: quod teſtimoniis probare non eſt opus, quum exempla paſſim occurrāt in carmine pariter & proſa. Eſſe autem præteriti temporis hæc ab ε inchoata, teſtatur Euſtathius quoque. nam ἕσταμεν per ſyncopen factum tradit ex ἑστήκαμεν, & ἕστασαν ex ἑστήκεσαν. ſic imperat. ἕστατον ex ἑστήκετον, *ſtate*. at ἕσταθι per pleonaſmum ex ἕστακε, *ſta*, vt κλῦθι ex κλύε. In quibus manifeſtiora ſyncopes erunt veſtigia, ſi referantur potius ad ἕστακα quam ad ἕστηκα: veluti ſi ἕστασαν ex ἑστάκεσαν, nō ex ἑστήκεσαν, factum dicas. Etymologus vero duplicari ſyncopen indicat, quum ἕσταν ex ἑστήκεσαν eſſe conciſum docet. nam ex ἑστήκεσαν ſiue ἑστάκεσαν prima ſyncope fit ἕστασαν, de quo paulo ante: altera, ἕσταν: ἕσταν autem tenui ſpiritu, ex ἔστησαν, aor. 2. per eandem ſyncopen, vt idem teſtatur. Hoc tamen etiam ex Bud. commēt. notabis, ἑστακέναι actiuam quoq; ſignificationem habere: vt apud Greg. ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, *ſeipſum ſuſcitaſſe*: & Polyb. ἄνδρας ἐπιμελεῖς ἐφεστάκει, *viros diligentes præfecerat*. Certius igitur exemplum ε pro ι Ionicè (328, 32. & 38.) in reduplicatione vſurpati, eſt in Homerico ἀφεσταίη, Od. ψ, οὐ μέν κ' ἄλλη γ' ὧδε γυνὴ τετληότι θυμῷ ἀνδρὸς ἀφεσταίη. in quo etiā ἀφεσταίη poſitum neutraliter, pro aor. 2. ἀποσταίη, *abſtiterit*: hoc ſenſu, *haud ſanè alia mulier adeo audaci animo abſtiterit à viro ſuo*: vt paulo ante, τίφθ' οὕτω πατρὸς νοσφίζεαι, *quid ſic à patre ſecedis?* Vt, ſi omnino ἕστημι placeat, accipiendum ſit ſignificatione neutra, pro *ſto*: ἵστημι vero actiua, pro *ſtatuo, ſiſto, pono*.] In ημι verò, id omne quod ſequitur ς, veluti

ANNOTATIO *in regulam Anteſignani de mutatione* ε *in* ι.

ἕσταμεν ex ἑστήκαμεν. ἕστασαν ex ἑστήκεσαν.

ας — & in præcedentibus, atq; in sequentibus. ας in participio masculino: vt, ἐπισυνιστὰς, *qui concitat contra aliquem:* παριστὰς, *sistens, demonstrans:* περιιστὰς, *vndique iniyciens:* συνιστὰς, *sollicitans, compellens.* huius formæ sunt βιβὰς,

in ημι. — άντος, *gradiens*, à βίβημι τὸ βαίνω: & πιμπρὰς, άντος, *incendens*, in plurali πιμπράντες, *incendentes*, à πίμπρημι. ᾶσα in

ᾶσα, ῶσα — fœminino: vt, ἐφιστᾶσα, *reprimens.* & interdum ῶσα, tanquam à Circumflexo ἱστάω ἱστῶ: vt, καθιστῶσα, *efficiens:* παρ-

ῶσαι — ιστῶσα, *statuens.* ῶσαι in plurali: vt, προϊστῶσαι, *præponentes.* sic in masculino plurali ῶντες: vt καθιστῶντες, *confirmantes.*

ασαι — In præsentibus passiuæ vocis aut mediæ, mutetur in αμαι id quod ponitur post σ: veluti ασαι in secunda persona singulari indicatiui: vt, ὑφίστασαι, *suscipis, subis, sustines.* eiusdē formæ est ὑποδάμνασαι, *subigeris, vinceris,*

αται — ab ὑποδάμναμαι. αται in tertia: vt, ἀνίσταται, *surgit:* ἐνίσταται, *instat, incumbit:* ἐξίσταται, *labat, alienatur, degenerat:* ἐφίσταται, *instat, supernatat:* προΐσταται, *tutorem & defensorem assumit:* συνεξανίσταται, *vnà consurgit:* ὑφίσταται, *suscipit:* quibus similia sunt ἀνίπταται, *euolat.* ab ἀνίπταμαι: δάμναται, *su-*

άμεθα, ανται — *perat*, à δάμναμαι: πέταται, *volat*, à πέταμαι. άμεθα in prima plurali: vt, συνιστάμεθα, *inter nos conuenit.* ανται in tertia: vt, ἀνίστανται, *surgunt:* ἐνίστανται, *renituntur, aduersantur:* ἐξί-

ασο — στανται, *obliuiscuntur:* συνίστανται, *construunt, coëunt.* ασο in secunda singulari imperatiui: vt, καθίστασο, *depone:* μεθί-

ω, αίμην — στασο, *depone:* παρίστασο, *adsta, intersis.* vel ω pro ασο, 238, 11. vt, ἐπανίστω, *surge.* αίμην, αῖο, αῖτο in Optatiuo: vt, μεθισταίμην, μεθισταῖο, μεθισταῖτο, *migrarem, es, et.* eiusdem formæ sunt ὀναίμην, ὄναιο, ὄναιτο, *fruar, fruaris, fruatur:* & tertia pluralis Ionica (190, 30.) ὀναίατο, *fruantur*, ab ὄναμαι: πριαίμην, πρίαιο, *emam, emas*, à πρίαμαι: sed accentu variant. sic in Subiunctiuo πρίωμαι, *emam, comparem*, non πριῶμαι: de qua re 238, 20. & 28. (ὀναίμην & πριαίμην possunt etiam censeri aoristi primi Optatiui medij, & πρίωμαι subiunctiui, per syncopen pro ὀνησαίμην, ὄνησαιο, ὄνησαιτο, & πριασαίμην, πρίασαιο, ac πριάσωμαι,

ῆται, ANNOT. — vt habes 365, 9. & 11.) ῆται in tertia subiunctiui: vt, ἐφιστῆται, *emergat.* [*Nisi fortè Ionicum: solent enim hæc per*

άμεθα, ασθαι — αται *flecti communiter*, 227, 15.] άμεθα in prima plurali: vt, καθιστώμεθα, *subeamus:* προσιστώμεθα, *aggrediamur:* ασθαι in infinitiuo: vt, ἀνθίστασθαι, *obsistere, se opponere:* ἐξίστασθαι, *decedere:* ἐφίστασθαι, *insistere, incumbere:* μεθίστασθαι, *migrare:* προΐστασθαι, *tueri & defensitare, proponere:* συναπίστασθαι, *re-*

in αμαι. — *bellare*, Ionicum est (118, 30.) pro συναφίστασθαι: ὑπανίστασθαι, *honoris vel officij causa assurgere, assurgendo cedere:* ὑπεξίστασθαι, *clàm se subducere:* ὑφίστασθαι, *sustinere, in rerum*

natura esse: eiusdem formæ sunt ἀλέασθαι, *vitare, fugere*, ab ἀλέαμαι: ἀλεύασθαι, *euitare*, ab ἀλεύαμαι. [Sed Etymol. ἀλέασθαι & ἀλεύασθαι deducit à verbis non in μι, sed in ω. nam ex ἀλῶ, quod contractum est ex ἀλάω τὸ πλανάω, fieri primum ἀλέω. Ionica dialysi τοῦ ῶ: inde pleonasmo τοῦ υ nasci ἀλεύω, vt σεύω & χεύω ex σέω & χέω, δεύομαι ex δέομαι. ex actiuo igitur esse particip. ἀλεύας, vt σεύας, χεύας: ex medio, ἀλευάμενος, vt σευάμενος, χευάμενος, videlicet ἀπελεύσει τοῦ σ, 302, 11. itidemque ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν exponit non per imperf. sed per aoristum ἐφυλάξατο, *declinauit, vitauit*. Præs. imper. legitur apud Hesiod. ὑπαλεύεο φήμην, declina famam.] ἀπόνασθαι, *frui*: ἐξαλέασθαι, *effugere*: ἐπανακίρνασθαι, *rursus misceri*: καταπίμπρασθαι, *comburi*: πρίασθαι, *emere, redimere*: ὑπεξαλέασθαι, *vitare, declinare*: quorũ habebis thema, modò mutaueris ασθαι in αμαι. άμενος in participio singulari masculino: vt, ἀνιστάμενος, *excitans*: ἀφιστάμενος, *absistens, deficiens*: ἐνιστάμενος, *insistens, incipiens*: ἐξιστάμενος, *degenerans*: τὸ ἐξιστάμενον, *immutatum, quod degenerauit*: ἐφιστάμενος, *instans*, & Ionicè (118, 30.) ἐπιστάμενος, *stans, in summo, superstans*: (item *peritus*, ab ἐπίσταμαι, *scio*, 327, 2.) κατεξανιστάμενος, *imminens*: μεθιστάμενος, *mutans locum, cedens locum*: τὸ μεθιστάμενον, *quod amissum est*: παριστάμενος, *se offerens*: περιενιστάμενος, *iniens*: περιενισταμένου ἦρος, *ineunte vere*: προϊστάμενος, *præsidens*: συνιστάμενος, *accedens*: συνιστάμενοι, *conuenientes, coniurati & coëuntes*: ὑφιστάμενος, *subsidens, qui est in imo, sustinens*. eandem formam habent, ἀνακρεμάμενος, *suspensus*: μαρνάμενος, *dimicans, pugnans*: in plurali fœminino, κατακρημνάμεναι, *dependentes, præcipites pluuia plena*: in quibus muta άμενος & άμεναι in αμαι, & eorum thema habebis.

ANNOT.

άμενος — *in* αμαι.

άμεναι

IN Præsentibus compositorum à δίδωμι retinentur è simplici tres literæ διδ: quicquid has sequitur, mutandum in ωμι in temporibus actiuis, & in ομαι in passiuis: veluti ωσι in tertia singulari indicatiui: vt, ἀναδίδωσι, *producit*: ἀποδίδωσιν, *affert*: ἐκδίδωσι, *profert, exhibet, edit*. inuenitur & in eadem persona οῖ pro ωσι, quasi à circumflexo διδόω διδῶ: vt, ἐκδιδοῖ, *erumpit, exonerat se*: καταδιδοῖ, *influit*: μεταδιδοῖ, *impertit*. οῦσι in tertia plurali: vt, ἀναδιδοῦσι, *producunt, existunt*: ἐκδιδοῦσιν, *edunt, existunt*. pro οῦσι ponitur Ionicè όασι: vt, ἐπιδιδόασι, *tradunt*: μεταδιδόασιν, *impertiunt*: παραδιδόασι, *tradunt*. όναι in infinitiuo: vt, ἀναδιδόναι, *producere*: ἀποδιδόναι, *persoluere, reddere*: ἐκδιδόναι, *dedere*: ἐνδιδόναι, *præbere*: ἐπιδιδόναι, *crescere*: μεταδιδόναι, *communicare, distribuere*: παραδιδόναι, *remit-*

Composita à δίδωμι.

ωσι / οῖ / οῦσι / όασι / όναι — *in* ωμι.

ους | ουσα } *in ωμι.*

tere : προδιδόναι, prodere : ὑποδιδόναι, terga vertere. ους in participio masculino : vt, *ἀποδιδούς, referens, committens: ἐνδιδούς, dans, præbens, succumbens* : in plurali, *ἐνδιδόντες, dantes : ἐπιδιδούς, tradens : συνεκδιδούς, adiuuans ad collocandam puellam.* ουσα in fœminino: vt, *ἀναδιδοῦσα, prouenions : ἐνδιδοῦσα, ciens.* In voce passiua fiat mutatio in ομαι : veluti οται in tertia singulari indicatiui : vt, *ἀποδίδοται, concedit.* ῶται in subiunctiuo: vt, *ἀποδιδῶται, vendat.* οσθαι in infinitiuo : vt, *ἀναδίδοσθαι, ingeri, distribui.* όμενος in participio mascul. vt, *συναναδιδόμενος, vnà digestus, diffusus.* ομένη in fœminino, *προδιδομένη, proditionem molita.*

οται | ῶται | οσθαι | όμενος | ομένη } *in ομαι.*

Composita ab anomalis in μι.

SEQVVNTVR Præsentia compositorum ab anomalis in μι, quæ in multis locis ne vnum quidem thematis elementum retinent, quod nos possit in illius cognitionem deducere. In his non habeo consilium promptius aut expeditius, quàm vt simplicium coniugationes ad verbum edisci suadeam: quibus probè memoriæ mandatis, thematis inuentio tam in simplicibus quàm in compositis non potest non esse facilis, & maximè in præsentibus, de quibus nunc habetur sermo. nam eodem prorsus modo se habent præpositiones in omnibus quorumuis præsentiũ verbi alicuius personis, quo & in ipso themate. Itaque vt habeas thema in iis quæ à verbis anomalis in μι composita esse cum ex eorum significatione, tum ex præcognita simplicis coniugatione. deprehenderis, muta id omne quod ex huiusmodi coniugatione retinetur, in ipsius simplicis primam personam indicatiui eiusdem vocis: & sic semper verum compositi thema habueris, cùm in priori compositionis parte nihil omnino varietur: veluti *σύνει, versaris cum, simul es,* & *ἄπεστι, abest, deest,* ex εἰμί, id est, *sum,* componi, colligere non est difficile ex conformi significatione, & quòd in coniugatione præsentis εἰμί inueniatur in secunda persona εἶ, & in tertia ἐστί. mutentur igitur in ειμι, vera habebis themata, σύνειμι & ἄπειμι. idem iudicandum de aliis compositis quæ seruant εστι, vel quidpiam tale ex coniugatione præsentium τοῦ εἰμί: vt, *ἔνεστιν, inest, licet: ἔξεστι, licet : ἔπεστι, præest, imminet, inest, licet : μέτεστιν, adest, est mihi copia : πάρεστι, adest, licet, datur: περίεστι, superest, redundat: πρόσεστιν, adest, additur* : impersonaliter ferè capiuntur. Huc refer μοὐστί pro ἐμοῦ ἐστί.

Composita ab εἰμί.

ει | ἐστι } *in ειμι.*

ANNOTATIO. [Nisi cum Sylb. malis μοὖστι, vt τοὖστι apud Aristoph. sæpe, pro ἐμοῦ ἐστι, τοῦ ἐστι, facta enclisi. at προσοῖ (459,7.) pro tertia *πρόσοδοι accedit*, non reperio. alias esset vel *adibat,* vel

vel ἄδε, contractum ex πρόσει, (vt innuit Etymol. in ἐξ, exi) ab inusitato them. εω, quod inualuit apud Latinos.] Sic ἐσμὲν in prima plurali: vt, πάρεσμεν, adsumus: & poëticè (316,22.) εἶμεν pro ἐσμὲν: vt, ἔνειμεν, insumus: ἐστε in secunda plurali: vt, πάρεστε, adestis, venitis: εἰσὶ in tertia: vt, ἔνεισιν, insunt: πάρεισι, præstò sunt, adsunt, aduenerunt: περίεισι, supersunt: πρόσεισιν, insunt: σύνεισιν, & Atticè (401,21.) ξύνεισι, versantur cum. Ionicè (316,23.) ἔασι pro εἰσί: vt, ὑπέασι, subsunt, intus sunt. ἴσθι in secunda singulari imperatiui: vt, ξύνισθι, simul sis. ἔστω in tertia: vt, ἀπέστω, absit: συμπροσέστω, adhæreat. εἴη in tertia Optatiui: vt, ἐπείη, adsit: ἐξείη, liceat: ἐνείη, insit, supersit: μετείη, particeps esset, intersit, versetur inter: παρείη, adesset: περιείη, superesset, supersit: ὦ in subiunctiuo, & Ionicè (317,16.) ἔω: vt, παρῶ, & παρέω, præsens fuero, aduenero. sic in tertia plurali, παρῶσιν, & Ionicè παρέωσιν, adfuerint, aduenerint, vt simplex ὦσιν & ἔωσι, sint. ἦς in secunda singulari: vt, περιῇς, incolumis sis. ῇ in tertia: vt, ἐνῇ, insit, liceat: μετῇ & Ionicè (317,19.) μετέῃσιν, intersit: περιῇ, supersit: προσῇ, insit. εἶναι, in infinitiuo: vt, ἀπεῖναι, abesse: ἐξεῖναι, licere, fas esse: μετεῖναι, annumerari, participare: παρεῖναι, adesse: περιεῖναι, superesse, abundare: προσεῖναι, inesse: συνεῖναι & Atticè (401, 23.) ξυνεῖναι, versari cum. Pro εἶναι Ion. dicunt ἔμεν (317,24.) & poëtæ geminato μμ, ἔμμεν, esse. ὤν, ὄντος, in participio, & Ionicè ἐών, ἐόντος: vt, ἐνών, qui inest, insitus, contentus: ἐπιπαρών, qui adest: ἐπών & Ionicè ἐπεών, qui inest: παρὼν & παρεών, præsens, in pendens: περιὼν & περιεὼν, qui superest, superstes, viuens: προσιὼν, qui adest: συμπαρὼν & Ionicè συμπαρεὼν, vnà præsens, qui simul adest: συνών, versans & agens cum, præsens, qui adest, qui versantur cum. ὄντες & Ionicè ἐόντες in plurali: vt, ἀπόντες, qui absunt: παρόντες & Ionicè παρεόντες, præsentes, adstantes: περιόντες, qui superfuerunt, qui euaserunt: συμπαρόντες, qui simul adsunt, fautores: προσόντες, qui adsunt, aduenientes. οὖσα in fœminino: vt, ἡ ἀποῦσα, absens, terra peregrina: ἐνοῦσα, quæ inest: περιοῦσα, abundè suppetens: in plurali: περιοῦσαι, quæ supersunt, incolumes, extantes. in neutro singulari ὄν, & Ionicè ἐόν: vt, ἀπόν, absens, indecens: ἐνόν, cùm liceat: ἐξὸν & Ionicè ἐξεόν, cùm liceat: ἐπὸν & ἐπεόν, quod inest: μετόν, cùm liceat: παρὸν & παρεὸν, præsens, quod adest: & absolutè seu impersonaliter, cùm liceat, cùm adsit facultas, cùm offeratur occasio: περιόν, quod superest, reliquiæ: προσόν, quod superest, summa excurrens. ὄντα & Ionicè ἐόντα in plurali: vt, ἐπόντα, insita: περιόντα, & Ionicè

περι-

[Right margin: ἐσμεν, εἶμεν, ἐστε, εἰσὶ, ἔασι, ἴσθι, ἔστω, εἴη, ὦ, ἔω, ἔωσι, ἦς, ῇ, ἔῃσι, εἶναι, ὢν, ἐών, ὄντες, ἐόντες, οὖσα, ὂν, ἐὸν, ὄντα, ἐόντα — in εἰμι.]

προεόντα, *prius existentia, præterita*: τὰ προσόντα, *parta bona, rationes, conditiones*: & simplex τὰ ὄντα, *existentia.*

Composita ab εἶμι.

CONSIMILIS Ratio est obseruanda in præsentibus compositorum ab εἶμι, *vado, eo & ibo*: cuius coniugatio posita est paginis 317. & 318. Vt enim illorum themata habeantur, mutandum in ειμι, id quod ea composita habuerint è coniugatione simplicis εἶμι: veluti εἶ in secunda singulari indicatiui: quæ quamuis à secunda τοῦ εἰμὶ, id est *sum*, neque in simplici neque in compositis differat, significatione tamen facilè discernitur: quemadmodum & ipsa themata ex his duobus verbis composita, & quædam aliæ personæ, quæ sola significatione dignosci possunt ab hocne an ab illo componantur: vt, † πρόσει, *adis*, vel *adibis*: vsurpatur quoq; pro tertia, *accedit.*

εἶ

εἶσι

εἶσι in tertia: vt, ἄνεισι, *succrescit, excrescit, ascendit*: ἄπεισι, *abit, redit*: δίεισι, *transit, transmittit*: εἴσεισι, *subit, ingreditur*: κάτεισι, *descendit*: μέτεισιν, *vlciscitur*: πάρεισι, *prodit, accedit*: περίεισι, *ambit, circumit*, vel *circumibit*: πρόεισι, *procedit*: πρόσεισιν, *accedit, obuenit.*

ιμεν

ἴεμεν

ἴασι

ιμεν in prima plurali: vt, μέτιμεν, *petimus, proficiscimur.* (dicitur & ἴεμεν, quasi ab ἵημι: vt, καθίεμεν, *descendimus*) ἴασι Ionicè in tertia plurali: vt, ἐξίασιν, *exeunt*: ἐπίασιν, *irruunt, increpant*: μετίασιν, *animaduertunt in*: παρίασι, *prodeunt, accedunt*: περιίασι, *circumeunt, peragrant, oberrant*: συναπίασι, *simul discedunt.*

ιθι

in εἶμι.

ιθι in imperatiuo: vt, ἄπιθι, *discede, abi*: εἴσιθι, *ingredere*: ἔξιθι, *exi, abi*: hinc ἦξιθι, pro ἢ ἔξιθι, *vel exi*: ἐπάνιθι, *redi*: πάριθι, *accede, adesto*: πρόσιθι, *accede.*

ἴτω

ἴτον

ιτε

εἶναι

ἴτω in tertia: vt, παρίτω, *veniat*: προσίτω, *accedat.* ἴτον in secunda duali: vt, ἔπιτον, *accedite*: πρόσιτον, *accedite.* ιτε in secunda plurali: vt, πάριτε, *adeste, transite.* εἶναι in infinitiuo: vt, κατεῖναι, *descendere*: ὑπεῖναι, *subrepere, subintrare.*

ἔμεναι

ἔμμεναι

ἰέναι

ANNOT.

dicitur etiam poëticè ἴμεναι & ἴμμεναι, veluti & pro εἶναι ab εἰμι, *sum*, 317, 19. vt, ἐξέμεναι & ἐξέμμεναι, *exire.* sæpenumero quoque occurrit ἰέναι: vt, ἀντιπροσιέναι, *occurrere*: ἀπεξιέναι, *vindicare.* [Sed in vindicandi significatione verius dicitur ἐπεξιέναι, quod propriè significat *exire aduersus*, vt quum hostis propulsandi gratia exitur. ἀπεξιέναι esset *exire alicunde.*] εἰσιέναι, *intrare*: cum ὑπὸ, ὑπεισιέναι, *subire*: ἐκπεριιέναι, *ambire & vsquequaque circumdare*: ἐπεξιέναι, *egredi, persequi*: ἐπιέναι, *inuadere*: ἐπιπαριέναι, *accedere*: ἐπισυνιέναι, *conuenire*: ἐσιέναι, *ingredi*: κατιέναι, *reuerti, descendere*: μετιέναι, *petere, capessere, persequi*: παριέναι, *ingredi*: περιιέναι, *circumire, peragrare*: προϊέναι, *progredi*: προσιέναι, *adire, referre, ingredi*:

ὑπεξ

ἀπεξιέναι, *abire* : ὑπεξιέναι, *prodire* : ὑπιέναι, *subire*. hic infinitiuus ἰέναι fit tanquam ab ἵημι. sic part. ἰεὶς : vnde ἰεὶς
† διιεὶς, διιέντος, *transiens*, in genitiuo plur. διιέντων, *percurrentium*: διεξιεὶς, *perrumpens*, *irrumpens* : ἐμπροιεὶς, *velox* : ἐξιεὶς, *exiens* : ἐπιεὶς, ἐντος, ἐνὶ, in datiuo plurali ἐπιεῖσιν, *inuasoribus*. regulare tamen participium est ὁ ἰὼν, ἰὼν
ἰόντος : ἡ ἰοῦσα, ἰούσης : τὸ ἰὸν, ἰόντος, *iens* : vnde composita, ἀνιὼν, όντος, *ascendens*, *oriens* : ἀνθυπεξιὼν, *insequens*, *sese sic inde opponens* : ἀπιὼν, *abiens* : εἰσανιὼν, *ascendens* : εἰσιὼν, *ingressus* : ἐξανιὼν, *egressus* : ἐξιὼν, *exiens* : & de futuro *exiturus*. [*Nisi fortè quædam ex his & similibus compositis* ANNOT.
pertineant ad ἵημι, mitto.] ἐπανιὼν, *reuersus*, *qui regreditur* : ἐπεξιὼν, *persequens* : ἐπιπαρεξιὼν, *paulatim euadens*, *excedens*, *vitans*, *detrectans* : ἐπικατιὼν, *descendens*, *desidens* : ἐπιπαρελθὼν, *superueniens* : ἐπιὼν, ἐπιόντος, *instans*, *insequens* : ἐσιὼν, *ingressus*, *concedens* : κατιὼν, κατιόντος, *decurrens*, *delabens* : μετιὼν, *percurrens*, *ambiens* : παρεξιὼν, παρεξιόντος, *præteriens*, *obequitans* : παριὼν, *transiens* : περιιὼν, *circumiens* : προϊὼν, προϊόντος, *præcedens*, *prodiens*, *progressus* : προσιὼν, *accedens* : συγκατιὼν, *vnà descendens*. ἰόντες in ἰόντες } in ἰέναι.
plurali : vt, ἐπισυνιόντες, *conuenientes* : μετιόντες, *sollicitantes*, *vlciscentes* : παρεισιόντες, *introeuntes*, *ingredientes* : παριόντες, *prætereuntes* : ἀπιόντες, *discedentes* : ὑπιόντες, *lacessentes*. ἰοῦσα in fœminino singulari : vt, διιοῦσα, *quæ* ἰοῦσα
transcurrit : ἡ ἐπιοῦσα, *postera ac proximè sequens*, *crastina dies vel nox* : κατιοῦσα, *descendens*. ἰὸν in neutro : vt, ἐπιὸν, ἰὸν
quod irruit, *quod sequitur*, *quod in mentem veniebat* : περιὸν, *quod superest*. ἰόντα in plurali : vt, τὰ εἰσιόντα, *ingredientia*, *cibus & potus* : τὰ προσιόντα, *obuentiones*, *reditus*. ἰόντα
Sunt qui malint huiusmodi participia esse aor. secundi, quasi à simplici εἴω, cuius aor. sec. ἴον : vnde & in Optatiui tertia plurali ἴοιεν, *irent*, *tenderent* : composita παρεξίοιεν, ἴοιεν
præterirent : προσίοιεν, *adirent*, *accederent*. & in subiunctiuo ἴω, ἴῃς, ἴῃ : prima pluralis ἴωμεν, & poëticè (306,15.) ἴω
ἴομεν, *eamus* : tertia pluralis ἴωσιν, *iuerint*. composita, ἐπίω, *aggrediar* : ἐπίωμεν, *aggrediamur* : dicitur & poëticè ἐμπίω, *inuasero*, seruato ι præpositionis ἐπὶ, 172, 29. in tertia persona ἐπίῃ, *inuaserit*, *succurrerit*, *in animũ venerit*. ἴῃ
ἐμπίῃ, *inuaserit* : κατίῃ, *descenderit* : προσίῃ, *aduenerit*, *aduentarit*. Inuenitur & huius verbi vox passiua ἵεμαι, tanquam ab ἵημι : vnde μετίεμαι, *adeo*, *aggredior* : pro actiuo ἵεμαι
μέτειμι : & in tertia plurali subiunctiui, † ἐπίωνται, *aggrediantur*, ab ἐπίεμαι pro ἔπειμι sic infinitiuus καθιέσθαι, *descendere*, à καθίεμαι pro κάτειμι. ἴωνται ἰέσθαι

PRAESENTIA Compositorum ab ἵημι, cuius Composita ab ἵημι.
coniu

coniugatio habetur paginis 319.& 320. vbique retinent reduplicationẽ ι. quod post hanc ponetur, in voce actiua mutandũ erit in ημι, & in passiua in εμαι: quod inde consurget, verum erit thema: verbi gratia, ης in secunda persona singulari indicatiui: vt, μεθιῇς, *negligis*. ησι in tertia: vt, ἀνίησι, *remittit*: διίησι, *transmittit*: ἐνίησιν, *immittit*: μεθίησιν, *emittit*: παρίησι, *resoluit, languescere facit*. dicitur & εῖ pro ησι, quasi ab ἱέω, 236, 19. vt ἐξιεῖ, *excutit*: καθιεῖ, *demittit*, à καθίημι Ionico (118, 30.) pro καθίημι. sic μεθιεῖ, *remittit, perfert*, à μεθίημι pro μεθίημι. si hæc in ει, penultimam acuant, ἐξίει, καθίει, μεθίει, erunt tertiæ personæ singularis imperfecti, vel secundæ imperatiui: vt, ἐτίθει, 234, 20. & τίθει, 235, 17. εμεν in prima plur. vt, ἀπίεμεν, *emittimus*, ab ἀπίημι Ionico pro ἀφίημι, 118, 30. ᾶσι pro εῖσι Ionicè in tertia plurali: vt, ἐναφιᾶσιν, *insigunt*: ἐξιᾶσιν, *eyciunt, emittunt*: ἐπαφιᾶσιν, *admittunt*: παριᾶσι, *remittunt, admittunt*. ει pro εθι in secũda sing. imperat. 322, 33. vt, πάρει, *relaxa, remitte*. ετε in secunda plur. vt, μεθίετε, *detrectate* seu *detrectetis*. ῇ in tertia Subiũctiui: vt, ἀνιῇ, *cesset*: ἀπιῇ, *emittat*, ab ἀπίημι Ionico (118, 30.) pro ἀφίημι. εναι in infinitiuo: vt, ἀνιέναι, *remittere, cessare*: ἐφιέναι, *inijcere*: καθιέναι, *demittere, collocare*: μεθιέναι & Ion. (322, 38.) μεθιέμεν, *negligere*: παριέναι, *relinquere, permittere*: προϊέναι, *permittere, concedere, largiri*: ὑφιέναι, *submittere*. εὶς, έντος, in participio masculino: vt, ἀνιεὶς, *excitans*: ἀφιεὶς, *emittens*: ἐπανιεὶς, *remittens*: καθιεὶς, *demittens*: μεθιεὶς, *permittens*: παριεὶς, *prætermittens*. έντες in plur. vt, ἀνιέντες, *dimittentes*: ἀφιέντες, *omittentes*: ἐνιέντες, *inijcientes*: κατιέντες, *demittentes*, à κατίημι Ionico (118, 30.) pro καθίημι: παριέντες, *omittentes*: ὑπιέντες, *cedentes, remittentes*, ab Ionico ὑπίημι (118, 30.) pro ὑφίημι. εῖσα in fœm. singul. vt, ἐφιεῖσα, *relaxans*. ὲν in neutro: vt, μεθιὲν, *transmittens*. εται in tertia sing. indicatiui pass. vt, ἀνίεται, *euanescit*: διίεται, *traijcitur*: προσίεται, *admittit, patitur, animum inducit*: ὑπερίεται, *extollitur*: ὑπίεται, *remittitur*, ab Ionico ὑπίεμαι (118, 30.) pro ὑφίεμαι. εμεθα in prima plur. vt, προσιέμεθα, *admittimus*. ενται in tertia: vt, ἀπίενται, *emittunt*, Ionicũ est pro ἀφίενται: ἐφίενται, *petunt*: προσίενται, *admittunt*. εσθαι in infin. vt, ἀφιέσθαι, *pro derelicto habere*: ἐφίεσθαι, *studiosum esse*: καθυπιέσθαι, *præuaricari, pro nihilo ducere*: μεθιέσθαι, *deserere*: προΐεσθαι, *proijcere, prodere, cedere, largiri*: ὑφίεσθαι, *decedere*. εμενος in part. sing. masc. vt, ἀνιέμενος, *vagabundus*: καθιέμενος, *demissus, coniectus*: προϊέμενος, *emittẽs*: ὑφιέμενος, *cõcedens, remittens, se submittẽs*: & simplex ἱέμενος, *cupiẽs, cupidus*. εμένη in fœm. vt, κατιεμένη, *demissa*, à κατίεμαι Ion. pro καθίεμαι, 118, 30. έμενα in

in ημι: ης, ησι, εῖ, εμεν, ᾶσι, ει, ετε, ῇ, εναι, εὶς, έντες, εῖσα, ὲν

in εμαι: εται, εμεθα, ενται, εσθαι, έμενος, εμένη, εμένα

in neutro plurali : vt, τὰ ἀφιέμενα, *missilia*.

Composita ab ἧμαι.

A B ἧμαι (de quo 323,40.) componuntur ἄφημαι, vnde participiũ ἀφήμενος, *sedens*: πάρημαι, vnde παρήμενοι, *assidentes*: & κάθημαι, quod & Ionicè κάτημαι, 118,30. hæc, & ex his rursus composita, quæ significatione facilè dignoscentur, seruant communiter καθ, & Ionicè κατ : vt habeas thema, muta in ημαι id quod ponitur post καθ, vel κατ Ionicè: vt εαται in κατέαται, *constituti sedent*, quod Ionicum est (324,6.) pro κάθηνται. ώμεθα in prima plurali subiunctiui : vt, καθώμεθα, *sedeamus*. ήμενος in participio: vt, καθήμενος & Ionicè κατήμενος, *sedens, considens*: ἀποκαθήμενος, vnde ἡ ἀποκαθημένη, *mulier menstruata*: ἐπικαθήμενος & Ionicè ἐπικατήμενος, *insidens*: παρακαθήμενος, *assidens*: περικαθήμενος & Ionicè περικατήμενος, in plurali περικατήμενοι, *discumbentes*: προσκαθήμενος, *obsidens, assidens*; ὑποκαθήμενος, *insidians*.

εαται, ώμεθα, ήμενος } in ημαι.

Composita à κεῖμαι.

S E Q V V N T V R Ducta à κεῖμαι, de quo 326,19. hæc communiter vbique retinent κει : quod hanc syllabam sequitur, mutandum in μαι, si hinc descendere significatio quoque demonstrarit, & habebis thema : veluti ται in tertia singulari indicatiui : vt, ἀπόκειται, *repositum est*: παρέγκειται, *interpositum est, interiacet*: περίκειται, *circumdatus est*: σύγκειται, *certum est, constat, conscribitur*: ὑπέρκειται, *præest*: ὑπόκειται, *constitutum est*. σθε in secunda plurali: vt, σύγκεισθε, *coniurastis*. νται in tertia : vt, σύγκεινται, *conscribuntur, constant*. σο in secunda singulari imperatiui : vt, περίκεισο, *redimire, circumfundere*. σθω in tertia: vt, ἐπικείσθω, *imponatur*: ὑπερκείσθω, *differatur*. σθαι in infinitiuo: vt, προκεῖσθαι, *incumbere*: προσκεῖσθαι, *sequi*: προϋποκεῖσθαι, *priùs editum seu subiectum esse*: & simplex κεῖσθαι, *iacere, positum esse*. μενος in participio: vt, ἀποκείμενος, *repositus, reconditus*: διακείμενος, *affectus*, παρακείμενος, *adiacens, recèns præteritum*: περικείμενος, *circumdatus, circumfusus*: προκείμενος, *exporrectus, præsens*: προσκείμενος, *adhærens*: (hinc aduerbium προσκειμένως, *instanter, addictè*) προϋποκείμενος, *propositus*: συγκείμενος, *simul positus*: ὑπερεγκείμενος, *super discumbens*: ὑποκείμενος, *præsens, subiectus*: & simplex κείμενος, *situs, inhærens, incumbens*. μένη in fœminino singulari, & μεναι in plurali: vt, ἐπικείμεναι, *adiacentes, circumiecta*. μενον in neutro singulari : vt, ἀντικείμενον, *oppositum, contrarium, repugnans*: ἐπικείμενον, *impendens*: τὸ προκείμενον: *id de quo agitur*: τὸ συγκείμενον, *quod conuenerat*. μενα in plurali: vt, ἐπικείμενα, *imposita*: προσκείμενα, *adhærentia, adiacentia*. Pro κεῖμαι poëtæ vsurpant κέεμαι & κέομαι pro κεῖμαι & κέομαι : ab vtrouis in tertia singulari indicatiui κέεται.

ται, σθε, νται, σο, σθω, σθαι, μενος, μένη, μενον, μενα } in μαι.

fit κέεται, & infinitiuus κέεσθαι. vnde cum ἐπὶ, ἐπικέεται, *sancitũ est*: & ἐπικέεσθαι, *infligi*. & à κέομαι Optatiuus κεοίμην, κέοιο, pro κείμην, κεῖο, *iacêrem, iacêres*: κέοιτο, *iaceret* seu *iaceat, sit*: cum ἐπὶ, ἐπικέοιτο, *incumberet.*

Composita ab ἵσημι.

PRAESENTIA Orta ab ἵσημι (de quo 326, 32.) vbique seruant ισ, præterquam ἰσῶ, pro ἰσῶ, *sciat*, 326, 40. in reliquis verò quæ ab ἵσημι duci ex significatione vel ex illius coniugatione deprehendentur, mutetur in ημι id quod ponetur post ισ: vt μεν in προΐσμεν, *præscimus, præcognitum habemus*, primæ pluralis syncopatæ pro προΐσαμεν. & in secunda ατε, & syncope τε: vt, ξύνιστε, *scitis*: σύνιστε, *simul scitis*. in tertia ασι: vt, προΐσασι, *prænorunt*. (pro simplici ἴσασι, dicitur Doricè ἴσαντι, *sciunt*, vt aliàs αντι pro ασι, 175, 24.) αθι in imperatiuo & syncope θι: vt, σύνισθι, *sis conscius*. Idem censendum de compositis ab ἵσαμαι: & φημὶ, de quibus 327, 1. & 328, 1. nam in illis seruatur ισ, in his φ: vt, προεπιστάμεθα, *iam scimus*, à προεπίσαμαι: καταφάναι, *affirmare*, à καταφημί. Simplicis φημὶ, subiunctiuus est φῶ, tertia persona φῇ & Ionicè (228, 33.) φῇσι, *dicat*, poëticè φήῃ, vt σήῃ 237, 1. Et hactenus de regularibus irregularibusque Barytonorum, Circumflexorum, ac verborum in μι præsentibus: pergamus ad imperfecta.

μεν in ημι.

τε, ασι, θι } in ημι.

Composita ab ἵσαμαι

Composita à φημί.

IMPERFECTORVM THEMATA QVOMODO INVESTIGANDA.

Imperfecta augmento destituta.

IN Rimandis imperfectorum augmento destitutorum thematibus eadem omnino est obseruanda ratio quæ & in præsentibus. nam in barytonis terminatio actiua mutanda in ω, & passiua in ομαι: in Circumflexis etiam & verbis in μι, id quod terminationis loco positum est, in thematis terminationem vertendum. Idem quoque erit obseruandum in imperfectis quæ augmentum receperunt: sed illud priùs abiiciendum, & si qua literarum mutatio vel detractio ob augmentum facta fuerit, omnia in pristinum thematis statum erunt restituenda, vt suo loco docebimus, sed ea primùm in quæ incrementum nullum cadit, aut quæ illud poëticè abiecerunt, quia faciliora sunt, paucis expediamus. In Barytonis igitur actiuis, vt habeatur thema, mutetur sola terminatio in ω: veluti ον in prima persona singulari atque

Imperfecta cum augmento.

In imperfectis quæ augmentum non ha-

atque in tertia plurali : vt, πλῶον, *nauigabam* ſeu *nauigaui* : (interdum enim imperfectum aoriſti ſecundi ſignificationem habet, pro illoque vſurpatur) ἔρχδον, *admouebant* : ſi ε eſſet ex augmento, dicendum eſſe ἔῤῥειδον. 28, 40. καλύπτεσκον, *induebant*, *cooperiebant* : κλᾶιον, *lugebant*, *flebant*. [*Non dubitat Sylburg. quin ſit ſcribendũ κλαῖον flebant, à κλαίω*] ὄλεκον, *perdebant*, *perimebant* : μύρον, *lugebant*. [*Sed verius eſt* ὀρέχθεον *apud Heſych. ex Il.* ψ, *de bobus mactatis*, ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ, ingemiſcebant. *at Od.* ε, ῥόχθει μέγα κῦμα, ſtrepebat.] ὑπέκφερον, *efferebant* : φρίσσον, *horreſcebant* : χρῖον, *ungebant*. bent, mutetur in ω. ε, ſeu εν ante vocalem, in tertia ſingulari : vt, ἀντικάθευδε, *viciſſim dormiebat* ſeu *dormiuit* : ἀράρισκεν, *aptabat* ſeu *aptauit* : αὖε, *clamabat*, *inſonabat* : βράχε, *reſonabat* : ἔδυνεν, *induebat* ſeu *induit* : ἔντυε, *parabat*, & *para* in imperatiuo : ἐπίπλωε, *veniebat ex aduerſo* : ζῶε, *viuebat* : κέραιρε, *miſcebat* : κάρκαιρε, *commouebatur* : κήκιε, *faliebat*, *cum ſaltu ſurſum ferebatur* : καλλίτευεν, *obſecrabat* ſeu *obſecrauit* : Ionicum eſt (118,30.) pro καθικέτευε : nam ſimplex ἱκετεύω aſpiratur : κρίκε, *ſtridebat* ſeu *reſonauit* : (poteſt etiam cenſeri perfectum pro κέκρικεν, à κρίζω, μ. σω : vel etiam aoriſti ſecundi pro ἔκριγε, verſo γ in κ, ab eodem κρίζω, cuius futurum eſt etiam κρίξω) κικλήσκεν, *appellabat*, *vocabat* : (vide 411,3.) πάσσε, *conſpergebat* : περίῃε, *circumcurſabat*, *obambulabat* : περιστενάχιζε, *circumgemebat* : πλῶε, *nauigabat* : ῥέε, *fluebat* : ῥέπε, *vergebat* : τίε, *cum honore excipiebat* ſeu *excepit* : ὗε, *pluebat* : ὑπέρεπε, *deijciebat* ſeu *deiecit* : φάε, *lucebat* : φῦεν, *adhærebat*, ſeu *adhæſit*. In voce paſſiua ſeu media mutetur terminatio imperfecti in ομην : veluti όμην in prima perſona ſingulari : vt, ἠερεθόμην, *ſuſpenſus eram*, vide 331,12. ετο in tertia : vt, καίετο, *ardebat* : κέκλετο, *hortabatur* : κήδετο, *curam habebat* : ξυνεφέπετο, *conſequebatur* : ὄσσετο, *videbat*, Æolicum eſt pro ὤπετο, ab ὄσσομαι pro ὄπτομαι : cum προτὶ Dorica præpoſitione pro πρὸς προτιόσσετο, *ante oculos proponebat* : vbi προτὶ non abiecit ι ante ο, 179,29. περιστοναχίζετο, *circumgemebat* : περιτρέφετο, *coagulabatur* ſeu *coagulata eſt*, *circumcreuit* : τελέετο, *perficiebatur*, à poëtico τελέομαι pro τελέομαι ὄμην, 360, 29. ὑπερείπετο, *ſubruebatur*, ſeu *ſubrutus eſt* : χώετο, *iraſcebatur*. εσθην in tertia duali : vt, κορυσσέσθην, *armabantur duo* : τερπέσθην, *oblectabantur* ſeu *oblectati ſunt*. οντο in tertia plurali : vt, ἀμείβοντο, *reſpondebant*. [*Sed ſæpius eſt Aoriſt. 2. ab* ἀμείβω, 355, 25. † εὐπλίσσοντο, *pulchrè & pedetentim ibant*. [*Vel* εὐπλίσσοντο *vel* εὖ πλίσσοντο *ſcribendũ, ut ſupra* 290, 20.

Marginalia: ον — ANNOT. — in ω. — ANNOT. — ε, εν — όμην — ετο — in ομαι. — εσθην — οντο — ANNOT. — ANNOT.

notatum est.] [illegible], *pend*[illegible], vide 311,21. [In [illegible] putant [illegible] ex incremēto esse sicut [illegible] in [illegible]: eastemque in horum thematicis [illegible] esse [illegible] primitiuis ἀείρω & ἐγείρω. legitur tamen apud Hesych. etiam præsens [illegible]θονται, præsenti quoque expositum, εἰς ἀέρα αἴρονται in *aërem tolluntur.* [illegible] & [illegible], *meminerunt*, a poëtico [illegible], [illegible], *litigabant, asperè congressi sunt.* [*Sed rectius fortasse* [illegible] *vel* [illegible], *ut apud* [illegible] *est: vel* [illegible], *ut apud Hesychiū, à themate in* [illegible] *non in* [illegible].] [illegible], *peribant:* ἐρέοντο, *interrogabant:* ὀρμεον[illegible], *procedebant seu processerūt.* [Pro [illegible], Odyss. [illegible] est [illegible], vt aliquanto ante [illegible] & [illegible], nimirum ω quod ex αο fuerat contractum, poëticè in οω dissoluto.] ὄρνυτο, *impellebantur:* [illegible], *circumoccidebant:* [illegible], *struebant & moliebantur:* [illegible], *reconciliabantur:* [illegible], *extendebātur:* [illegible], *struebant:* [illegible], *crescebant, educabantur.* εο pro ου Ionicè (186,23.) in secūda singulari: vt, † ἵζεο, *sedebas*, & *sede* in imperatiuo. [In superior. edit. erat ἵζεο, ex Hesychio videlicet, apud quem legitur ἵζεο, ἐκαθέζου, *sedebas*, ι tenuato. sed veriora sunt ἵζες & ἵζεο, quæ in illo sunt confusa: ac fortan occasioné illi præbuit ε in ἵζεο superscriptum literæ ι, ad significandam scripturæ duplicitatem: quod in manuscriptis libris est admodum frequens.]

Annot. in ομαι.

Annot.

Annot.

εο

Conjectura Sylburgij.

Imperfecta ducta à futuro tanquam à præsenti.

Notanda Sunt imperfecta ducta à futuris, quæ pro præsentibus vsurpantur, de quibus 332,18. ea enim ad thema primigenium sunt referenda: vt, βήσετο, *ascendebant* seu *ascendit*, potiùs ad βαίνω quàm ad eius futurū βήσομαι: & τέρσετο, *siccabatur*, ad τείρω: vnde futurum Æolicum τέρσω, pro τερῶ, (333,10.) quod pro præsenti vsurpatur: hinc passiuum [illegible] & participium τερσάμενος, *siccatus.* Idem etiam plerumque erit obseruandum in iis imperfectis quæ ducuntur à præsentibus poëticis: quæ si in Lexicis non inueniantur, quærenda erunt primitiua è quibus poëtica illa sunt deducta.

Hvc Quoque referri possunt imperfecta Ionica quæ in Barytonis inter characteristicam & terminationem recipiunt epenthesin literarum εσκ. sed augmētum rarò admittunt. in huiusmodi si mutaueris εσκ, & terminationem sequentem actiuam in ω, & passiuam in ομαι, verū habes thema, nisi mauis referre ad poëticum in σκω aut σκομαι: veluti [illegible] in prima singulari & tertia plurali in sequentibus & similibus, σώεσκον, *seruabam* seu *seruabant:* πελέθεσκον, *eram:* ζώεσκον, *viuebant:* cum

εσκον in ω.

Αἰεὶ,

ANNOTATIO. [Verum πεφυγώς & similia non est opus ex inusitato φύγω deducere, cum regulariter è recepto φεύγω formare possimus. 178,10.]

Χάσκω à χαίνω.
1 ἐπιχάσκω.
2 ἀποχάσκω.

239 In indicatiuo, ἐπικέχηνα, *inhiaui*,[1]. ἀποκέχηνε, *dehiscit, hiauit*,[2]. In participio, ἐπικεχηνώς, *inhians*,[1]. sic simplex, κεχηνώς, ότος, *hians, os aperiens*: κεχηνότες, *hiantes, stulti*. In plusquāperf. simplicis, ἐκεχήνει, & Atticè (300,11.) ἐκεχήνη, & sine augmento κεχήνη, *hiabat, intentus erat.* In tertia plurali, ἐκεχήνεσαν, & Atticè (300,13.) ἐκεχήνεσαν, *intenti erant.*

Atque hactenus de temporibus quæ in characteristica cum præsenti indicatiui, id est cum ipso themate, cognationem habent. Dicendum nunc de futuro, & de perfecto vocis actiuæ, ac de aliis quæ horum seruant figuratiuam.

FVTVRORVM ET AORISTORVM PRIORVM VOCIS ACTIVÆ & mediæ themata quomodo inuestiganda.

In his temporibus consideranda.
Characteristica.

MAXIMA Est horum duorum temporum affinitas in characteristica: qua sola à reliquis omnibus temporibus ferè dignoscuntur. In voce tamen passiua, secunda persona perfecti & plusquamperfecti indicatiui & imperatiui, atque totum paulopostfuturum, ab his characteristica non differunt, nisi in quinta coniugatione: sed ab illis augmento aut terminatione facilè distinguentur. Termina

Terminatio.

minatione quoque hæc duo tempora à sese discernuntur. nam aoristus primus habet ferè α post characteristicas ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ϱ, vbi futurum primum capit ε aut ο. imò terminatio vnius ab alterius terminatione semper est diuersa.

Penultima.

Penultimam à themate dissimilem nunquam habent, nisi in quibusdam quintæ coniugationis & sextæ. in hac enim, si hæc tempora ante charasteristicam σ, habuerint η aut ω, thema habet ε aut α pro η, & ο pro ω.

η ex ε aut α, ω ex ο.

In quinta verò si futurum habuerit α aut ε, thema sæpe habet αι pro α, si characteristica sit ν aut ϱ: & plerumque ει pro ε, præsertim si characteristica quoque sit ν aut ϱ.

α ex αι.
ε ex ει.

& quum aoristus primus habuerit α aut η puncto subscripto, in themate est αι. quidam scribunt per η monophthongum: hoc tamen fit ex α, si characteristica fuerit λ. Præterea ει interdum fit ex ε, præcipuè si figuratiua fuerit μ aut λ. In aliis penultimæ nulla est habenda ratio.

α & η ex αι.
ηλ- ex αλλ-
ει ex ε.

Augmentum.

Augmentum etiam hîc molestiam nullam exhibet, nisi in aoristo primo indicatiui: sed illius eadem est ratio quæ & in imperfecto & in aoristo secundo indicatiuorũ: de quibus antè pluribus egimus.

Characteristica ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ϱ.

Characteristicæ præcipua sit hîc consideratio: pro ψ, in themate est aut π, β, aut φ, aut πτ: & κ, γ, χ, κτ, σσ, siue ττ, aut ζ, pro ξ: τ, δ, θ, ζ, σσ, siue ττ, pro σ. Interdum characteristica σ erit abiicienda, & vocalis siue diphthongus præcedens retinenda pro characteristica: sed, vt diximus, pro η reponendum ε aut α, & ο pro ω. idem nonnunquam faciendum, cum ante figuratiuam σ ponitur ϱ aut λ, vt scilicet hæ abiecto σ, pro characteristicis retineantur: sed istud tantummodo in dictionibus quibusdam Æolicis habet locum. communiter enim in quinta coniugatione hæc duo tempora eandem habent cum ipso themate characteristicam, nempe λ, μ, ν, ϱ: verùm quum hîc sit vnicum λ, in themate ferè est duplex λλ: sic in themate plerumque est μν, quamuis hîc sit tantùm μ. Quod ad cætera attinet, si augmentum adsit, abiiciatur: deinde terminatio (id est, id omne quod ponitur post characteristicas ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ϱ) mutetur in ω, si sit vocis actiuæ: & in ομαι, aut etiam in ω, si fuerit mediæ. Exempla plurima quibus tyrones reddantur exercitatiores, in medium proferamus: ac primùm adducamus ea quorum characteristica est ψ.

ψ ex π.

HAEC Habent ψ ex π: in futuro actiuo, ἐφέψω ab ἐφέπω, quod componitur ex ἐπὶ & ἕπω, infinitiuus ἐφέψειν, *insecuturum esse*: in futuro medio ἐφέψεται, & ser-

uato ι præpositionis ἐπὶ (172,30.) ἐπιέψεται, *insequetur, incidet, deueniet*: περιέψεσθαι, *persecuturum esse*: à περιέπομαι. In aoristo primo indicatiui actiui, ἔλειψα, & poëticè (170,38.) λείψασκον, *reliqui*, à λείπω: ὑπεξέπεμψε, *clàm emisit*, ab ὑπεκπέμπω. in participio, πρέψας, *assimilatus, qui conuenit*, à πρέπω: διαπρέψας, *excellens, splendidus*: In indicatiuo medio, ἐρείψαντο, *corripuerunt*, augmento destituitur, ab ἐρείπομαι, seu ἐρείπτομαι, pro ἐρεπτόμαι.

ANNOTATIO. [ἐρείψαντο in corripiendi significatione non est ab ἐρείπομαι, quod significat *euertor prosternor*, sed ab ἐρέπτομαι, pleonasmo τοῦ ι, quem in composito ἀνηρείψαντο Eustathius agnoscit cum Etymologo. & sic infra 519,11. tradit ipse ANTESIGNANVS.] In participio, προτρεψάμενος, *exhortatus, hortatus*, à προτρέπομαι: ἀποπεμψάμενος, *qui repudiauit*, ab ἀποπέμπομαι.

ψ ex φ. Sequentia habent ψ ex φ: in indicatiui actiui aoristo, ἔρεψα, *texi, coronaui*: augmentum in eo desideratur. In infinitiuo, ἐπιστρέψαι, *conuocare*. In participio, στέψας, *qui coronauit*. In indicatiuo medio, ἐμέμψατο, *vituperauit*, à μέμφομαι.

ψ ex πτ. Hæc ex πτ: in futuro actiuo, ἀπολάψεις seu ἀπολέψεις, *linges, vorabis, diripies canum in morem*.

ANNOTATIO. [ἀπολάψεις quidem est à them. in πτω, à cuius simplici apud Hesych. extant λάπτει & λάπτοντες: ἀπολέψει vero à them. in πω, cuius primitiuum λέπω propriè significat *decortico, delibro*; apud Aristoph. & alios.] ὑποκύψειν, *demissis oculis visurum esse*. In medio, ἀποτύψονται, *desinent verberare*.

ANNOTATIO. In aor. primo, ab ἐξέρπτω, ἐξήρψεν, *edidit*. [Quod & ipsum est à them. in πω, ἐξέρπω, auctũ assumpto ι, 285,16. atque vt Psalmo 104 est, ἐξῆρψεν ἡ γῆ βατράχους, *protulit*, (seu *ex se proserpere fecit*) *terra ranas*: sic apud Hesych. ἀνεῖρπεν *ascendebat*, & ἀνεῖρψεν *ascendit*. necnon apud Theocr. εἵρπομες ἐκ πόλιος, *ibamus è ciuitate*. Imo & sequẽs κατέστραψε v. 40. poëticum est, vt & simplex στράπτω apud poëtas duntaxat reperitur: Apollon. Arg. 1, v. 544, de armis, στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ, *fulgebant sub sole*. in prosa vero ἀστράπτω dicitur, nimirum παρὰ τὰ ἄστρα: vnde Act. Apost. c. 9. περιήστραψεν αὐτὸν φῶς, *circumfulsit eum lux, seu lux tanquam fulguris eum circumdedit*.] ἐνσκήπτω, ἐνέσκηψεν, *immisit*: καταστράπτω, ἡ κατέστραψε, *fulgurauit*, impersonaliter: ἐπιρρίπτω, ἐπέρριψε, *superiecit*: καθάπτω, καθῆψεν, *annexuit*: συνάπτω, συνῆψε, *coniunxit, prælium conseruit cum*: ὑφάπτω, ὑφῆψαν, & Ionicè (118,30.) ὑπῆψαν, *succenderunt*. In subiunctiuo, ἰάψῃς, *miseris*. In infinit. διαμάψαι, *abstergere*

ANNOTATIO. [Quod verius est διαμάψαι, cuius

cuius simplex thema est κάσσω, 169,14. Imo & quod se-
quitur θύψαι, cum part. τεθυμμένον apud Hesychium, sunt
potius à τύφω, vt θρέψαι & τεθραμμένον à τρέφω, 304,1.]
έγχρίψαι, incidere: † θύψαι, succendisse, inflammasse: περιρ-
ρύψαι, detergere: ὑπερκύψαι, emergere, proferre caput. In
participio, ἡ ἐπιγνάμψασα, inflectens, intorquens. In indi-
catiuo medio, à συγκαλύπτομαι, συνεκαλυψάμην, me coope-
rui seu contexi: ab ἴπτομαι, ἴψω, & Ionicè (186,23.) ἴψαο,
nocuisti, læsisti: ἐνράπτομαι seu ἐρράπτομαι, ἐνεῤῥάψατο, in-
suit: ἐφάπτομαι, ἐφήψατο, attigit: ἀνερείπτομαι pro ἀνερέπτο-
μαι, ἀνηρείψαντο, corripuerunt: χερνίπτομαι, χερνίψαντο, manus
abluerunt, augmentum non habet. In imperatiuo, ἔφα-
ψαι, amplectere. In Optatiuo, ἅψαιο, tetigeris. In partici-
pio, χαλεψάμενος, iratus. Et hæc de ψ.
Ξ ex γ: in futuro actiuo, ἀνήξεις, mutabis, ab ἀνήχω. — ξ ex γ.
[Apud Hesych. quoque legitur ἀνήξεις, expositum κολυμ- — ANNOTATIO.
βήσεις, natabis. sed forsan geminato ν scribendum ἀννήξεις, vt
Æolica syncope sit pro ἀνανήξεις, (405,35.) ab ἀνανήχω, emer-
go vel supernato.] In medio, φεύξομαι, fugiam, à φεύ-
γομαι. In aoristo actiuo, à προσοίγω, προσέῳξα, adaperui:
vide 298,8. à καταλέγω, κατέλεξας, numerasti: λίγγω, ἔλιγξεν,
& sine augmento λίγξε, sonuit: ἐπεκλέγω, ἐπεξελέξαμεν,
sine augmento ἐπεκλέξαμεν, perlegimus: παρείργω, παρεῖρ-
ξαν, prohibuerunt: ψύγω, quod & ψύχω, ἔψυξαν, siccaue-
runt: καταστύγω, κατέστυξαν, timuerunt, oderunt: συμπνίγω,
συνέπνιξαν, simul suffocarunt. In imperatiuo, φλέξον, adole,
vre: κατάλεξον, dic, recense, refer. In Optat. καθείρξαιμι, in-
cluserim: στύξαιμι, odissem. [De hoc verbo vide in PRAXI.]
λήξαι, & Atticè siue Æol. (181,1.) λήξειε, desinat. In Opta-
tiuo, καταστύξαι, odio habere, auersari: λῆξαι, desinere: στέρξαι,
amauisse: σφίγξαι, constrinxisse: In participio, φλέξας, qui
comouissit: στύξασα & ἀποστύξασα, odio persecuta, à στύγω pro
στυγέω: ψύξας, qui exiccauit, à ψύγω vel ψύχω. In indi-
catiuo medio, à προσνάσσομαι, προσήξαντο, & detracto au-
gmento, προσάξαντο, antè congesserant. [προσάξαντο à — ANNOTATIO.
προσάγω significat adduxerant: at προσνάξαντο prius one-
rarant, est à προσνάττομαι, cuius simplex νάττω est onero.
vtrumque sine augmento.] ab ἐπιφθέγγομαι, ἐπεφθέγ-
ξαντο, responderunt. In Imperatiuo, θηξάσθω, acuatur. In
subiunctiuo, φθέγξηται, vocem edidisset. In participio,
ἀναλεξάμενος, deligens: ἐμφαρυγξάμενος, qui faucibus ru-
minauit, qui deuorauit. [Quod alij malunt ab ἐμφαρυ- — ANNOTATIO.
ζομαι, vt πλαγχθεὶς à πλάζομαι, epenthesi τοῦ γ.] συλλεξά-
μενοι, & Atticè (401,23.) ξυλλεξάμενοι, colligentes, à συλλέγο-
μαι, quod componitur ex σὺν (401,31.) & λέγομαι. Ex κ: — ξ ex κ.

in futuro indicatiui, ὑποείξομεν, *concedemus, condonabimus*, ab ὑποείκω. In aoristo primo, ab ἥκω, ἦξα, *veni* : περιέλκω, περιεῖλξε, *circumtraxit*: vide 286,16. In infinitiuo, κατερεῖξαι, *contundere*. In participio, ἐξίξας, *qui exijt*, ab ἐξίκω : sed potest referri ad ἐξικνοῦμαι, quod mutuatur tempora ab ἐξίκω seu ἐξίκομαι, vt simplex ἱκνοῦμαι ab ἵκομαι, 388,1. [*Sed Sylburgius scribendum arbitratur*, ἐξαΐξας *ab* ἐξαΐσσω *erumpo*.] à παρήκω, παρήξας, & Dor. (118,40.)

ANNOTATIO.

παράξας, *insiliens*. [Quod etiam potest simpliciter deduci à παράγω *prætereo*; si vero ι subscribas, est à παρᾴσσω, quod per synæresin è παραΐσσω factum est, scribiturque etiam παραίσσω, per diphthongum propriam, sublata diæresi. A priore ᾄσσω legitur apud Sophocl. in Aiace, ἦξεν, *impulit* : & in Trachin. ἐν ταχείαις ᾄσσεις, *cito abis* : sed ibi quidam codices à posteriore αἴσσω habent αἴσσεις, Scholiastes autem diphthongo soluta interpretatur ἀΐσσεις.] κρέκω, κρέξασα, *resonans*.

ξ ex χ.

Ex χ : à κατάρχω, κατῆρξα, *incepi* : ὑπάρχω, ὑπῆρξα, *extiti* : ἐπάρχω, ἐπῆρξε, *licuit*. In participio, ἀβράξας, *omnipotens deus, sonans*.

ANNOTATIO.

[Sed ἀβράξας in omnipotentis Dei significatione apud Basilidem (vt testatur Hieronymus) nomen verius esse videtur quàm participium. Pro ἄβραχε vero, quod Hesyc. exponit ἤχησε, *sonitum dedit*, crebrius legitur ἔβραχε, & sublato augmento βράχε, à βράχω, vt tradit Etymol.] In indicatiuo medio, à παραλέγομαι, παρελέξατο, *cocubuit*: ἀπάγχομαι, ἀπήγξατο, *sibi mortem laqueo consciuit*: κατάρχομαι, κατήρξατο, *increpauit, castigauit, incepit*. In Optat. ἀπαγξαίμην, *me strangularem* : εὐξαίμην, *optarem*. In infinitiuo, κατεύξασθαι, *precibus interpellasse*. In particip. κατευξάμενος, *qui peregit preces*: ἡ δεξαμενὴ, *comprehendens, humoris conceptaculum*.

ANNOTATIO.

[Sed paroxytonως δεξαμένη scribitur quum est participium, significans *quæ recepit*: cum vero substantiuè ponitur pro *cisterna* vel *simili aquæ conceptaculo*, solet ὀξύνεσθαι, vt εἰαμενὴ, & similia, discriminis scilicet gratia.]

ξ ex σ sine τ.

Ex σ sine τ : in futuro indicatiui, ἀΐξω, *irruam*: νύξω, *pungam*: μύξεις, *lugebis*: ἐπιμύξει, *sonabit*.

ANNOTATIO.

[μύξεις in *ægre ferendi* significatione, descendit à μύζω, à quo etiam verbale μυγμὸς, sicut νυγμὸς à νύζω : quum videlicet compressis labiis, sonus quidam partim intus mugit, partim per nares exit, ingeminans mutũ sonum τοῦ μ καὶ υ, vt Etymologus, Aristophanis Scholiastes, & alij tradunt. atque ex hac onomatopœia videntur apud Latinos orta Mussare, Mutire & Mugire. apud Homerũ vero inde compositum est ἐπιμύζω, Il.4, ὣς ἔφαθ'. αἱ δ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη, *sic ait, illa vero, Minerua & Iun*

Iun

Iuno, *ad verba ipsius intra sese murmurarunt*, seu *mussarunt*: vel, *clausis labris interius ingeminantes mutum sonum τοῦ μ, significarunt illo murmure se dictis ipsius non acquiescere, se ægrè ferre.* sed est ab eodem futurum per σ, vt apud Plutarch. μύσας τῷ λογισμῷ, *secum mussans inter reputandum.* Præsenti vero Aristoph. vtitur in Thesmophor. τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς, *quid mussas, mussandoque significas te ægrè ferre?* quum omnia probe sint facta. Apud Aristot. etiam delphines μύζουσι καὶ στένουσι, *mussant & gemunt.* At μύζειν καλάμους apud Xenoph. est *sugere arundines dulci succo refertas*: quod etiam circumflexè μυζεῖν dicitur ac μυζᾶν, & quidem sæpius. At μύσσω ξω significat *mungo.* vnde compos. in Epigr. τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν, *nares mungere.* Porrò ἔφρυξα quod de Aoristo subiungit v. 18. æquè à φρύγω est atque à φρύσσω: legitur autem illud φρύγειν apud Aristoph. & Athenæum, pro *torrere* seu *frigere.*] In aoristo, à φρύσσω, † ἔφρυξα, *concremaui*: ἀΐσσω, ἤϊξα, ἤϊξας, ἤϊξε, *impetum feci, rui, isti, it*: ἀνάσσω, ἄναξα, *regnaui*: εἰσαΐσσω, εἰσῆξα, *irrui*: ἐξοιμώττω siue ἐξοιμώζω, ἐξῴμωξα, *lamentatus sum.* [Notat tamen Frideric. Sylburg. οἰμώττειν falsum, verum est οἰμώζειν, ex οἴμοι factum, vt αἰάζειν ex αἴ: Aristoph. οἰμώζειν λέγωσοι. sic vero etiam cætera fletum vel sonitum exprimentia, per ζω efferuntur, ὀλολύζω, οἰμώζω, νύζω, τρύζω, σίζω, τρίζω, ἀλαλάζω, κλάζω, στενάζω.] ANNOTATIO.

καταρράσσω, κατέρραξας, *ad pauimentum impegisti, allisisti*: ἐλελίττω, ἐλέλιξε, *mouit, tremefecit.* [ἑλίσσω quidem etiam in prosa dicitur: apud Homerum vero & cæteros poëtas mutato in reduplicatione spiritu ἐλέλιξε, ἐλελικτο, ἐλελίχθη, ἐλελιξάμενος, non tantum ab ἑλίσσω vel reduplicato ἐλελίσσω, sed etiam ab ἐλελίζω: nam inde apud Nonn. est ἐλελίζεται αἴθοπι νώτῳ. Similis mutatio spiritus est etiam in ἀραίρηκε apud Herodot. pro ᾕρηκε ab αἱρέω: vbi itidem pro augmento est reduplicatio.] ANNOTATIO.

θώϋξε, *clamauit*: πλῆξε, *conterruit*: * τρόμαξεν, *intremuit*: hæc quatuor nouissima destituuntur incremento: itaque modò mutaueris ξε in σσω siue ττω, eorum habes thema. similium idem esto iudicium: à νύττω, ἔνυξε, *fodit, pupugit*: πατάσσω, ἐπάταξε, *percussit, infixit*: καταπλήττω, κατέπληξε, *perterruit*: παραπτάττω, παρέπταξεν, *admonuit*: καταλλάττω, κατήλλαξεν, *reconciliauit*: παραΐσσω, παρῇξεν, *accurrit, prorupit, comminus insiluit*: παραλλάττω, παρήλλαξε, *repetijt, reciprocauit*: κατορύττω, κατώρυξε, *defodit, obruit*: φρίξαν, *horruerunt*: ἀπαράσσω, [illegible] *fregerunt, colliserunt*: παραλλάττω, παρήλλαξε, [illegible]

* Quod alij malunt à τρομάζω.

seu præterijssent : συγκαθεῦται, συγκατώρυξαν, *vnà defoderunt seu sepelierunt*. In imperatiuo, † ἐγκατάναξον, *infunde*. [ἐγκατάναξον ab ἐγκαταναάσσω vbi inuenerit ignoro? apud Aristoph. vero legitur, ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολύν, *multum mihi merum cum sonitu infunde* : & apud Eurip. μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς; *non pulchrè tibi per guttur cum murmure descendit?* in quibus si syncope est, factum est ἐγκάναξον ex ἐγκανάχησον, & διεκάναξε ex διεκανάχησε, vt ἔδοξε & ἔτυξε alibi ex ἐδόκησε atque ἐτύχησε formari à quibusdam docui. Ita vt thema sit vel Barytonum ἐγκανάχω, vel Circumflexum ἐγκαναχῶ, à quo apud Theocr. Idyll. 9. ἐγκαναχήσατο κόχλῳ, *conchæ insonuit, vel ad concham sibi donatam læto cachinno risit.*] ῥάξον, *frange* : κηρυξάτω, *præco edicat* : κατασφάξατε, *interficite*: προσαραξάτωσαν, *occludant*. In Optatiuo Æolico (181,1.) παράξειε, *raptim proripuerit*. In infinitiuo, ἀλληλάξαι, *se*

ANNOTATIO. *mutuò pellere*. [Quod apud Hesych. est forsan Dorico more (397,7.) ab ἀλληλάζω : est sanè mox apud eundem ἀλληλίζειν & pass. ἀλληλίζεσθαι, se mutuis insidiis infestare. Imo & videtur ἐκβαβάξαι quoque à them. in ζω deducendum : nam βαβάζειν apud Hesych. est, quamquam in balbutiendi, & garriendi significatione. Itidem & ἐκφλύξαι est à them. in σσω & ζω : nam apud Hesych. & φλύζει legitur & φλύσσει, illud expositum ἀναζεῖ *effervet*, hoc vero ἐρυγγάνει *eructat*.] αἱμάξαι, *sanguinem elicere* : βράξαι, *deuorasse, comprehendisse, resonasse*: ἐκβαβάξαι, *emouisse, excutere* : † ἐκφλύξαι, *dicere, ebullire, eructare* : θράξαι, *molestare, turbare*: θρέξαι, *lac cogere* aut *coa-*

ANNOTATIO. *gulare*. [*θρέξαι pro cogere seu coagulare falsum est : nam ea significatione θρέψαι dicitur à τρέφω, vt testatur Hesychius, Eustathius, Etymologus : ac nominatim Etymol. affert istud hemistichium*, ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος, dimidiam albi lactis partem cogens. *Habet tamen θρέψαι & aliam significationem, alendi, eamque vsitatiorem: vt*, τὴν μὲν ἄρα θρέψασα τεκοῦσα. *at θρέξαι est* currere, *vnde apud Hesych. est particip.* θρέξαντες, *& apud Etymol. indic.* θρέξασκον, *Ionicè siue poëticè pro* ἔτρεχον, à τρέχω. 411,25.] θωρῆξαι, *armare* : θωύξαι, *clamare* : καθνύξαι, *compungere*: κατεάξαι, *confringere, deijcere* : κηρύξαι, *per præconem denuntiasse* : κράξαι, *suppliciter, obsecrare, efflagitare* : κτερεΐξαι, *sepelire*, potest etiam referri ad κτερίζω. [Sed

ANNOTATIO. diuisè scribendum κτερεΐξαι, vt Od. λ, σῆμά τέ οἱ χεῦαι, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι) idque non à them. in σσω, vt vult ANTESIGNANVS, sed in ζω, vt patet ex hoc Apollonij, νέκυν κτερέιζεν ὅμιλος, *defunctum funerabat*. est enim

hic

...nc ξ more Dorico pro σ, (397,7.) vt ſatis patet è verbali
ἀκτέριστος *infuneratus*, in Epigr. Sic à κτερίζω, quod eiuſ-
dem eſt originis & ſignificationis, agnoſcit Heſychius
& κτερίσαι & κτερίξαι: à quorum illo in Pandectis eſt
κτερισμής *libitinarius*, & apud Heſych. compoſ. ἀκτέριστος
infuneratus, inſepultus.] μαλάξαι, *mitigare, mollire*: μορύ-
ξαι, *contaminare, polluere*: νάξαι, *ſacrificare*: ῥάξαι, *elidere*:
ἁρπάξαι, & Ionice (118,26.) πρήξαι, *egiſſe*: συγκαταριθμῆξαι, *an-
numerare*: συῤῥάξαι, *confligere*: σφάξαι, *trucidaſſe*: à σφάττω
vel σφάζω. In partic. ἀίξας, ἀίξασα, *irruens*: ἀίξαντες, *ir-
ruentes*: ἀναφρίξας, αντος, *ſetis horrens*. [Porrò ſetis hor- ANNOTATIO.
rens eſt ἀναφρίξας: ἀναφράξας verò dicitur qui aperuit
quod fuit obſeptum: vtrumque à themate in σσω.] ἀπο-
φράξας, *obturans*: ἐνηλάξας, *valde percutiens*: καθαιμάξας,
qui cruentauit: κυκάξας, *perturbans*: καταστρίξας, *ſibilans,
ſtridens*: μεταΐξας, *inſecutus, feſtinans*: νύξας, νύξασα, *pun-
gens, fodicans*: ὀρύξας, *fodiens*: περιδονήξας, *agitans*: περιε-
λίξας, *inuoluens*: περιψήξας, *abſtergens*: περάξας, *ſurgens,
tranſiens*: σπαράξας, *detrahens*. [Quod fortaſſe potius eſt ANNOTATIO.
à them. in ξω more Dorico, 297,27.] ὑπαΐξας, *ſubrepens*:
ἐπαΐξαντες, *irrumpentes*: λοιμάξαντες, *peſte laborantes*,
περιδινήξαντες, *rotantes*. In indicatiuo medio, ἀνήξατο, *cum
tuſſi expuit*. [Quod ex Hippoc. citant v. L. ſed vereor ANNOTATIO.
ne mendosè pro ἀνεβήξατο, ab ἀναβήσσομαι, *tuſſio*.] ἐναπε-
μάξατο, *impreſſit*, ab ἐναπομάττομαι: ἐφράξαντο, & meta-
theſi ἐφάρξαντο, *obſtruebantur*, à φράττομαι. In infinitiuo,
ἀνεπαλάξασθαι, *percuſſiſſe, pulſaſſe*: ὀδάξασθαι, *mordicari, ſcalpi*.
[Quod tamen verius eſt à them. ὀδάξω, à quo apud ANNOTATIO.
Heſych. ὀδάξει *mordicat*, apud Hippocr. ὀδάξονται *mor-
dicantur*, apud Dioſc. ὀδαξέεσθαι *mordicari*: vel à puro
ὀδαξέω, à quo apud Dioſc. eſt particip. ὀδαξούμενος: ita vi-
delicet vt ἀλέξασθαι apud Hom. & Xenoph. eſt vel à Ba-
rytono ἀλέξω, vel à Circumflexo ἀλεξῶ.] περιπτύξασθαι, *cir-
cumplecti*. In participio, δραξάμενος, *pugillo concludens*:
παρασκευαξάμενος, *inſtructus*: περιπτυξάμενος, *amplexus*: τα-
ξάμενοι, *tributum imponentes*. Ex ζ: in futuro, πολεμίξο- ξ ex ζ.
μεν, *bellum geremus*. In infinitiuo, καταστάξειν, *deſtillaturum
eſſe*. In aoriſto indicatiui, ἐξενάριξεν, *interfecit, armis ſpo-
liauit*: ἐπαλάλαξε, *lætos clamores edidit*. [Ferri poteſt ἐπι- ANNOTATIO.
λάλαξε, ſicubi poëticè vel Ionicè ſine augmento ſit poſi-
tum pro ἐπηλάλαξε, ab ἐπαλαλάζω *acclamo*: à cuius ſim-
plici themate legimus apud Heſych. λάλαξε *vociferare*,
& λαλάξαντες *vociferati*. alias vitiatius eſt ἐπαλαλάξαι ab
ἐπαλαλάζω, cuius ſimplex ἀλαλάζω paſſim occurrit apud
hiſtoricos. atque ita mox ἠλάλαξαν & ἀνηλάλαξαν.

Por

Porrò v.3. ὑπάλυξε, & v.6. ὑπεξήλυξε, verius sunt à them.
in σκω, ὑπαλύσκω & ὑπεξαλύσκω, 169, 9.] μερμήριξε, *mente
versauit* : στήριξε, *defixit* : †ὑπάλυξεν, *effugit* : (in quinque
præcedentibus desideratur augmentum) ἐστυφέλιξε, *pul-
sauit, euertit, insectatus est*, à στυφελίζω : κατεπρήνιξε, *pro-
num præcipitauit* : à καταπρηνίζω : ὑπεξήλυξε, *clàm fugit,
effugit*, ab ὑπεξαλύζω : ἠλάλαξαν, *clamarunt*, ab ἀλαλάζω:
ἀνηλάλαξαν, *exclamarũt*, ab ἀναλαλάζω: ἀνεβορβόρυξαν, *ex-
clamarunt*, ab ἀναβορβορύζω. In Optatiuo Æolico, ῥέξειε,
fecerit : οἰμώξειαν, *fuerint lamentati*. In infinitiuo, ἀβρί-
ξαι, *à cibo sumpto dormire* : ἀποτριάξαι, vel ἀποτριάσαι, *tres*
ANNOTATIO. *ictus, infligere, vincere*. [Reperitur & τριάσσειν apud Ety-
mologum, & ἀποτριάζειν apud Æschyli Scholiasten. si
quis igitur à priore malit fut. in ξω, à posteriore futu-
rum in σω, per me licebit : vt scilicet à συρίζω est συρίσω,
συρισμὸς, & similia: à συρίττω autem συρίξω, συριγμὸς, &c.
si quis verò ab vtroque malit vtrumque deducere, tueri
se poterit exemplis quæ citantur, 168, 44. & 169, 5.]
ῥέξαι, *facere, & fac*, in aoristo primo imperatiui medij:
στηρίξαι, *stabilire*. In participio, ῥέξας, *qui fecit, operatus*.
Atque hæc de ξ.

σ ex δ. Σ ex δ : in futuro medio, μήσομαι, *moliar, faciam*:
ψεύσῃ, & Atticè (306, 37.) ψεύσει, *falles, mentieris* : προσ-
ANNOTATIO. ήσεται, *gratum erit, admittet*. [προσήσεται oblectabitur,
est à προσήδομαι : at προσήσεται *admittet*, à προσίεμαι : in
illa significatione datiuũ, in hac ascifcit accusatiuum.]
In aoristo indicatiui actiui, à καταδείδω, κατέδεισα, *timui*:
ψεύδω, ἔψευσας, *fefellisti* : ἐπερείδω, ἐπέρεισεν, *impegit*, au-
gmento destituitur : ὑποδείδω, ὑπέδεισαν, quod & poëti-
cè (297, 13.) ὑπέδδεισαν, *subueriti sunt, timuerunt*. In par-
ticipio, περιδείσας, *exterritus, timore correptus* : συναπερεί-
σας, *excutiens & impingens, infligensque*: ὑποδείσας & poë-
ticè (400, 11.) ὑποδδείσας, *subueritus*. In indicatiuo me-
dio, ab ἀπερείδω, ἀπηρεισάμην, *intendi, intendebam* : ψεύ-
δομαι, ἐψεύσω, *mentitus es* : ἐψεύσατο, *fefellit*: μήδομαι, ἐμή-
σατο, *adinuenit excogitauit* : ἐπερείδομαι, ἐπηρείσαντο, *irrum-*
ANNOTATIO. *pere tentarunt* : alias ἐπερείσαντο, ab ἐπερείδομαι. [*Sed ἐρεί-
δομαι non ponitur in eorum numero quorum initiale ε au-
getur assumpto ι, 286, 16. metuo igitur ne mendosum sit
ἐπηρείσαντο : ἐπερήσαντο vero, Ionicè pro ἐπηρέσαντο, est à πε-
ρέομαι*.] In Subiunctiuo, à καθεύδομαι, καθεύσωνται, & Io-
ANNOTATIO. nicè (118, 30.) κατεύσωνται, *obdormierint*. [In vulg. Lex.
citatur ex Herodoto κατεύξωνται pro *obdormierint* : id
vertit ANTESIGNANVS in κατεύσωνται, Ionicè (118, 34.)
ductũ volens à καθεύδω *dormio*. sed vereor ne non satis
bene

bene diuinarit: quum à καθεύδω & ſimplici εὕδω regularia futura non ſint in vſu, vt oſtendit Xenophontis illud οἴκοι καθευδήσειεν. opinor ergo in vulg. Lex. rectè eundem eſſe ſcriptum κατεύξωνται, ſed verius interpretãdum *deuouerint*, à κατεύχομαι: vt pag. 191. apud Herod. Euterpe, ἐπὴν κατεύξωνται, θύουσι τὴν βοῦν, *bouem, vbi deuouerint, mactant.* nam paulo ante dicit, κεφαλῇ ἐκείνου πολλὰ καταρησάμενοι, *capiti illius multa imprecati.*] Ex θ: in futuro actiuo, ἐπικεύσω, *celabo.* In infinitiuo, πείσειν, & Ionicè (182.6.) πισέειν, *perſuaſurum eſſe.* In indicatiuo medio, πείσῃ, & Atticè (306,37.) πείσει, *adducêris, credes.* In aor. indicatiui actiui, à καταπρήθω, κατέπρησα, *incendi*: πρήθω, ἔπρησε, quod & ſine incremento πρῆσεν, *incendit, perflauit.* [Porrò aoriſtũ ἔπρησε, futurum πρήσω, & ſimilia tempora, communia ſunt tribus thematibus, πρήω, πρήθω & πίμπρημι: quorum duo poſteriora deriuata ſunt è priore, ac illo magis vſitata. ſic ἔπλησε, πλήσω, & ſimilia, æquè ſunt à primitiuo πλάω, licet inuſitato, atque à deriuatis πλήθω & πίμπλημι.] ἐμπρήθω, ἐνέπρησεν, *incendit*: παραπείθω, παρέπεισε, *perſuaſit*: διαπέρθω, διεπέρσαμεν, *diruimus.* In Optatiuo Æolico, πείσειε, *perſuaſerit.* In infinitiuo, πέρσαι, *euertere, vaſtare*: πρῆσαι, *incendere.* In participio, παραπείσας, *perſuadens, perinouens, decipiens*: πέρσας, *populatus*: σήσας, *qui cribrauit.* In participio medio, πλησάμενος, *qui impleuit, implens.* Ex ζ: in futuro actiuo, κατακερτομήσω, *conuitijs inceſſam, obiurgabo.* In infinitiuo, κλήσειν, *interclusurum eſſe*: χέσειν, *cacaturum eſſe.* In indicatiuo medio, αὐγάσῃ, & Ionicè (186,23.) αὐγάσεαι, *reſpicies.* In infinitiuo, χέσεσθαι, & Doricè (170,6.) χεσεῖσθαι, *cacaturum eſſe.* Notanda ſunt futura Attica à polyſyllabis in ίζω, quæ σ deperdito efferuntur, ac terminatione cõueniunt cum futuris ſecundis eiuſdem modi ac vocis. huius generis multa enumerauimus pag. 304. & 305. quibus adde ſequẽtia: in indicatiuo actiuo, à λαρυγγίζω, λαρυγγιῶ, *vocem dilatabo*: ſic μεθηλικιῶ, *curabo*: οἰκιῶ, *condam*: προσκαθιεῖς, *obſidebis*: προσοχθιεῖς, *offendêris*: ἀποσπερματιεῖ, *ſemen edet, faciet liberos*: ὀπωριεῖ, *fructus colliget*: προσοχθιεῖ, *abhorrebit ab*: προσοχθιεῖτε, *offendimini.* In participio, ab ὀπωρίζω, ὀπωριῶν, οῦντος: in plurali, ὀπωριοῦντες, & Doricè (119,9.) ὀπωριεῦντες, *decerpentes.* In infinitiuo medio, ἀπαυθαδιεῖσθαι, *auſurum eſſe*, ab ἀπαυθαδίζομαι. Sed redeamus ad σ quod fit ex ζ. in aoriſto indicatiui actiui, ὀπάζω, ὤπασα, & ſine augmento ὄπασα, *tribui*: ὄπασε, *tribuit*: ξενίζω τὸ ξενίζω, ἐξένισα, *hoſpitio excepi*: ξηλιάζω, ἐξηλίασα, *crucifixi*: ἐρίζω, ἤρισα, *contendi, certaui.* [ἐξηλίασα non eſt

σ ex θ.

ANNOTATIO.

σ ex ζ.

Futura Attica à polyſyllabis in ιζω.

ANNOTATIO.

est è simplici themate ξηλιάζω, sed è cõposito ἐξηλιάζω, quod augeri non potuit, quia simplex ἡλιάζω, deriuatum ab ἥλιος, sortitum est initialem natura longam, 171,25. est autẽ ἐξηλιάζειν in Sole exiccare vel enecare, vt solent qui tolluntur in crucem. simplex ἡλιάζονται legitur apud Aristot. pro *apricantur, Soli se exponunt*: alterum compos. ἀνηλιάζοντες apud Athen. pro *insolantes, soli expo-nentes.*] αἱρετίζω, ᾑρέτισα, *elegi*: ἐκσαώζω τὸ ἐκσώζω, ἐξεσάωσα, *liberaui*: ἐξεσάωσε, *liberauit, seruauit, eripuit*: προσοχθίζω, προσώχθισα, *offensus sum* vel *eram, odi*: προσώχθισεν, *abominatus est, impegit, infensus fuit*: συσσώζω à σὺν & σώζω, συνέσωσα, *saluti fui, conseruaui*: ἐξοικίζω, ἐξῴκισα, *domo eieci*: εἰς Ῥώμην ἐξῴκισε, *Romam habitatum traduxit*: ἐπαγγελίζω, ἐπηγγέλισας, *immisisti*: ἐξιδίζω, Ι. ἐξίδισε, *cacauit*: οὐτάζω, οὔτασε, quod & per apocopen οὖτα, *vulnerauit*: πελάζω, † πέλασεν, *appulit, admouit*: πέλασαν, *admoue-runt*: πυκάζω, πύκασε, *texit, cooperuit*: σχάζω, σχάσε, *cohibuit, inhibuit*: κατεπαύζω, † ἐκόπασε, *cessauit, requieuit*: λακίζω, ἐλάκισε, *strepuit, crepuit*: ἀχλύζω, † ἤχλυσε, *tenebris obductus est*: ὀκλάζω, ὤκλασε, *procubuit*: ὀπάζω, ὤπασε, *dedit, donauit*: ἀναχαιτίζω, ἀνεχαίτισεν, *coma retraxit, vel erecta coma lasciuijt*: ἐκκνίζω, ἐξέκνισεν, *exscalpsit*: καταπειράζω vel καταπειράω, † κατεπείρασε, *tentauit*: προαιρεθίζω, [illegible], *poposcit, delegit*: ἀντερίζω, ἀντήρισε, *certauit, contentiosus est*: περιαρμόζω, περιήρμοσε, *circumaptauit*: συναρμόζω, συνήρμοσε, *coniunxit*: κατοικίζω, κατῴκισεν, *habitatum deduxit*: μετοικίζω, μετῴκισε, *migrare iussit*: ἐκκλαΐζω, ἐξέκλῃσαν, *ex-cluserunt*: περικαθίζω, περιεκάθισαν, *obsederunt*: συσκευάζω, à σὺν & σκευάζω, συνεσκεύασαν, *conueuerunt, collegerunt*: κατεθίζω, κατείθισαν, *consuefecerunt*, augetur per ε, 286,16.

In imperatiuo, ἀποβρόχθισον, *deuora*: ἐπιχώρισον, *subduc, minue*: * κάθρισον, *sede*: κάθισον, & Ionicè (118,30.) κάτισον, *colloca*: παραχώρασον, *retrocede*: χρῆσον, *da mutuo*, à χρήζω vel χρέω. In Optatiuo, χρήσαις, *mutuo dederis*: Æolica forma κομπάσδεις, *magnificè iactares*: προσεικάσειεν, *assimi-larit*. In subiunctiuo, † εὐεξανίσῃ, *bene vomitio succedat*. In infinitiuo, ἀθλάσαι, *praeclarè agere, extolli*: ἁλίσαι, *congre-gare*: † ἀχλῦσαι, *tenebris obduci*: ἀνακαινίσαι, *reualescere*: ἀπαυχενίσαι, *frenare, decollocare*: ἀποκαταμερίσαι, *obdormire*: † ἀποσκοτίσαι, *obumbrare*: ἀλυστάσαι, *morari*: διαστρατεύσαι, *dispergere*: διαπαίξαι, *ludere*: † δειλοκομπάσαι, *de*[illegible]*ere*.

* κάθρισον legitur expositum apud Hesychiũ expositũ κάθιστον: sed haud scio an restituendum eius loco sit κάθρυτον, per syncopẽ è καθίδρυσον, *colloca*.

ANNOTATIO. [Rectius ex Hesychio & Suida leges δειλοκομπάσαι, à δειλοκομπέω, iactantia mea terrorem incutio.] [illegible]ίσαι, *effugisse, decepisse*: ἐκκαυλίσαι, *radicitus* [illegible] *euellere*: [illegible]ίσαι, *elabi astutè è periculo* [illegible]

[illegible]

ἐρμάσαι, *fulcire.* [Verius ἐρμάσαι. ἔρμα. n. significat *fulcrum, stabilimentum, saburram.*] ἐξονομάσαι, *nominare:* ἐκμυσίσαι, *haustim epotare, & sine respiratione:* * σκιμαλίσαι, *medium digitum ostendere contractis reliquis:* ἐναγνίσαι, *mortuis immolare:* χλευάσαι, *deridere:* † καλαμήσασαι, *colligere spicas:* καταγιγαρτίσαι, *conterere acinos,* item *coire:* καταδημοσιεύσαι, *in populũ distribuere:* κατακερματίσαι, *scindere, comminuere :* καταλοχίσαι, *instruere aciem :* καταβαλεῖν, *deijcere, sternere:* κληρώσαι, *sortiri:* † κλάσαι, *frangere, fregisse:* κυβιστῆσαι, *euertere:* κυρτίσαι, *securi percutere :* μαλάξαι, *mitigare, mulcere:* † μηνίσαι, *irasci :* (μιᾶναι, *contingere, inquinare :* potest referri ad μιαίνω) οἰκίσαι, *condere, habitare fecisse :* παρατροχάσαι, *præcurrere :* περιτιλίσαι, *funditus euellere :* συγκροτῆσαι, *conspirare, litem componere periculo imminente :* συναρχαιρεσιάσαι, *ire ad comitia ad danda suffragia :* χάσαι, *subito in pulsu artus in pristinum statum reponere :* χρῆσαι, *rogare, efflagitare.* In participio, δανείσας, *mutuum dans :* † ἐπεγκλάσας, *oculis innuens :* καταρρυσάσας, & Ionicè (118,30.) καταρρυάσας, *adaptans :* ξυμποδίσας, *qui pedes colligauit:* ὀργίσας, *qui ad iram prouocauit:* † περιπαρσάσας, *inuoluens :* χέσας, *qui deiecit, qui cacauit:* † κατευορκήσαντες, *probi:* † προσπελάσαντες, *appropinquantes, propinqui, admoti, appulsi :* συγκλάσαντα, *confringens :* ὀκλάσαντα, *ingeniculans.* In indicatiuo medio, a μεταρρυθμίζομαι, μετερρυθμίσω, & Ionicè (186,23.) μεθηρμόσαο, *transmutasti, mutasti :* σεβάζομαι, σεβάσατο, *irreligiosum putauit & nefas, religiosè admiratus est:* φράζομαι, ἐφράσατο, *animaduertit:* ὁρίζομαι, ὁρίσατο, *statuit, æstimauit :* ὀδύζομαι, * ὀδύσαντο, *irati sunt, succensuerunt,* augmento destituuntur) καταγωνίζομαι, κατηγωνίσαντο, *expugnarunt:* συμπορίζομαι, συνεπορίσαντο, *compararunt.* In Imperatiuo, κέασαι, *scindito.* In infinitiuo, † ἀκέσασθαι, *expiare :* † ἀναμνηστεύσασθαι, *lucrari:* (αὐδάσασθαι, *loqui,* potest referri ad αὐδάομαι) † δηρίσασθαι, *pugnare:* ἐπισφραγίσασθαι, *consignare:* ἀπαρχίσασθαι, *primitias facere :* † μηχανήσασθαι, *molitum esse & machinatum.* [ἀνάσασθαι τὴν ἁμαρτάδα citant vulg. Lex. ex Herodoti lib. 1. pro *expiare scelus.* sed malè : scribendum enim ἀκέσασθαι, ab ἀκέομαι, vt apud Platonem est θυσίαις ἀκεῖσθαι ἀδικήματα. *sacrificiis expiare delictum :* sed propriè mederi significat, 216,30. ἀναμυρίσασθαι esset *vnguentis se perungere :* nam simplex μυρίζειν significat *vnguentis delibuere,* a μύρον *vnguentum.* at ἀναμηρύσασθαι. quod Suidas exp. ἀνατεῖναι *extendere,* est à puro them. ἀναμηρύομαι : vnde apud Plutar. ἀναμηρύεται τὴν πλεκτάνην, *cirrum reduxit siue retraxit,* vt stamina fuso circumacto solet. ἐκμηρύσασθαι vide

ANNOTATIO.

*Scribendum σκιμαλίσαι ex Hesychio & Suida : nã in σκιμαλίστε apud Aristoph. ε est augmentum.

* ὀδύσαντο cum scriptura Eustathius deduxit à them. ὀδύσσω, ὀδύσσω, τὸ ὀργίζομαι, irascor.

ANNOTATIO de ἀνάσασθαι ἁμαρτάδα, ἀκέσασθαι ἀδικήματα.

videtur è δηρίζω poſſe deduci, vt cognatum ἐρίσασθαι ab ἐρίζω: purum tamen δηρίω agnoſcit Euſtathius quoque, deriuatum inde tradens aor. 1. paſſ. δηριθῆναι. Itidemque Etymologus annotat, vt è κόνις ſit primum Barytonως κονίω, deinde circumflexè κονιῶ: ſic è δῆρις δηρίω & δηριῶ, vnde apud Homer. δηριόωντο *contendebant*, pro ἐδηριῶντο, 452,18. Heſychius affert etiam δηρίττειν pro ἐρίζειν, *contendere*: vt quemadmodum συρίζω dicitur & συρίττω, ſic δηρίζω & δηρίττω, 169,5. μητίσασθαι æquè à puro them. eſt atque ab impuro in ζω: præſertim cum puri tantum meminerit Euſtathius: atque vt paulo ante barytonum δηρίω parit circumflexum δηριῶ, ſic è μητίω naſcitur μητιῶ, à quo particip. μητιόωσι *conſultantibus*, & paſſ. μητιάασθε *conſultate*. Etymol. quoque, ἀπὸ τοῦ μῆνις (inquit) μηνίω, ὡς μῆτις μητίω.] ὀργάσασθαι, *commiſcere, contemperare*: διαξιφίσασθαι, *digladiari, gladio decertare*. In participio, ἀπαυθαδισάμενος, *minimè aſſentiens*: ἐπηλυγισάμενος, *obtenebrans*: ἐποικτισάμενος, *miſerabiliter queſtus*: κατοικτισάμενος, *miſerans*: *περιθεμνισάμενος, *amplexus*: χασάμενος, *continens*: ἐπαυθαδισάμενοι, *in eadem pertinacia perdurantes*: ὑπαυθαδισάμενοι, *qui arroganter egerunt*.

** Pro Heſychiano περιθεμνισάμενος legēdum fortaſſe περιτεμνισάμενος, luco & veſtibulo ante circumducto.*

DE FVTVRIS ET AORISTIS HIC AB ANTESIGNANO POSITIS

Frid. Sylburgij cenſio.

MVLTIS futuris & aoriſtis hic impura tribuuntur themata pro puris. tale eſt ἐξίδισε 526,14. vt ſatis arguit infin. ſimpl. ἰδίειν *ſudare*, apud Hippocr. & compoſ. aduerb. ἀνιδιτὶ *citra ſudorē*, apud Plat. Sic μηνίσαι 527,11. eſt à them. μηνίω, vt patet ex imperfecto ἐμήνιε apud Homerum & Syneſium, necnon è verbali μήνιμα apud eundem Homerum, Thuc. & alios. Similiter κλάσαι 527,9. à κλάω, (217,16.) quum κλάζειν ſit *clangere*: quod ipſum intelligendū eſt etiam de compoſ. ἐπεγκλάσαι 527,18. & συγκλάσαντα ibid. v. 23. verum autē thema eſſe κλάω cum aliunde patet, tum ex indicatiuo κλῶμεν *frangimus*, apud Paulum 1. Cor. 10. item è participio paſſ. κλώμενος apud eundem Paulum, Theophraſtum & Dioſc. Tale videtur eſſe κηλακιάσαι 527,5. Sed & ἤχλυσε 526,19. & ἀχλύσαι ibid. v. 38. huius eſſe generis docet partic. ἐπαχλύουσα caligans, in Argon. Apollonij. Interim & à puris & ab impuris deſcendunt nonnulla, velut ἐπείρασε v. 23. πέλασε ibid. v. 16. cū cōpoſ. προσπελάσαντες 527,22. An vero eiuſdē generis ſit περιπειρᾶσαι ibid. 21. non ſatis cōſtat. purum ſanè thema Suidas agnoſcit, afferens inde

parti

particip. ἀπειρωμένος, & compos. διαπειραθεὶς, συμπειραθέντες & συνεσπειραμενοι: quibus adde ἀπείραμαι apud Hesych. & Ionicum perf. ἐσπείρηνται apud Aratum, à quo Ionicum itidem verbale ἀπείρημα apud Dionysium & Nicandrum. Dubium est etiam ἐκόπασε 526,18. quod in vtriusque testamenti Bibliis legitur, agnosciturque etiam ab Hesychio & Suida. Videndum tamen ne sit à puro themate, vt affine ἐκοπίασαν in Ps. 125. nam præsens eius est ὁ κοπιᾷ, *non laborant, non fatigant se labore*, Lucæ 12. & Matt.6. At ὀργάσαι & med. ὀργάσασθαι (528,15.) tum demum sunt à them. in ζω, cum habent actiuam significationem, incitandi, præparandi, subigendi: at *turgere seu prurire desiderio*, pure dicitur ὀργάω. In quibusdam etiã penultima est vitiosa. nam pro εὐεμέση 526,36. scribendum εὐέμηση, ab εὐεμέω, deriuato ex adiect. εὐεμής: vel diuisè εὖ ἐμέση, quòd simplex ἐμέω breuem characteristicam retineat in futuro, vt ostendit Attic. perf. ἐμήμεκας *vomuisti*, & aor. comp. ἀπήμεσε *euomuit*, vtrumque apud Lucianum. sic κατευορκήσαντες scribēdum 527, 22. à κατευορκέω, cuius simplex εὐορκέω, deriuatum ex εὔορκος, & ipsum breuem præsentis characteristicam in futuro auget temporaliter, 216,16. Veruntamē hic ὁ πο-σχεδονται quædam. nam σκαθεδικίσαι 526,43. apud Suidam quidem & Etymologum scribitur per ι, à them. in ζω, (vt etiam cognatum διακαθεδικισαι apud Hesych. & decompos. διεκαθεδικίσαι apud Suid.) apud Hesych. vero per η σκαθεδικῆσαι, à them. in έω. Sic & pro ἐπισκοτίσαι, quod interpretatur obūbrare, 526,40. reperitur ἐπισκοτῆσαι, ab ἐπισκοτέω. à simplici vero σκοτίζειν apud Theophylact. est τὰ ἐσκοτισμένα φωτίζει, obtenebrata illuminat.

Notio.

NOTABIS, Multa horum & similium quæ ante characteristicam σ habent α, posse etiam referri ad themata finita in άω vel άομαι, atque vtraque themata (in αζω scilicet & άω) in Lexicis plerumque inueniri. Sciendum præterea, poëtas metri gratia duplicare huiusmodi σ: quod eodem prorsus pacto in rimando themate erit excutiendum, ac si vnicum & simplex adesset tantummodo. In sequentibus fit ex ζ: in aoristo indicatiui actiui, à δαμάζω, ἐδάμασσε, *domui*: ἐδάμασσε, *domuit, imperio subiecit*: δάμασσαν, *domuerunt*: pro ἐδάμασαν, ἐδάμασαν: σκεδάζω, ἐσκέδασσε, pro ἐσκέδασε, *dissipauit, dispersit*: ἐπέλασσεν, *admonuit*: μύζω τὸ μυῶ, μύσσαν, quod & μύσαν, *conclusi sunt* vel *clauserunt*. In imperatiuo, πελάσσετε, *admonete*, pro πελάσατε: vel erit præsens factum à futuro, vt ἄξετε, (332,28.) ῥάσσατε, *aspergite*,

σσ ex ζ.

rigate, perfundite. In subiunctiuo, πελάσῃ, *appulsus sit.* In infinitiuo, ἀνακεάσαι, *diuidere*: κνίσαι, *scalpere, pungere, molestare.* In participio, ἀμφικεάσας, & poëticè ἀμφικεάσσας, *circumscindens, diuidens*: κεάσσας, *partitus.* In indicatiuo medio, δοάσσατο, *visum est, putauit*: item *statuit, constituit, ratum habuit*: συμφράσσατο, *agitauerat, simul cogitauerat.* In infinitiuo, ἀναχάσσασθαι, *retrocedere*: συμφράσσασθαι, *consilium dare.* In participio, ὀδυσσάμενος, *lugens, iratus, odio habens*: τοῦ ὀδυσσαμένου & Ionicè (121,39.) ὀδυσσαμένοιο: χασσάμενος, *deuitans, recedens.*

σ ex σσ siue ττ.

* *Nec ἀναΐσσας nec ἀναΐσσας inuenio: sed ἀναΐξας ab ἀναΐσσω, & sublata diaeresi ἀναΐξας ab ἀναΐσσω: de quibus in p. 520, v. 7.*

Σ In paucissimis fit ex σσ siue ττ: vt in his, in aoristo indicatiui actiui, à πλάττω, ἔπλασα, *obleui formaui, finxi*: διερέττω, διήρεσα, *traieci.* In infinitiuo, ἀποβλίσαι, *exprimere.* In participio, *ἀναΐσας, quod & poëticè ἀναΐσσας, *exortus*: crebriùs vsurpatur ἀναΐξας. In imperatiuo medio, λίσαι, *supplica, ora.* In participio, πλασσάμενος, & poëticè πλασσάμενος, *formans, componens, fingens.*

σ abiectum ex ασ- & αοσ-

Saepenumero, vt in ductis à thematibus sextæ coniugationis, figuratiua σ erit abiicienda, & vocalis præcedēs remanet characteristica: vt α in his, in futuro primo medio ἰάσομαι, quod & Ionicè ἰήσομαι, *sanabo.* In participio, ἰασόμενος, *curaturus.* In aoristo primo indicatiui vocis actiuæ, à κατεράω, κατήρεσε, *deglutijt*: περάω, πέρασαν, *deportarunt vt venderent.* In imperatiuo, πέρασον, *traijce*: πόρπασον, *astringe*: φύρασον, *misceto, macera.*

Annotatio. [πόρπασον potest ab impuro them. in ζω deduci: cum à puro apud Eurip. sit πόρπημαι: & apud Plutarch. atque Antiph. particip. comp. ἐμπεπορπημένος: necnon ἐνεπεπορπέατο Ionicè apud Herodot. pro ἐνεπεπόρπηντο. at προσπορπατὸς apud Æschyl. Doricè pro προσπορπητὸς, 118,40. quem Dorismum si quis in πόρπασον quoque statuere velit, nō refragabor: præsertim cum sic v. 44. sequatur ἐμηχανάσατο pro communi ἐμηχανήσατο.] In Subiunctiuo, περάσῃ, & Ionicè (228,33.) περάσησι, *venderet.* In infinitiuo, ἀναδράσαι, *reficere*: ἐρᾶσαι, * *inanire*: κνισᾶσαι, *adolere*: μοιράσαι, *distribuere*: φάσαι, *interficere.* In participio, ἐξωμιάσας, *humeris tenus nudatus.* [Sed tollendum α penultimum, ac thema statuendum ἐξωμίζω, vt apud Aristoph. Concion. ἐξωμισμέναις τὸν ἕτερον βραχίονα, *altero brachio ad humerum vsque nudato siue exerto.* sic enim ibi & textus habet, & Schol. & Suidas: nec alterum α ferre metrum posset.] In indicatiuo medio, ab ἀράομαι, ἠρασάμην, *deuoui*: πειράομαι, ἐπειράσω, *tentasti*: καταράομαι, κατηράσω, *execratus es*: μηχανάομαι, τὸ ἐμηχανάσατο, *machinatus est, rationē inuenit*: πελάζομαι, ἐπελάσατο, *distra*

* *Fortasse scribendū κνισᾶσαι, à κνισάω: vel κνισάσαι Dori. ū est pro κνισῆσαι, vt τιμᾶσαι pro τιμῆσαι, 118,40.*

Annotatio.

distraxit : προαιλιάομαι, προηλιασάμεθα, *causas antè, attulimus* : πάομαι, ἐπάπαλε, *gustarunt*, potest etiam referri ad πατέομαι, vt sit dictum per syncopen (365,10.) pro ἐπαπάσατο. In imperat. μεταμφιάσαι, *mutato vestes*. In subiunctiuo, ὑπερεκκρεμάσωμαι, *suspendero* : (vel refer ad ὑπερεκκρεμάννυμαι) συνεπισπάσησθε, *attrahatis*.

RVRSVS Et in his σ sæpe geminatum inuenitur: vt in indicatiuo actiuo, à νάω τὸ ναίω, νάσσα, *habitaui* : καταναίω τὸ κατοικίζω, κατένασσα, *deduxi, habitare feci* : κατένασσε, *habitare fecit, deduxit, collocauit* τελάω, ἐτέλασσε, *tolerauit*. In indicatiuo medio, à καταναίομαι, κατενασσάμην, *habitaui* : κατενάσσατο, *habitauit* : ἐνάσσατο, quod & detracto augmento νάσσατο, *habitauit*, item *migrauit* : ἀπονάομαι, ἀπενάσσατο, *eiecit, migrare fecit*, item *commigrauit* : ἐράομαι, ἐράσσατο, pro ἠράσατο, *amauit*. In infinitiuo, πάσσασθαι, quod & πάσασθαι, *gustare, comedere, saturari*, item *possidere*, tum α in πα producitur natura. In participio, πασσάμενος, *qui gustauit*.

σ geminatum à thematibus in άω vel έομαι.

IN Sequentibus abiecto σ, characteristica remanet ε: in futuro indicatiui actiui, καδδέξεσθαι, *sufficiet*. In aoristo eiusdem, ab ἐπιζέω, ἐπέζεσεν, *inferbuit, increuit* : προσεπαινέω, προσεπῄνεσεν, *approbauit* : παραζέω, παρέζεσαν, *exarserunt* : ποθέω, πόθεσαν, *desiderarunt*. In imperatiuo, σύζεσον, *conferuefacito* : συναναζέσον, *fac simul feruere*. In subiunctiuo, τελέσῃ, *perficiat*. In infinitiuo, ἐπιτελέσαι, *perficere*. In indicatiuo medio, à προκαλέομαι, προεκαλέσατο, *prius vocauit*. Et hîc quoque σ non rarò geminatur: in indicatiui futuro medio, à λοέομαι, λοέσσεται, *lauabitur*. In aor. indic. actiui, à παραινέω παρῄνεσσα, *admonui, admoneo* : νείκεσσεν, *increpauit* : τρέσσαν, *tremuerunt, exterriti sunt, fugerunt*. In participio, λοέσσας, *qui lauit*. In indicatiuo medio, ab ἀποδέομαι, ἀπεδέσσω, & Ionicè (186,23.) ἀπεδέσσαο, *impertiuisti, deligasti*. [Sed rectius in deligandi quidem significatione ab ἀποδέω dici posset ἀπεδέσσαο poëticè, vt προσκαλέσσατο à προσκαλέω: (in prosa enim vsitatius est ἀπέδησας, à quo participium ἀποδήσας legitur apud Dioscor.) at pro *impertisti* rectius diceretur ἀπεδάσσαο, ab ἀποδάζομαι, de quo in pag. 376.] In infinitiuo, κοτέσσασθαι, *irasci* : dicitur & κοτέσασθαι, geminato τ. In participio, κοτεσσάμενος, *iratus*. Sæpius ante σ inuenitur κ: quod vnà cum σ, ac tota terminatione, si mutaueris in άω siue άομαι, aut in έω siue έομαι, ferè vocabuli thema effeceris, modò & augmentum quoque, si quod adsit, exemeris. atque huiusmodi tempora in vsu versantur frequentissimo. In rudiorum itaq; gratiam hîc quædam

σ geminatum à thematibus in άω vel έομαι.

σ abiectum ex ἐσ- & εσ-

σ geminatum à thematibus in άω vel έομαι.

ANNOTATIO

De futuris & aoristis quæ ante σ habent κ.

enumeremus : & priori loco ponamus ea quæ referuntur ad themata in άω ; si vocis sint actiuæ : & in άομαι, si mediæ. In futuro actiuo, à πεξάω, πεξήσω, *accedam*: πεξήσει, *veniet* : πειρήσω, *tentabo, nitar* : * πειρήσομεν, *tentabimus, penetrabimus* : καταχρήσει, *satis erit*, melius referetur ad impersonale καταχρῆ, vt ἀποχρήσει ad ἀπόχρη, 353, 6. In infinitiuo, † πεξήσειν, *accessurum, descensurum esse*. In indicatiuo medio, κτήσομαι, *acquiram* : λοχήσομαι, *insidiis petam*: ἐπιβοήσομαι, & crasi οη in ω (208, 26.) ἐπιβώσομαι, *acclamabo* : πειρήσῃ, & Ionicè (186, 23.) πειρήσεαι, *experiêris* : ἀπαλήσεται, *aberrauit* : καταμωκήσεται, *deridebit* : ὀνησόμεθα, *vtilitatem capiemus*, refertur & ad † ὄνεομαι, atque ad ὄνημι siue ὄνημαι, vt multa etiam alia ad άω, & έω, & ημι : siue ad άομαι, έομαι, αμαι, εμαι : ὀνήσεσθε, *fructum capietis*. [ὄνεομαι Ionicum potius est thema, Commune ὀνάομαι, vt satis ostendunt ὄναξ & ὀνίναξ, quæ inde manarunt vt ἵσταξ è στάω. qua de re plura supra pag. 366, 44. ὀνήμενοι quoque dictum videtur vt θήμενοι, σήμενοι: licet Hesych. passiue interpretetur ὠφεληθῆναι, adiutum esse. alias ὀνημένη particip. est fœmin. ab antiquo ὄνημαι, è quo compos. ἀπόνητο apud Hom.] μωμήσονται, *vituperabunt, reprehendent*. In participio, καταμωκησόμενος, *qui deridebit*: χρησόμενος, *petiturus oraculum*. In aor. indicatiui act. ab ἐρευνάω, ἠρεύνησα, *scrutatus sum* : μειδάω, μείδησε, *subrisit* : πέρησε, *peruenit, accessit* : ἀκισσάω, ἐκίσσησε, *concepit* : κομιάω, ἐκόμισε, *coniam aluit* : ἀλοιάω, ἠλοίησεν, *verberauit* : ὁρμάω, ὥρμησεν, *impetum fecit* : ὥρμησαν ; *se proripuerunt, concurrerunt* : διαπηδάω, διεπήδησε, *prosiliit, exiliit* : μεταπηδάω, μετεπήδησε, *resiliit* : περιψάω, περιέψησεν, *abstersit* : περισιλάω, περισείλησε, *stercore perfudit* : ἀπαλοιάω, ἀπηλοίησεν, *amputauit* : καταντάω, κατήντησε, *peruenit, retorsit* : παραγγελάω, παρήγγελσε, *denuntiauit, certiorem fecit* : σπαταλάω, ἐσπατάλησατε, *lasciuiistis* : διαπεράω, διεπέρησαν, * *traiecerunt*: καταλοάω, κατηλόησαν, *iugularunt* : ἐφορμάω, ἐφώρμησαν, *mouerunt*. In imperatiuo, κατατρύφησον, *deliciare*. In Optatiuo Æolico, κυβιστήσειε, *se præcipitauerit* seu *præcipitare possit* : παλ. σειε, *periisset* seu *abscessisset*. In subiunctiuo, καταρτήσω, *restituam* : κατατρυφήσω, *eluxurier, delicier* : μακροθυμήσῃς, *sileas, longanimus sis* : νεμεσήσητε, *succenseatis*. In infin. ἐπιβουλεῦσαι, *insidiari* : ἐφορμῆσαι & Ionicè (118, 30.) ἐπορμῆσαι, *immisisse* : αὐχῆσαι, *gloriari* : καταχνῆσαι, *in tenues partes secare* : ὀπτῆσαι, *decoquere* : περιελκῆσαι, *in manus trahere* : * περῆσαι, *peruenire, peruenisse* : προτιμῆσαι, *prætulisse* : συλῆσαι, *spoliare*. [A συλάω pariter & συλέω potest deduci. etsi enim illud est vsitatius, tamen à posteriore

cita

ησ- ex α-

* Ionicum est πειρήσομεν vt superius πειρήσω & quod sequitur πειρήσειν.

ησ- ex α- & ex ε-

ANNOTATIO.

* Sed hoc est Ionicũ.

* Sed περῆσαι, est Ionicum.

ANNOTATIO.

citatur ex Isocr. συλέμβοος, pro quo Theocr. Dor. 119,10.
συλέυμβοος dicit.] συμφυσῆσαι, *unà spirare, unà flare*:
συμψῆσαι, *complanare & adæquare arenam* : σωτεοχῆσαι,
obuiare, accumulare. [Apud Hesychium, Etym. & Suid.
est σωτεοχάσαι, ab impuro σωτεοχάζω. itaque σωτεοχῆ-
σαι foret Ionicum.] τελευτῆσαι, *exitum habere, vitam*
finire. In participio, ἀναπνήσας, *cum anhelitu effundens*:
ἐπιμειδήσας, *arridens*: καταψήσας, *demulcens*: ὀπλήσας, *assans,*
coquens: παρορμήσας, *qui induxit*: συγκυκήσας, *committens,*
componens, commiscens: συμψήσας, *vorticibus contorquens,*
complanans : τολμήσας, *animi fidens*: * προξήσαντες, *transmissi*:
προσυνοικήσασα, *priùs nupta*. [Quod verius est à thema-
te in έω.] In indic. medio ab ἐπικτάομαι, ἐπεκτήσω, *adeptus*
es, insuper acquisiuisti: βιάομαι, † βιήσατο, quòd & ἐβιάσατο,
coëgit : ἐξιάομαι. † ἐξιήσατο, *sanauit*, † πειρήσατο, *explorauit*:
τεχνήσατο, *composuit*: φιτύσατο, *produxit, peperit* : θοινήσατο,
& cum augmento ἐθοινήσατο, *cœnauit, comedit* : παλαμάο-
μαι, ἐπαλαμήσατο, *excogitauit, molitus est* : περιλιχμάομαι,
περιελιχμήσατο, *linxit* : προσκτάομαι, προσεκτήσατο, *insuper*
acquisiuit seu parauit, protulit : τιμήσαντο, *honorarunt*: πει-
ράομαι, ἐπειρήσαντο, *experti sunt*. In imperatiuo, πείρησαι,
experire : πειρήσασθε, *experimini*. In Optatiuo, περιτιμησαί-
ατο, *pluris æstimauerint* : θοινήσαιτο, *voraret* : καταχρήσαιτο,
compararuerit. In subiunctiuo, καταχτήσῃ, *asciueris*. In in-
finitiuo, ἠπήσασθαι, *sarcire* : κτήσασθαι, *acquirere, suscipere*:
μηχανήσασθαι, *machinari* : μωμήσασθαι, *æmulari*: προσχρήσασθαι,
adhibere, opera uti: χρήσασθαι, *usum esse*: τιμήσασθαι, *honorare*:
μασήσασθαι, & syncope (365,8.) μάσασθαι, *mandere, edere*. In
participio, λοχησάμενος, λοχησαμένη, *insidiatus insidiata*:
ἐκπιησάμενος, *qui succum expressit* : μυκησάμενος, *reboans*:
παραχρησάμενος, *contemnens*. Ex ε in futuro actiuo ἀοζή-
σω, *ministrabo*: sunt qui scribant ἀοζήσω, ab ἀοζέω. [Verius
est ἀοζήσω per ζῆτα : nam coquos dictos volunt ἀόζους
quasi πολυόζους, vt qui multos ὄζους (id est *ramos*) inge-
rant foco : nec alphabetica tantum series hanc scriptu-
ram postulat apud Hesych. sed probat etiam simplex
ὀζεία, quod idem exp. θεραπεία, *famulatus, cultus*.] ἐξοὐ-
θερώσω, *ingenuum reddam*: κυνοκρατήσω, *percutiam seu ver-*
berabo vt canem : λιθουργήσει, *in lapidem vertet*. In parti-
cipio, ὀτλήσοντες, *toleraturi*. In indicatiuo medio, κιχήσο-
μαι, *reperiam, consequar*: μεδήσομαι, *curabo, mihi cura erit*:
* πατήσομαι, *feriam, percutiam*: περιελησόμεθα, *circumligati*
erimus. In participio, οὐρησόμενος, *urinam redditurus*. In
indicatiui actiui aoristo, ab ὁμολογέω, ὡμολόγησα, *promisi*:
ὡμολόγησε, *promisit, spopondit* : καταχηλέω, κατεχήλησα. *per-*

ANNOTATIO.

* προξήσαντες *est etiã Ionicũ. ut etiã v. 15.* πειρήσατο, *adde* βιήσα-
το, & ἐξιήσατο *v. 14. cõmuniter enim hæc α præs. retinent in 1. futuro & tempori-*
bus inde formatis.

ης - ex ε-

ANNOTATIO.

* *In Indice scriptum* πατήσομαι, *cuius the-*
ma natũ est è πατέω. πατήσομαι *esset cal-*
cabo, *à* πατέω calco.

*καζαναρκέω, κατενάρκησα, onerosus fui: προσκυνέω, προσεκυνήσα, adoraui: ἐξανθέω, ἐξήνθησα, ἐξήνθησας, ἐξήνθησεν, effloruì, isti, it: κατοικέω, κατῴκησα, ας, εν, habitaui, isti, it: ἰαχέω, ἰάχησας, clamasti, locutus es: ὀνέω (quod & ὄνημι ac ὠνέω) ὤνησας, iuuisti: ὤνησε, iuuit, profuit: ὤνησαν, iuuerũt. [Legitur apud Hesych. quoque ὠνεῖν non tantum pro vendere, sed etiã pro frui: eiusque verbale ὤνησις, etiam cum tertia significatione. exponit enim nõ modo venditio, emptio; & vtilitas, salus: verum etiam vituperatio. alias in emendi quidem significatione per ω scribitur ὠνεῖσθαι, ὤνησις, & similia: at per omicron in fruendi signif. ὄνασθαι, in signif. vituperandi ὄνοσθαι: de quibus etiã supra.] παρενοχλέω, παρηνώχλησας, inquietasti: ζαμβρήσε, magna vi egit: *πελέκησε, dolauit, securi poliuit seu aptauit: ποίησε, fecit: ἀσεβέω, ἠσέβησεν, impius fuit: ὀκνέω, ὤκνησε, grauatus est, piger fuit: ὁμηρέω, ὡμήρησε, contigit, concurrit, obuiauit: ἐπινέω (quod & ἐπινήθω) ἐπένησε, filauit, fatum dedit: καταχορδέω, κατεχόρδησεν, occidit. [Scribendum καταχορδέω & κατεχόρδησεν ex Suida: pro quo apud Herodot. est καταχορδεύω. nam vt apud Suidam furiosus quidam ἑαυτὸν μαχαίρᾳ κατεχόρδησε, sic Cleomenes apud Herodotum 226. τὴν γαστέρα καταχορδεύει, ventrem discindit.] ἀντιφωνέω, ἀντιφώνησε, respondit: ἀποκακέω, ἀπεκάκησε, defecit: ἐγκλαβέω, †ἐνεκλάβησε, buccellam deuorauit seu deglutijt: ἐπαπειλέω, ἐπηπείλησε, comminatus est: καταλογέω, κατηλόγησε, neglexit, prætermisit: κατοικέω, κατῴκησε, commigrauit: παροινέω, παρῴνησεν, ebrius fuit: ἰθυδρομέω, ἰθυδρομήσαμεν, recto cursu cõtendimus: οἰκοδομέω, ᾠκοδομήσαμεν, ædificauimus, extruximus: συνομολογέω, siue Atticè (401, 23.) ξυνομολογέω, ξυνωμολογήσαμεν, inter nos conuenit: ἀβακέω, ἀβάκησαν, ignorarunt, nescierunt: ἀβολέω, ἀβόλησαν, occurrerunt: †ἀβρέκησαν, sonuerũt. [Pro ἀβρέκησαν alibi inuenies ἀράβησαν: vt & pro Hesychiano ἄβρεχε alibi reperitur ἔβραχε.] ἀεργέω, ἠέργησαν, otiosi fuerunt: ὁμιλέω, ὡμίλησαν, attigerunt: ὁμολογέω, ὡμολόγησαν, deditionem fecerunt: ὀχθέω, ὤχθησαν: commoti sunt, grauati animoq́; suspensi fuere: ἐπιρροθέω, ἐπερρόθησαν, infremuerũt: παρανέω, παρένησαν, coaceruarũt. In imperatiuo, ἐπομώρησον, age familiariter cum eo: προσκύνησον, adora, syncope πρόσκυσον: κατελεήσατε, miseremini. In Optatiuo Æolico, ἐπαθρήσειεν, inspiceret, cerneret. In subiunctiuo, ὀκνήσῃς, graueris: ὁδηγήσῃ, dux viæ fuerit, deduxerit. In infinitiuo, ἀβροτῆσαι, noctu occurrisse: ἀδαξῆσαι, prurire, dolere: ἀκανθοφυῆσαι, spinosum fieri: ἀλλοτριοπῆσαι, mutare: ἀνακῆσαι, quieuisse: ἀναλῆσαι, nutrire: ἀποσποδῆσαι, in cinerem redigere, è medio tollere: ἁρματροφῆσαι, equos

*καζαναρκέω Ionicũ mulsi magis est quàm cõmune: malim igitur καζαναρκάω, à cuius simplici apud Arist. & Athen. est infin. ναρκᾶν, & particip. ναρκῶντες apud Greg.

Annotatio.

*Verius est à themate in άω, vt ostendit πελεκᾶται apud Theophrast. vt etiã sequentia.

διαπλασφῆσαι 535, 3.
διαπλῆται v. 5.
ἐκπωρῆται v. 7.
ἐκτρυπῆται v. 14.
Vtrunque vero, έ & ά habent διαμφοδήσαι v. 2.
ἐξοδῆται v. 15.
ὑπεμνηθῆσαι v. 28.
ὀπτρεῖς v. 42.
λοχήσατο, 536, 25.
ἐξίπεχ᾽ ταῦτο v. 39.
σκαριφᾶσθαι 537, 5.
ὁμοτράμβροι v. 8.

Annotatio.

equos iugales nutrire : βαρυσταθμῆσαι, pondus seu grauitatem addere: † διαμφοδῆσαι, deuiare: διαπαρεισικῆσαι, traducere, culpare: διαζεμῆσαι, diuidere : † διασκαριφῆσαι, vnguibus terram scalpere, quod auium est proprium: † διαχωρῆσαι, cacare, excernere stercora : διημερεῦσαι, totum diem aliquid facere : διλογῆσαι, bis idem dicere: εἰκοτολογῆσαι, ex coniecturis dicere: † ἐκκωφῆσαι, obtundere, & obsurdescere. [Hoc tamen obseruandum est, ἐκκωφῆσαι actiuum descendere à them. in άω : neutrum vero, à them. in έω: vt apud Synes. ἐξεκώφει τὸ κάθαρμα, exsurdescebat sceleratus. Iones tamen hoc quoque pro actiuo vtuntur, vt ὁρμέω pro ὁρμάω, per dialysin : atque inde videtur esse ἐκκεκωφέαται apud Herodot. pro ἐκκεκώφωνται.] ἐκδικτυῆσαι, è retib. elabi, periculum effugere: † ἐκτρυπῆσαι, erumpere : ἐξαθυμῆσαι, exanimari : ἐξειλῆσαι, effugere: † ἐξοδῆσαι, deuiare : ἐπικυκλῆσαι, inuoluere : θαλαττοπορῆσαι, nauigare per mare, transfretare : θυροκοπῆσαι, fores pulsare: ἰαλεμῆσαι, complorare, lamentari : κοπετοποιῆσαι & ξυλοκοπῆσαι, ligna scindere: σκηνοποιῆσαι, scenas struere: καταβοσκῆσαι, depascere: καταθλῆσαι, vincere: † καταλοχῆσαι, instruere aciem: λακπατῆσαι, calcibus petere: νηῆσαι & syncope νῆσαι, struere, aceruare, aggerere. [Imo contra ex νῆσαι per epenthesin factum νηῆσαι, vt supra docui in pag. 477.] ὀγκολογῆσαι, cum fastu dicere : οἰκῆσαι, habitare: ὀλισθῆσαι, labi: οὐρῆσαι, mingere: πιλῆσαι, congerere, constipare: πολυστωμῆσαι, multa loqui: περιῳδῆσαι, incantamentis & magica arte circumuenire & obtundere : στρεψοδικῆσαι, dolis & varietate dicendi iura fallere, & causas inuertere : † ὑπομηλαφῆσαι, contrectare. In participio, ἀναθαρσήσας, animum recipiens : ἀναθορυβήσας, tumultuans: διαπονήσας, qui elaborauit: δειλινήσας, tentatus, vel qui ad crepusculum durauit: ἐνανθρωπήσας, qui humanam carnem assumpsit : ἐξαπονήσας, qui elaborauit. [Verum is qui elaborauit, dicitur ἐκπονήσας & διαπονήσας. at ἐξαπονοήσας esset qui planè despondit animum: nam ἀπονοεῖν est animum abiicere.] καλλιτεχνήσας, qui excoluit, qui optimè fabricauit: καταῤῥωδήσας, metuens, formidans, perterritus: σκατοῤῥωδήσας, territus. [Verius est κατοῤῥωδήσας : nisi fortè comica scurrilitate σκατοῤῥωδῆσαι dictum quis velit quasi stercoreo (id est, putido & inani) timore percelli.] λευκογραφήσας, albo colore depingens: ὁδηγήσας, ασα, τὸ ὁδηγῆσαν, deducens : † οἰστρήσας, furens: ὀλισθήσας, lapsus: ὀτλήσας, tolerans, passus: ὀχθήσας, indignabundus: παρασπονδήσας, fœdifragus: παραφωνήσας, interclamans : πελινήσας, circundans : πελεμοθήσας, qui cepit. [πελεμοθήσας nullibi reperio. apud

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

ANNOTATIO.

Hesych. vero in expositione verbi περικωδωνίσαι, pro περιεγμυθῆσαι scribendũ περιβομβῆσαι *circumsonare, bombis circumdare.*] περιᾳδήσας, *incantans* : πιθήσας, *credens, fretus, persuasus*: σκιαμαχήσας, *crebris ictib. aërem inanem feriens*: περασδήσας, *qui alligauit* : συνειλήσας, *qui congregauit, qui coëgit* : τυμβωρυχήσας, *qui suffodit sepulchrum*: ἀναξιοπαθήσας, *qui ægrè* seu *indignè tulit* : ἀποκηδήσαντες, *securi, otiosi, negligentes* : διατρέσαντες, *perterriti* : ἰσοδρομήσαντες, *pari concursu currentes* : προσυναλογήσαντες, *præterea cogitantes*: στρατάρχήσαντες, *duces exercitus*: συγκρατήσαντες, *conspirantes*, vulgò**complices*: συμφρονήσαντες, *prudentes* : τριγονήσαντες, *quæ tertium partum ediderunt*. In indicatiuo med. ab ἀναριθμέομαι, ἀνηριθμησάμην, *enumeraui* : παραιτέομαι, παρῃτησάμην, *oraui*: παρῃτήσατο, *precibus impetrauit, purgauit* : προνοέομαι, προενοησάμην, & Attica crasi (311,16.) πρὐνοησάμην, *præcogitaui, præuidi* : πρὐνοήσω, *præuidisti* : ἀρνέομαι, ἠρνήσω, *negasti* : ἀχέομαι, & cum reduplicatione poëtica ἀκαχέομαι, ἀκαχήσατο, *tristatus est* : ἐγκαναχέομαι, ἐγκαναχήσατο, *insonuit* seu *cachinnatus est.*

* *Complices siue cõiurati verius dicuntur* συγκρατήσαντες: *nam* συγκρατεῖν *est* continere, tueri.

ANNOTATIO. [Sed scribendum ἐγκαναχίσατο, per χ. Etymologus enim hoc verbum cum primitiuo suo καναχὴ factum vult ἀπὸ τοῦ κενὸν ἀχεῖν. Sed dicitur etiam καναχίσαι à them. καναχίζω, vnde imperf. κανάχιζε apud Hom. & Hesiod. sine augmento.] θηέομαι τὸ θεάομαι, θηήσατο, *admiratus est*: μυθέομαι, μυθήσατο, *dixit* : λοχέομαι quòd & λοχάομαι, ἐλοχήσατο, *ex insidijs cepit*.

ANNOTATIO. [λοχέομαι Ionicum est, commune λοχάομαι. Sic pro ἐκτεχνέομαι v. 39. in communi sermone dicitur ἐκτεχνάομαι, quod confirmat cognatum περιτεχνᾶσθαι apud Suidam, & simplex τεχνᾶσθαι apud Thuc. Sed & σκαριφήσασθαι 537,5. & ὀσμησάμενοι ibid. v. 8. præsentis characteristicam habent α, nõ ε, vt arguit σκαριφᾶσθαι apud Hesych, & ὀσμώμενος apud Polluc.] μέομαι, ἐμήσατο, *cogitauit, in animo voluebat* : (sunt qui ducant ab ἐμέομαι, tum erit sine augmento.)

ANNOTATIO. [Nec μέομαι nec ἐμέομαι reperio in hac significatione. rectius igitur ἐμήσατο deduces ab impuro them. μήδομαι, quo Hom. aliquoties vtitur, vt Il. β, ἃ μήδετο ἔργα, *quas moliebatur res.*] διαδηλέω, διεδηλήσαντο, *læserunt*: ἐμφορέομαι, ἐνεφορήσαντο, *se ingurgitarunt* : † ἐκτεχνέομαι, ἐξετεχνήσαντο, *commenti sunt*: συνωνέομαι, συνωνήσαντο, & Atticè (298,20.) συνεωνήσαντο, *coëmerunt*. In Optat. παραμυθησαίμην, *suaserim*. In subiunctiuo, καθομολογήσηται, *desponderit*. In infinitiuo, ἐφηδιηγήσασθαι, *enarrare*.

ANNOTATIO. [Monstrosum verbum (inquit Sylburg.) est ἐφηδιηγήσασθαι : pro quo scribendum vel ἐπιδιηγήσασθαι, vt inde sit ἐπιδιήγησις *repetita narratio* apud

Quin

Quintil. lib.4. c.2. vel est vitiosa compositio indicatiui ...ον dixit, & infin. *διηγήσασθαι narrasse.*] ἠπατοσκοπήσασθαι, *exta consulere:* * *μεβιωνήσασθαι, auertere malum augurium:* παρηφορήσασθαι, *congerere, colligere:* προσλιμυγήσασθαι, *alloqui:* ...καταφήσασθαι, *perfunctoriè quippiam agere, scarificare, id est, per superficiem scindere.* In participio, ἐσοικησάμενος, *habitans:* ψευδομαρτυρησάμενος, *qui adhibuit falsos testes:* κοσμησάμενος, *stans in acie, ordinans:* ...όσμησάμενοι, *qui olfecerunt, qui senserunt:* προσαπληρωσάμενος, *qui minas addidit:* ὑποκυησαμένη, *pragnans* [In quibusdam ex verbis quæ ε thematis in ης mutant pro η reperies ι: Sic enim pro διαπαρθενικήσῃ pag.535. v.2. Etymol.& Hesych. habent διαπαρθενίσῃ: & κατελοχήσῃ ibid.20. verius est κατελοχίσῃ, vt ostendit κατελόχισε apud Plutarchum: Similiter pro ἐνεκοχλάσησε, (quod 537. v. 24. adducitur ex Hesychio) Eustath. habet ἐνεκοχλάσισε ab ἐγκοχλασίζω, veluti κόχλασον *ingero in os:* Etymologus autem alij, (vt notat Hesych.) ἐνεκολήβασε ab ἐγκοληβάζω cuius simplex κοληβάζει legitur apud eundem Hesychium pro *deglutit, comedit.*] Quæ ante σ habent ω, ferè omnia referenda ad themata in όω ῶ, siue όομαι οῦμαι, nam ω fit ex ο: & σ abiiciendum, veluti & augmentum, si adsit: deinde terminatio in thematis terminationem mutanda: vt in his, in futuro indicatiui actiui, ἐπιθολώσει, *turbabit:* ...κοπρώσομεν, *stercore linemus* seu *perfundemus.* In infin. χολώσειν, & Ionicè (182,6.) χολωσέμεν, *succensurum esse.* In part. ναυσθλώσων, *laturus, gestaturus.* In indicatiuo med. ἐκναυσθλώσεται, *naufragio exponetur:* χώσεται, *irascetur:* ὀγκωσόμεθα, *inflabimur, turgescemus.* In aoristo indicatiui act. ab ἀιστόω, ἤϊστωσα, *euerti:* ἐρριζόω ex ἐν & ῥιζόω, ἐνερρίζωσα, *infixi, infrixi:* ἀπηχθώσεν, *inuisum reddidit:* ἐγγυώσεν, *appropinquauit, ferit, coëgit:* μόνωσε, *redegit ad vnitatem:* ξυνώσε, *reddidit, respondit:* παχνόω, ἐπάχνωσε, *contristauit:* σπαργανόω, ἐσπαργάνωσεν, *innoluit fasciis:* ὀρφόω τὸ ὀρφανίζω, ὠρφωσεν, *orbauit:* ἐγκορπόω, ἐνεκόρπωσε, *fibula innexuit, illigauit:* καταιθαλόω, κατεθάλωσε, *combussit:* συνοικειόω, συνῳκείωσε, *conciliauit, colligauit, coniunxit:* ἁπλόω, ἥπλωσαν, *explicarunt:* ὁρκόω, ὥρκωσαν, *ad iusiurandum adegerũt:* διαβιόω, * διεβίωσαν, *ad extremum vixerunt:* ἐκθειόω, ἐξεθείωσαν, *consecrarunt:* καταποντόω, κατεπόντωσαν, *submerserunt:* παρεξηλόω, παρεξήλωσαν, *irritauerunt, prouocauerunt.* In imperatiuo, κλοίωσον, *circunda, appende pro collari:* κοίνωσον, *communica, imperti:* περιχαράκωσον, *vallo cinge.* In subiunct. ἐπανδρώσῃ, *viris impleuerit.* In infin. ἀμβλῶσαι, *abortire, abortiuum parere*, ab ἀμβλόω, quod & ἀμβλίσκω, & ἀμ-

* *Rectius apud Suidam est μεβιανίσαι, id à verbo μεβιανίζομαι.*

ANNOTATIO.

ωσ- ex ο.

* *διεβίωσαν est etiam aor. 2. verbi in μι, ut ἔγνωσαν, 358,41.*

βλώσκω : ἀποκυπαρῶσαι, *occidere*: ἀπομαστιγῶσαι, *flagris cædere* : ἀποματαιῶσαι, *vilipendere*. [Apud Hesych. est ἀποματαιάσαι, expositum itidem ἐξευτελίσαι : necnon ἐμματαιάζων, *inani sermone immorans*, ματαιολογῶν. alibi vero sine α penultimo ἀποματαΐσαι, vt apud Herodot. & Stobæum, ἐπάρας τὸ σκέλος, ἀπεματάισε, *sublato crure, ventris emisit crepitum*. & in serie τοῦ μ habet idem Hesych. ματαιᾶν & ματᾶν, necnon ματαΐσαι, exponens μωραίνειν, ματαΐζειν, stolidos ineptosque gestus edere.] ἀποσιμῶσαι, *in editiorem locum pertrahere, item nudum obuertere podicem* : ἀποχαλιδῶσαι, *plagas erigere & furcis illis venaticis fulcire* : ἀποχῶσαι, *aggere munijsse* : ἀφιματῶσαι, *exuere vestes* : διασηκῶσαι, *ferre, contrectare, pondus æstimare manu* : ἐκμαλθακῶσαι, *mollem & dissolutum reddere*: ἐκμορφῶσαι, *exprimere* : * ἐμμειδιῶσαι, *subridere*: ἐξαρθρῶσαι, *deartuare, artus loco mouere* : ἐξινῶσαι, *purgationibus euacuare* : ἐπιζυγῶσαι, *claudere*: εὐσαρκῶσαι, *plenum corpus reddere* : θηγῶσαι, *acuere, nitidum reddere, ignire* : θυρῶσαι, *firmare, ianuis* seu *foribus munire* : καρπῶσαι, *sacrificare*: καταθολῶσαι, *turbidum reddere* : καταμουσῶσαι, *numeris & modis exornare, & venustius reddere* : καταποντῶσαι, *demersisse, in mare demergere* : κεδρῶσαι, *cedro condire* : κημῶσαι, *concludere, camo frenare* : λεπυχρῶσαι, *deglubere, glumas excutere, excorticare* : μοτῶσαι, *immisso penicullo lineamentóve curare* : μουσῶσαι, *numeris & modis exornare, venustius reddere* : νεοχμῶσαι, *noua moliri*: ὀμματῶσαι, *oculatum reddere* : πακτῶσαι, *obserare*: παρακτῶσαι, *introducere* : περιχειλῶσαι, *labia obducere* : πιλῶσαι, *condensare*: † πολλαπλασιῶσαι, *multiplicare* : προσεκπυρῶσαι, *accendere*: προσηλῶσαι, *affigere*: προσαναπληρῶσαι, *adimplere* : στενυγρῶσαι, *stipare, siccare, humidorum meatus contrahere* : στωμιῶσαι, *salibus & conuitiis incessere* : συνιδρῶσαι, *consudare*: χαλιδῶσαι, & ἀποχαλιδῶσαι, *plagas erigere, & furcis illis venaticis fulcire* : τεκμηριῶσαι, *indicare, attestari* : τριχῶσαι, *pilosum reddere* : ψῶσαι, *calefacere*. [Hesych. affert ψῶσαι pro θάλψαι, *fouere* : Suidas autem particip. ψῶσαν pro θάλψασαν ex Herodoto: quod & Corinthus Ionicæ dialecto in hac significatione scribit esse familiare. alias ψῶν, è quo particip. ψώσαν factum est per contractionẽ, significat *tergere, radere, complanare, tenuare, tangere*. vide not. in pag. 539, v. 28. Part. θαμβώσας, quod sequitur, citant vulg. Lex. è Luciano: sed metuo ne mendosè pro θαμβήσας, à θαμβέω. nam θαμβῶσαι, sicubi reperitur, actiuè potius significat *obstupefacere*, vt οἰστρῶσαι, δειματῶσαι, & similia.] In particip. † θαμβώσας, *stupefactus*:

ANNOTATIO. | *Verius est ἐμμελδιάσαι, & πολλαπλασιάσαι v. 29. illud à puro them. in άω, hoc autẽ ab impuro in άζω. | ANNOTATIO.

θυρά-

μώσας, *qui fabricauit portas* : ἱκανώσας, αὐτὸν αὐλὴν, *qui*
idoneum fecit : καταβιώσας, *vita defunctus*: καταμώσας, *in-*
quirens. [καταμώσας legitur in Hippocrateo Galeni Le- ANNOTATIO.
xico pro *Inquirendi gratia demittens.* Simplex eius the-
ma præteritur à cæteris Lexicographis, at legitur apud
Etymol. in μῶμος. nam verbi μῶ futurum esse dicit μώ-
σω : vnde fieri μῶμος, vt sit, *qui in omnibus quærit quod*
carpat. Ab eodem est verbale μῶσις apud Phurnutum,
vbi τὰς μούσας denominatas tradit ἀπὸ τῆς μώσεως, ὅ ἐστι
ζητήσεως, *ab inquisitione* seu *indagatione* : quasi ζητούσας,
quærentes indagantes. Alias μάω legitur in hac significa-
tione, atque inde τὰς μαίας volunt dictas. & vt ζώω poë-
tice fit è ζάω, sic μώω è μάω: vnde apud Epicharmum est,
μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς, *ne quære mollia, ne*
fortè consequaris dura: est enim μώεο vt μνώεο & χώεο, 438,
44. Apud Hesych. legitur etiam μῶται, expositum ζητεῖ
quærit, & τεχνάζεται *machinatur* : itidemque μῶσθαι apud
Suidam, quod verbum dicit esse Laconicum pro ζητεῖν
quærere, & πολυπραγμονεῖν *curiosius inquirere* : per syn-
copen ex μώεται & μώεσθαι, vt λοῦται & λοῦσθαι supra per
syncopen è λούεται & λούεσθαι deduci à quibusdam anno-
taui μώμεθα vero apud eundem Hesych. vel per synco-
pen è μωόμεθα, vel per crasin è μαόμεθα factum dici po-
test. Adhæc vt μοῦσα è μάουσα, sic μῶσα è μάουσα per crasin
ortum videri potest : licet hoc posterius tribuatur Do-
rico idiomati, vt & μοῖσα, 119, 6. & 16. Hæc de verbo μῶ
libuit obiter annotare. è quibus conijcere licet, vt μῶσαι
fit à μῶ, sic paulo antè Hesychianũ ψῶσαι è ψῶ deduci
posse : ac vt μῶ non tantum ex μάω contractum est, sed
etiam ex μόω, ita ψῶ è ψάω pariter & ψόω natum videri:
nisi fortè contra Grammaticorum opinionem (166, 28.)
ex poëtico ψώω formatum malis infinit. illum ψῶσαι.]
περιχειλώσας, *labra* seu *margines obducens* : πιλώσας, *qui*
constipauit : προεκνιτρώσας, *qui nitro priùs perfricuit* : προ-
πλώσας, *naui progressus*: πληρώσας, *imponens, decipiens*: πα-
ρομαρτήσαντες, *declinantes à via* : περιφώσαντες, *operientes,*
operculis tegentes. [περιφώσαντες legitur apud Suidam ANNOTATIO.
quoque sic expositum : sed haud scio an mendosè pro
περιφιμώσαντες : vt περιφιμῶσαι χύτραν eo in loco sit ol-
lam panno circumligato ita communire, vt os vrina-
torum circumposito φιμῷ, vel deducendum est hoc
particip. ab impuro them. περιφάζω *circumtorreo*, à cuius
simplici est aor. 1. act. φῶσαι apud Hesychium, & parti-
cip. pass. πεφοσμένος apud Antelig. pag. 559. ex Etymolo-
go.] σταφιδώσαντες τὴν σταφυλὴν, *vuam passam facientes*:
ἀπὸ

σημειώσαντες, τῶ ἀποσημειωσάντων, *dantes ſignum.* In indicat. med. à λυτρόομαι, ἐλυτρώσω, *liberaſti*: καταπρηνώομαι, καταπρηνώσω, & Ionicè (186,23.) καταπρηνώσαο, *præcipitaſti, peſſum dediſti*: ἀγκρώσατο, *neglexit*: μαιώσατο, *obſtetricata eſt*: ὑπερχώσατο, *vehementer iratus eſt.* In infin. ἀνδρώσασθαι, *viret*: ἀποστεφανώσασθαι, *deponere coronam, corona priuare*: ἐσωματώσασθαι, * *introducere*: μετασημειώσασθαι, *inſignire, obſignare*: ναυθλώσασθαι, *nauem conducere*, item *nauem conſcendere*: προπώσασθαι, *religare ad ſcalmum.* In part. ἀποκορσωσάμενος, *tonſus*: μιτωσαμένη, *texens, orſa.* Occurrunt nonnulla habentia ω ante σ, quæ ad poëtica in όω vel ωμι referuntur: vt ἔπλωσε, *nauigauit*, ad πλόω ſiue πλῶμι ἐξέπλωσα, ἐξέπλωσας, *enauigaui, iſti*, ad ἐκπλόω ſiue ἔκπλωμι, aut ἐκπίπλωμι. ſic infinitiui ἐκπλῶναι, *enauigare*: ἐκπλῶσαι, *enauigauiſſe, elapſum eſſe.* & participia πλώσας, αντος, *nauigans, traijciens*: πλώσαντες, *nauigantes, curſum tenentes*: ἀναπλώσας, *nauigans, ſubuectus*: καταπλώσας, *inuectus.* Pauca occurrunt habentia ι ante σ, quæ abiecto σ, debeant referri ad thema in ιω: vt participium προσκυλίσας, *qui aduoluit*, ad προσκυλίω. nam ferè omnia referuntur ad themata in ίζω aut ίζομαι, vt multis exemplis antea demonſtrauimus. Hæc ad ύω: in indicatiuo med. προσυπεδύσατο, *exuam vltrà*, ad προσυποδύομαι. In aoriſto indicatiui actiui, à κύω, κῦσα, *oſculatus ſum*: κῦσε, *baſiolum dedit*: ἀπανύω, * ἀπήνυσα, *reduxit*: προφύω, προέφυσας, *progeneraſti*: ἐπερύω, ἐπέρυσεν, *attraxit*: ἴθυσε, *rectà perrexit* ſeu *ferebatur*: ἵδρυσε, *locauit*: καθίδρυσε, *conſtruxit*: ἀφύω, ἤφυσεν, *hauſit*: κατερύω, κατείρυσε, *deduxit*, augetur per ει, 286,15. ἴθυσαν, *rectà progreſſi ſunt*: προερύω, προείρυσαν, & detracto augmento, ac σ poëticè geminato, προέρυσσαν, *protraxerũt*: προσφύω, προσέφυσαν, *adhæſerunt.* [Quod in neutra ſignificatione verius eſt aor.2. 413,9. nam aor.1. actiuè ſolet vſurpari: quomodo ἔστησαν in aor.1. ſignificat ſtatuerunt, poſuerunt: at in 2. ſteterunt.] παρερύω, παρείρυσαν, *prætenderunt*: ὑπεξερύω, ὑπεξείρυσαν, *ſubtraxerunt.* In imperat. κατίσχυσον, *robora*: κύσσον, *da oſculum, oſculare*: παραβύσον, *inſere, inculca, adijce.* In Opt. Æolico, ἰθύσειεν, *inuaderet, deſtinaret.* In ſubiunct. κατισχύσητε, *contendatis.* In infin. ἀναφρύσαι, *reficere*: ἀποδύσαι, *exuere*: ἄφυσαι & poëticè ἀφύσσαι, *haurire, refundere*: δῦσαι, *ſubire, ingredi*: * ἐμβρύσαι, *imponere.* In part. ἀνύσας, *properans*: περιξύσας, *qui circumlacerauit*: τανύσας, *augens, multiplicans*: ἀπορύσαντες, *deliberantes.* In indic. med. ad ῥύομαι, ἐρρύσατο, & ſine augmẽto, ῥύσατο, *ſeruauit.* In part. θυσάμενος, *mactãs.*

Hæc

* *Pro Heſychiano* ἐσωματώσασθαι *ſcribẽdum fortaſſis* ἐσομματώσασθαι, *in conſpectum & veluti in oculos* (ἐς τὰ ὄμματα) *introducere.*

σ *abiectum ex* ισ-

σ *abiectum ex* υσ-

* ἀπήνυσα, *ſi mendo caret, ſignificat magna curriculi contentione abduxi vel reduxi*: *at* ἀπηύρησα, *hauſi de*: *vtrumque vel à puro them. vel ab impuro in* ύτω.

ANNOTATIO.

* ἐμβρύσαι *legitur apud Etymologũ quidem*: *ſed, vt cõijcere licet, malè, pro* ἐμβῦσαι, *quod eſt* inſercire. *nam factum dicit* ἀπὸ τοῦ ἐνδύσαι, (*ſic enim legendũ opinor pro* ἐνδῦσαι) *τροπῇ τοῦ* δ *εἰς* β.

Hæc ad αἴω & αἴομαι: in aoristo indicatiui, παίω ἔπαισε, *σ abiectum ex αισ-* percussit. In infin. ῥαῖσαι, *perdere, destruere*. In infin. medio, ἀπαίσασθαι, *perire, senescere*. Ad αύω aut αύομαι: in fut. *σ abiectum ex αυσ-* med. παραναπαύσωμαι, *requiescant*. In indicatiui aor. actiuo, ad αὔω, ἤϋσα, ας, ε, (& soluta diphthongo ἤϋσα, ας, ἤϋσε) *clamaui, isti, it*, augmentum cadit in ipsam penultimam: παύω, ἔπαυσε, *liberauit*: ἐπαύσατε, *abrogastis*: ἔπαυσαν, & detracto incremento παῦσαν, *finem fecerunt*. In subiúnct. παύσῃ, *sedarit*. In infin. διαναῦσαι, *traijcere*: παῦσαι, & Doricè per apocopen, παῦ, *cessare*. In imper. med. παύσασθε, *finem facite*. In infin. παύσασθαι, *finem imponere*. Ad είω aut είομαι: in aoristo indicatiui, ad κλείω, *σ reiectum ex εισ.* ἔκλεισαν, & verso ε in η, & rursus soluta diphthongo η in ηι, ἐκλήϊσαν, *clauserunt*. In infin. πεῖσαι, *rigare*, quod & πίσαι, à πίω. In indicatiuo medio, ad σείομαι, ἐσείσατο, & detracto augmento, σείσατο, *quassauit, commotus est*: ἀποσείομαι, ἀπεσείσατο, *excussit, sustulit*. Ad δύω aut δύομαι: *σ reiectum ex δυσ.* in aor. indicatiui, ad δύω, ἔδυσεν, *vssit*: διαπαρθενεύω, διεπαρθένευσε, *stuprauit*: ἐκδύω ἐξένδυσε, *declinauit, se subduxit* vel, *ignotum & peregrinum se fecit*, & tum ducetur à themate simplici ξενδύω) καταλεύω κατέλευσαν, *lapidibus obruerunt*. In imper. καταχελδύσον, *silentium impera*. In infin. ἐκλυπεῦσαι, *elaborare, perficere*: περιπλεῦσαι, *decorticare*. [περιπλεῦσαι significat *circumnauigare*, à περι- *Annotatio.* πλέω, 309,17. pro *decorticare* vero legitur quidem περιπλεῦσαι apud Theophr. Hist. plant. lib. 9. c. 5. sed eruditi legendum censent περιφλοῖσαι, cum hac significatione apud Diosc. extet περιφλοίζεσθαι, φλεύειν autem duntaxat in fluendi siue abundandi significato citetur à quibusdam, pro φλεῖν siue φλύειν.] πρωρατεῦσαι, *proretam esse*, id est, *proræ directorem, hominibus ad proram imperare*: πρωτοτοκεῦσαι, *facere*, seu *parere primogenitum*: συνεφηβεῦσαι, *vnà adolescere*. In part. μεγδύσας, *inuidus*. [μεγδύσας, quod è Libanij Declam. citatur pro *inuidens*, *Annotatio.* falsum est, falsum etiam thema. nam inuidendi signif. μεγαίρειν dicitur, cuius particip. aor. 1. μεγήρας apud Hesych. legitur. natus est error è vitiosa coniunctione vocum separandarum, vt in sequ. οἰνοσηλδύσαντες, ἀποκεκτίλαι, & similibus. Sic enim habet Libanius, (ea declamatione qua fingit quænam dixerit Andromache interempto Hectore) οἵας με γεύσας ὁ δαίμων εὐδαιμονίας ἀπεστέρησεν; hoc sensu, vt Erasmus quoque rectè vertit, *Quanta me felicitate, cuius gustum modo dederat, fortuna spoliauit?* à γεύω *gustandum præbeo*: vt apud Plutarch. Numa, δούλους ἔγευσε τιμῆς ἐλευθέρας, *seruis præbuit gustũ*

hono

honoris liberalis. Ibidem non est dubium quin diuisè scribendum sit οἱ νοσηλεύσαντες, à verbo νοσηλεύω, quod significat *ægris subseruio, ægrotis necessaria officia præsto.*] † οἱ νοσηλεύσαντες, *qui vinum administrarunt.* In infinitiuo med. μεταβουλεύσασθαι, *mutare consilium* aut *sententiam.* In part. παρεγχειρευσάμενος, *deducens* : συμπραγματευσάμενος. *qui vnà molitus est & laborauit* : ὑπομνηστευσάμενος, *qui desponsauit.* Ad ευω: in aoristo ad ὀρεύω, ὤρευσεν, *impetū fecit*: ὤρευσαν, *irruerunt*: ἐγκρεύω, ἐνέκρευσαν, *offenderunt.*

σ reiectum ex ευσ-

Est etiam interdum abiiciendum σ ex his temporibus, cum inuenitur post ρ aut post λ remanentibus ρ & λ pro thematis characteristicis : sed pro vnico λ, geminū nonnunquam reponendum : quod habet tantummodo locum in verbis quibusdam Æolico more coniugatis. vide 167,5.17. & 333,9. atq; 403,26. in quibus locis quædam horum exempla adducuntur: quibus adiice sequētia : in indicatiui aoristo actiuo, à κέλλω, κέλσαι, *appuli, ad portū veni, cucurri* : ὀρόρω, ὤρορσεν, *incitauit, iniecit*: ἐπόρω, ἐπῆρσεν, *adaptauit*: ἐπόρω, ἐπῶρσα, *incitaui* : ἐπῶρσε, *misit ad, incitauit in* : κείρω, κέρσεν, *incidit* : κέλλω, ἔκελσεν, *appulit*: ἐπικέλλω, ἐπέκελσεν, *idem.* In imperat. ἔπορσον, *incita in* : ὄρσατε, *excitate.* In subiunct. ὄρσῃς, *excites, moueas*: ὄρσωμεν, *excitemus.* In infin. à κείρω, κέρσαι, *totondisse* : κέλλω, κέλσαι, *appulisse, propinquasse.* In part. ἐπικέρσας, *incidens, nactus* : ἄρσας, *componens, aptans,* & in voce med. ἀρσάμενος, *idem.* Atque hæc de ψ, ξ & σ dicta sufficiant ; pergamus ad immutabiles, λ, μ, ν, ρ.

σ reiectum ex λσ- & ex ρσ-

De aoristis primis & futuris primis quæ habent λ pro characteristica.

De penultima η & ει ante λ.

ηλ- ex αλλ-

QVAE In his temporibus habent λ pro characteristica, in themate habent duplex λλ : & cum in aoristo primo ante λ est η aut ει, in themate est α pro η, & ε pro ει. Itaque vt horum habeas thema, abiecto augmento, si quod adsit, & verso η, quod præcedit λ, in α, & ει in ε, muta λ vnà cum tota terminatione in λλω aut λλομαι. Proferamus primùm exempla eorum quæ ante λ habent η ex α ; in aoristo indicatiui act. à σφάλλω, σφῆλα, pro ἔσφηλα, *fefelli* : ἰάλλω, ἴηλα, *misi, emisi, extendi, inclusi*: ἀγάλλω, ἤγηλα, *ornaui* : πάλλω, πῆλε, *vibrauit*, pro ἔπηλε: ἐπιπάλλω, ἐπίπηλε, *immisit, extendit*: θάλλω, ἔθηλε, *floruit*: σφάλλω, ἔσφηλε, *fefellit* : ἀνασφάλλω, ἀνέσφηλε, *reuixit, reualuit*: ἀποθάλλω, ἀπέθηλε, *defloruit* : διασφάλλω, διέσφηλε, *fefellit*: παρασφάλλω, παρέσφηλεν, *auertit.* In Opt. Æol. ἀποσφήλειεν, *aberrauerit.* In subiunct. ἀγήλω, *ornauerim*: ἰήλω, *immisero.* In infin. ἀγῆλαι, *ornasse, sacrasse, ad armentū egisse*: ψῆλαι, *cecinisse.* In part. ἀγήλας, *qui ornauit*: πήλας, *vibrās*: ἀναπήλας, *qui vibrauit* : σφήλας, *decipiens, malè meritus*:

ψῆλας, *qui cecinit* : κωπήλαυτες, *remigantes.* [Pro κωπή-
λαυτες legendum vel κωπηλατοῦντες tempore præsenti, ANNOTATIO.
vel κωπηλατήσαντες aor. 1. à κωπηλατέω : nam κωπάλλω
monstrosum est.] In indicatiuo med. ab ἅλλομαι, ἡλά-
μην, *salij* : ἥλετο, *saltauit, salijt* : ἥλαντο, *exilierunt* : ἀφή-
λατο, *desilijt* : ἐσήλατο, *insilijt* : καθήλατο, *desiluit, desultauit.*
In infin. καθήλασθαι, & Ionicè (118,30.) κατάλασθαι, *desilire,*
remanente α inuariato. sic in part. ἐφαλλόμενος, *assiliens,*
pro ἐφηλάμενος. In iis quæ habent σ ante λ, detracto au- σ͂λ- ex ελλ-
gmento, muta σ͂λ- & sequentem terminationem in έλλω
aut έλλομαι. & eorum habebis thema : vt sequentibus
exemplis fiet manifestum : in indicatiui aoristo, à διασ-
τέλλω, διέστειλα, διέστειλας, *diduxi, isti* : ἐπιτέλλω, ἐπέτειλα, *præcepi:*
ἀνατέλλω, ἀνέτειλε, *produxit* : συστέλλω, συνέστειλε, *contraxit,*
repulit : ἐπιστέλλω, ἐπέστειλε, *misit* : ἐξαποστέλλω, ἐξαπέστειλεν, *emi-*
sit : εἰσαγγέλλω, εἰσήγγειλε, *detulit* : παραγγέλλω, παρήγγειλε,
connocauit, edicto præcepit : παρηγγείλαμεν, *ediximus, condi-*
ximus, cōstituimus : ἐξοκέλλω, ἐξώκειλε, *deuenit* seu *prouectus*
est, pertraxit : προσοκέλλω, προσώκειλεν, *impegit, offendit,*
applicuit : ἐποκέλλω, ἐπώκειλαν, *impegerunt* : ἀποστέλλω, ἀπε-
στείλατε, *remisistis.* In imperat. διάστειλον, *constitue* : ἐπαγ-
γείλατε, *indicite* : παραγγείλατε, *edicite, pro potestate impe-*
rate. In Opt. Æol. ὀφέλλειεν, *auxerit, augeret* : regulariter
diceretur ὀφείλειε, sed Æolicè (vt sæpe aliàs) pro sub-
iunctiua vocali ponitur consonans 401,13. In subiunct.
στείλῃς, *miseris.* In infinitiuo, ἐσαγγεῖλαι, *nuntiũ interuenire.*
In Part. διαστείλας, *soluens* : ἐκπαραγγείλας, *qui indixit, qui*
nuntiauit : ἐξοκείλας, αὐτὸς, *qui impegit* : εὐστείλας, *præparãs,*
instruens : περιστείλας, *obuoluens, componens, ornans* : ὑπερ-
τείλας, *supereminens, superoriens* : ἀποκείλαντες, *declinantes* :
ἐποκείλαντες, *qui impegerunt* : ὀκείλαντες, *appellentes ad lit-*
tus : συστείλαντες, *conglobantes.* In indicatiuo medio, ab
ἀγγέλλομαι, ἠγγειλάμην, *nuntiaui* : διαστέλλομαι, διεστειλάμην,
iussi : διεστείλατο, *iussit* : ὑποστέλλομαι, ὑπεστειλάμην, *suffugi:*
στέλλομαι, ἐστείλατο, *parauit, iter confecit* : ἐστείλαντο, & detra-
cto incremento στείλαντο, *contraxerunt* : ἐντέλλομαι, ἐνετεί-
λατο, *mandauit.* In participio, ἀμφιστειλάμενος, *colligatus:*
μεταστειλάμενος, *accersens, accersendum curans* : ὑποστειλά-
μενος, *veritus, metuens.* In iis quæ ante λ aliam habent
vocalem quàm η aut σ, eadem est in ipso themate : vt
futurum προσαποβαλεῖς, *insuper perdes, insuper amittes*, à
προσαποβάλλω. aoristus infinitiui actiui, ἀποκεκίλαι, *ex-*
coriare, euellere, ab ἀποκεκίλλω. [Sed apud Hesych. re- ANNOTATIO.
ctius diuisè legitur ἄποκ' ἐκτίλαι, deglubere.] περιτῖλαι,
decerpsisse, à περιτίλλω. Et hæc de λ.

De iis quæ habent μ pro Characteristica.

μ ex {μν. μ.

QVVM In his temporibus Characteristica est μ, in themate nonnunquam est μν, sed sæpius ipsum μ. Penultimam à themate diuersam non habent, nisi in aoristo primo sit ει, pro quo in themate est ε: vt à νέμω, ἔνειμα, *tribui*: ἔνειμεν, & sine augmento νεῖμε, *tribuit*: ἐπινέμω, ἐπένειμε, *partitus apposuit*: προσνέμω, προσένειμεν, *adiecit, contulit*: νέμω, ἔνειμαν, quod & detracto incremento νεῖμαν, *distribuerunt*. In particip. νείμας, νείμαντες, *tribuens*. In indicatiuo med. à δέμομαι, ἐδείματο, *ædificauit* seu *ædificabat*: ἐδείμαντο, *construxerunt*: ἀναδέμομαι, ἀνεδείματο, & sine augmento ἀναδείματο, *reædificauit*. In infinit. κατανείμασθαι, *possidere & frui*. Si alia sit penultima quàm ει, eadam est in themate: vt futurum ἀμεῖς inuenies, ab ἄμω.

De ν & ρ.
De penultima.
ε ex ει & ε.
ει ex ε & ει.
α & η siue η ex αι.

CHARACTERISTICAE ν & ρ à themate non variant: neque etiam vocalis præcedens ν aut ρ, nisi fuerit ε, aut α, aut η siue η, aut ει: quòd ε futuri fiat interdum ex ει: & ει aoristi aliquando ex ε: α verò & η siue η, semper ex αι. η tamen siue η non habet locum nisi in aoristo.

ε futuri ex ει.

ε futuri ex ει: vt in indicatiuo, περῶ, *transfigam*, à πείρω, siue à πέρω. nam vtrumque inuenitur. In part. διαπερῶν, *traiecturus, transiturus*, à διαπείρω. In infinitiuo med. παρατενεῖσθαι, *dilaturum esse, protracturum esse*, à παρατείνομαι.

ει aoristi ex ε.

ει aoristi ex ε thematis: vt in indicatiuo, ab ὑπομένω, ὑπέμεινα, *sustinui*: παραμένω, παρέμεινε, *permansit*: δέρω, ἔδειραν, *corium detraxerunt*. In imperat. ἐπαναμένω, ἐπανάμεινον, *expecta*: παραμένω, παραμείνατε, *manete*. In part. πέρω seu πείρω, πείρας, *figens*.

ει aoristi ex ει.

Est & hîc ει ex ει thematis: vt in indicatiuo, ab ἀείρω, ἤειρα, quod & remoto augmento ἄειρα, *extuli, erexi*: ἤειρεν, *extulit*: est etiam ἤειρε, *nexuit*, ab εἴρω: vnde εἶρεν, & cum augmento poëtico (298,15.) ἔειρεν: & rursus verso augmento syllabico ε in tẽporale η, 290,13. ἤειρεν: ἐγείρω, ἤγειρα, *excitaui*: παρασπείρω, παρέσπειρα, *interserui*: οἰκτείρω, ᾤκτειρε, *miseratus est*: κτείνω, ἔκτειναν, & syncope ἔκταν, *occiderunt, interfecerunt*: sic ἔκτας pro ἔκτεινας, *interfecisti*: vel est dictum pro ἔκτης: vide 232,15. In infin. ἐπικεῖραι, *attondisse, accidisse*. In part. ἀείρας, & syncope αἴρας, *tollens*: (tamen sunt qui malint referre αἴρας ad αἴρω) ἀναπείρας, *suffigens*: κτείνας, κτείνασα, *interimens, occidens*: περικείρας, *circumtondens*: ἐμπείρας, *infigens*. In indicatiuo med. à διατείνομαι, διετεινάμην, *asserui, asseueraui*: εἰσαγείρομαι siue ἐσαγείρομαι, ἐσαγείρατο, *congregatus est*. In infin. κείρασθαι, *tonderi*.

α futuri & aoristi ex αι.

α in vtroque tempore ex αι: vt in futuro indicat. à κυδαίνω, κυδανῶ, *decorabo*: ξανῶ, *carpam, lacerabo*: ποιμανῶ, *pascam*: ψαρῶ, *attingam*: χωλανεῖς, *claudicabis*: διαμιερανεῖς, & Ionice (179,15. & 411,7.) διαμιε-

τετρανεῖς, *perforabis, perforares, possis perforare* : περανεῖ,
proderit, erit copia vel facultas : χαροῦσι, *gaudebunt*. In in-
dicatiuo med. πημανοῦμαι, *lædam* seu *lædar*. In part. πη-
μανούμενος, *læsurus*. Hæc possunt & futura secunda cen-
seri. In indicatiui aoristo act. à περαίνω, ἐπέρανα, ἐπέρανας,
ἐπέρανεν, *effeci, isti, it* : σημαίνω, ἐσήμανα: *indicatiui* : ἐναίρω,
ἤναρα, *interfeci*. [ἐνήρε est vt ἠνάλωσε. (339,25.) augmento ANNOTATIO.
in præpositionem translato : nam regulariter vt ἀνήλωσε
dicit Xenophon, sic Hesiod. ἐνήρατο & κατενήρατο : com-
positoq; κατήναρες vtitur Callimachus hymno in Apol-
linem, τὸν μὲν σὺ κατήναρες, *quem tu interemisti*. In ἠνάριζε
& ἠνάριξε apud Suid. diuersa est ratio : nam ἐναρίζω de-
riuatum à nomine ἔναρα, rectè augetur initio, more ver-
borum è nominibus descendentium, vt docui supra
pag. 289.] ἐνήρεν, *interfecit* : εὐφραίνω, εὔφρανας, *lætificasti*,
lætũ reddidisti : ἀμφικαίνω, ἀμφέκανεν, *inglutiuit, absorpsit*.
[ἀμφέκανε significaret *circumquaque occidit*: at in deglu- ANNOTATIO.
tiendi signif. dicitur ἀμφέχανε, ab ἀμφιχαίνω : necnon
περιέχανε, à περιχαίνω : quæ propriè sonant *circumhiare,*
rictu diducto circundare, atque ita deglutire.] συγκραδαί-
νω, συνεκράδανε, *concussit, vibrantem motum ciuit*. Hæc
quæ sunt tertiæ personæ numeri singularis, possunt &
aoristi secundi iudicari. In Optatiuo Æolico, ὀργάνειας,
turbaris, irasci feceris. In subiunct. ῥάνωσι, *spargant* : nihil
refert priorísne an posterioris aoristi esse dixeris. In
infin. δρᾶναι, *facere* : (vel est aoristi sec. à δρῆμι, pro δρῆ-
ναι, η in α Doricè mutato) ἐπικρᾶναι, *capite annuisse*:
λεῦναι, *delere*: πεπᾶναι, *maturare, excoxisse*: ὑφᾶναι, *texuisse*:
διᾶραι, *aperire*: ἐπᾶραι, *erexisse, sursum tulisse*: συνᾶραι, *cõ-*
ferre: φᾶραι, *texere, nectere* : penacutum inuenitur φάραι:
sed malim penanflexum. In participio, εὐφράνας, *afficiẽs*
lætitia : καταξαίνας, *concerpens, lacerans* : περάνας, *efficiens*:
πετράνας, & Ionicè (411,7.) τετραίνας, *qui perforauit* : διά-
ρας, *diducẽs*: ἐπάρας, *attollens*: συνεξάρας, *qui simul extulit*:
ὑπεράρας, *qui superauit*. In infin. medio, συνάρασθαι, & At-
ticè (401, 23.) ξυνάρασθαι, *cum aliis suscipere, coniungere,*
componere : sunt qui ξυνάρασθαι ad ξυναίρομαι referant. In
part. ἐπαράμενος, *qui sustulit*. η siue (vt ferè scriptum in- *η siue ῃ ex αι.*
uenitur) ῃ pro α ex αι : quod Attic. est proprium, 177,5.
in indicatiuo, à κραίνω, ἔκρηνα, & poëticè pleonasmo τοῦ η,
ἐκρήηνα, *perfeci*: ἐκρήηνεν, *impleuit*: vel ducetur à κραιαίνω
mutato vtroque αι in η: (sunt qui scribant ἐκρήαινεν, absq;
diphthongo: & alij ἐκρήηνε cũ duplici diphthõgo) idem
iudiciũ de imperatiuo κρήηνον, & cũ ἐπὶ, ἐπικρήηνον, *perfice*:
ἐξυφαίνω, ἐξύφηνα, *telam absolui, contexui* : ἐξιδιαίνω, ἐξιδί-

να, *certaui, contendi*: ἐχαλέπηνα, *grauis & molestus fui, difficilem me præbui*: ἀσθμαίνω, ἤσθμηνα, *anhelaui*: αὐαίνω, ηὔηνα, *arefeci*: μεγαίρω, ἐμέγηρα, *inuidi*: ἐμέγηρεν, *inuidit*: ἐξαίρω, ἐξῆρα, *sustuli*: ἐπαίρω, ἐπῆρα, *idem*: ὀνομαίνω, ὠνόμηνεν, & detracto incremēto ὀνόμηνε, *nominauit, appellauit*: περσαίνω, πέρσηνε, pro ἐπέρσηνε, *siccauit*: πεςαίνω, & Ion. 411,7. τετραίνω, τέτρηνε, *terebrauit*: (sunt qui scribāt τέτηνε, sine ρ, à τεταίνω.)

ANNOTATIO. [τέτηνε pro τέτρηνε non video quomodo possit excusari: nam primitiuum eius est τράω, & cognatum τίτρημι: quamobrem apud Hesychium quoque, Suidam, Etymologum, & alios, non sine ρ scripta reperiuntur: at τιταίνειν cum significat *tendere*, nascitur è τείνω vel τάω: quū vero pro *vlcisci* ponitur, oritur à τίω, à quo etiam τίνυμι.] ἐπισημαίνω, ἐπεσήμηνε, *significauit*: ἐχθαίρω, ἤχθηρεν, *odit, oderat*: περικαθαίρω, περιεκάθηρε, *circūputauit*: ὑπεραίρω, ὑπερῆρε, *superauit*: μενεαίνω, μενεήναμεν, *irati sumus*, pro ἐμενεήναμεν: λειαίνω, ἐλείηναν, & λείηναν, *explanarunt*. In imperat. παράφηνον, *illumina*: σήμηνον, *significa*. In Optat. Æolico, ἐχθήρειε, *fastidiret, fugeret*: πημήνειαν, *læserint*. In subiunct. ἐχθήρω, *odio habeam*: τεκμήρω, *indicauerim*: ἐξονομήνῃς, *nominatim indixeris*: κοιλήνῃς, *cauaueris, locum dederis*: σημήνῃ, *signum dederit*: φλεγμήνῃ, *intumescat, & inflammetur*: ἐξυφήνωσι, *telam absoluerint*: φήνωσιν, *ostenderint*. In infin. ἀποφλεγμῆναι, *tumorem deposuisse*: ἐκφῆναι, *apparuisse*: θερμῆναι, *calefacere*: καθῆραι, *purgare*: παραφῆναι, *demonstrare*: σημῆναι, *significare, signum esse*: φλεγμῆναι, *intumuisse*: φορῆναι, *tulisse*. In part. ἐπήρας, *attollens*: ἐπιλειήνας, *leuigans, poliens, mitigans*: θυμήνας, θυμήνασα, *iratus, a*: θυμήνασαι, *iratæ*: τεκτήναντες, *struentes*. In indic. med. ab ἐπιμαίνομαι, ἐπεμηνάμην, *insaniui*: ἐπεμήνατο, *furore in aliquem correptus est, furiosè adamauit*: λυμαίνομαι, ἐλυμήνατο, *nocuit, læsit, corrupit*: τεκταίνομαι, ἐτεκτήνατο, *fabrefecit*: ἀποφαίνομαι, ἀπεφήνατο, *enuntiauit*: τεκμαίρομαι, τεκμήραντο, pro ἐτεκμήραντο, *coniecturam fecerunt*. In infin. ἐπισημήνασθαι, *signo notare, insignire*: κατασημήνασθαι, *insignire, obsignare*. In part. καθηράμενος, *piatus, purgatus*: χηράμενοι, *qui abduxerunt*: ὑδρηναμένη, *lota, humectata*.

Notio de penultima η ex α futuri, aut η ex αι præsentis.

Penultima aoristi primi, vt Grammatici volunt, pendet à futuri potiùs quàm à præsentis penultima. ideo cùm ea omnia quæ in aoristo habent η ante ν & ρ, in futuro scribantur per α, & in præsenti per αι, iuxta illorum sententiam η proueniens ex α futuri monophthōgum est: si ducatur ex αι præsentis, habebit punctum subscriptū. nam α migrat in η, & αι in ῃ: nuda scilicet vocalis in nudam vocalem, & diphthongus in diph

diphthongum. ne igitur mireris, si hæc & huiusmodi nunc per η, nũc per ῃ scripta inuenias. cæterùm thematis illorum inuestigãdi ratio manet semper eadem. Quod autem attinet ad ea quæ ante ν aut ρ nullam harum ε, ει, α, η, siue ῃ, habent pro penultima, tum eandem habent cum themate penultimã: vt in futuro actiuo à πορσυνέω, πορσυνῶ, *præstabo, efficiam*: οἰόνω, οἰονεῖς, *existimabis, videbitur tibi*. In part. μηκυνῶν, & Ion. (179,14.) μηκυνέων, *producturus*. In aor. indicatiui, ὄρινας pro ὤρινας, *commouisti, turbasti*: κλίνω, ἔκλιναν, *inclinati sunt, terga dederũt*. In imperat. ἀγάθυνον, *bene fac*. In infin. ἀνακλῖναι, *aperuisse*: περιφρῦσαι, *amplecti*. [Procul dubio scribendum περιφῦσαι, aor. 2. inusitati them. περίφυμι, à quo particip. περιφὺς, complexus, & velut à natura circumfusus.] In part. εὐκρίνας, & poëticè soluta diphthongo ἐϋκρίνας, *deligens, habito delectu*: διασύρας, *distrahens, obtrectans*. In indic. medio, à διαμαρτύρομαι, διεμαρτυράμην, διεμαρτύρω, *testificatus sum, testificatus es*. In Optat. ὑποκριναίμην, ὑποκρίναιο, ὑποκρίναιτο, *responderem, es, et*. In part. μυνάμενος, *causam prætexens*. Atque hoc quidem pacto regulariter rimanda sunt themata in futuris & aoristis primis vocis actiuæ & mediæ. De iis autem quæ ab obsoletis deducuntur, loquemur in sequentibus, vbi de perfecto regulari, ac temporibus quæ cum eo cognationem habent, egerimus. Ad hæc igitur transeamus.

ANNOTATIO.

PERFECTI ET PLVSQVAMPERF. VOCIS ACT. ET PASS. ITEM *primi aor. primique fut. ac paulo post fut. vocis pass. thema quomodo inuestigandum.*

QVOTAECVMQVE Coniugationis sit verbum, eædem semper manent in his temporibus terminationes: quas memoria firma teneat oportet, qui exactam thematum inueniendorum rationem sibi volet comparare. eæ commodè petentur, vel ex coniugatione verbi τύπτω, vel ex tribus illis figuris quæ pag. 162. & 163. describuntur, quibus tota terminationis verborum Barytonorum ratio continetur. Augmentum considerandum in perfecto, plusquamperfecto & paulopost futuro omnium modorum & participiorum, & in aoristo priore indicatiui: alibi nequaquam. In aoristo eadem est augmenti conside-

Terminatio.

Augmentum

ratio quæ & in imperfecto, de quo pag. 467. atq; eadem etiam in reliquis temporibus, nisi cum ante augmentum syllabicum ε, repetitur prima litera thematis, vel tenues π, κ, τ, pro aspiratis φ, χ, θ: aut cum fit eiusmodi repetitio præfixo insuper altero ε: aut etiam quũ

Attica reduplicatio. Atticè ante augmentum temporale η aut ω, repetuntur duæ priores literæ thematis inchoati ab α, aut ab ε, aut ab ο: vel pro α & ε repetitur ipsum η, & ω, pro ο. Verùm huiusmodi augmẽta siue repetitiones in rimando themate difficultatẽ penè nullam inferre possunt, nisi fortè in verbis compositis & in medio auctis, vbi ε ponitur ante consonantem repetitam cum altero ε: tum abiecta reduplicatione, ε ita erit cum præcedenti præpositione tractandum, vt in imperfectis compositorum quæ habent ε augmẽtum syllabicum in medio: de quibus 474. repetitio verò primæ consonantis cum ε, quæ aliud ε prȩfixum non habet, abiiciatur solùm tam è compositis quàm è simplicibus: & nulla præterea suscipiatur de augmento cura. Aliquando tamen ει ante λ aut μ, ponitur pro reduplicationibus λε & με. itaq; tum ει eodem modo erit abiiciendum: vide 298, 23. In reduplicatione Attica tollantur illæ duȩ literæ repetitæ: si sequatur ω, mutetur in ο: si η, mutetur in α vel ε, in eam videlicet quæ repetita fuerit. si in ipsa repetitione sit ω, mutetur quoque in ο, veluti & ω quod ponitur post reduplicationem. sic η, nunc in α, nunc in ε: vide 297, 23. & 300, 19. Quod ad

Penultima ο ex ε. penultimam attinet, hæc omnia tempora illam ferè eãdem habent cum ipso themate, nisi cum ante Characteristicas φ & χ ponitur ο, quod interdũ fit ex ε, 307, 8.

α ex { αι, ει, ε α quoque interdum fit ex αι, interdum ex ει, & nonnunquam ex ε. nempe à verbis quintæ coniug. (175, 7.) & ab iis quæ ante α habent ρ coniunctum cum altera consonante, fit ex ε, etiam in reliquis coniugationibus, 307, 13.

η ex α vel ε: ω ex ο. η ferè fit ex α vel ex ε: & ω ex ο. Characteristicæ maxima

Characteristica. est in his temporibus diuersitas. præcipua igitur sit illius cura & consideratio. In voce actiua tres tantùm inueniuntur, φ, χ, & κ: in voce passiua eædem, & præterea μ, ψ, π, γ, ξ, λ, μ, ν, ρ & σ: atque omnes vocales, & omnes diphthongi: & denique apud Poëtas τ, δ, θ,

φ, μ, ψ, π. pro σ. ex his φ, μ, ψ & π, quandam inter se affinitatem gerunt. semper enim thema finitum in πω, aut βω, aut φω, aut πτω, siue in πομαι, βομαι, φομαι, πτομαι, demonstrant. sic χ, γ, ξ, & κ positum ante τ, ostendunt

χ, γ, ξ, κ ante τ. thema in κω, γω, χω, κτω, σσω siue ττω, & ζω, siue in κομαι, γομαι, χομαι, κτομαι, σσομαι siue ττομαι, & ζομαι:

λ in

λ in λλομαι: με in μθμαι, aut μνομαι: ν in νομαι: ϱ in ϱθμαι: κ & σ reliquos omnes thematum exitus designāt. Sed has omnes characteristicas in tres classes distribuamus: prima que constituatur ex φ, μ, ψ, π: altera ex χ, γ, ξ, & κ posito ante τ: tertia ex κ, σ, ex vocalibus ac diphthongis, atque ex λ, μ, ν, & ϱ. Quum igitur ante horum temporum, de quibus nunc sermo habetur, terminationes inueneris φ, aut μ, aut ψ, aut π, eas detracto incremento, muta identidem nunc in π, nunc in β, nunc in φ, & nunc in πτ: & terminationem sequentem muta item nunc in ω, nunc in ομαι: præterea si penultima sit ο, aut α præcedente ϱ cum altera consonante, interdum mutanda erit in ε. Exemplis res illustretur. Hæc referantur ad themata in πω aut πομαι: in perfecto passiuo, παραλέλειπται, *omissum est*, ad παραλείπομαι, ἐπιτετράφαται, *commissi sunt & crediti* (Ionicum est, 290, 15.) ad ἐπιτρέπομαι. Participium, τὸ ἐγκαταλελειμμένον, *pro derelicto habitum*, ad ἐγκαταλείπομαι: παρατετραμμένος, *digressus*, ad παρατρέπομαι. In indicat. act. à τρέπω. Attici pro τέτρεφα dicunt τέτροφα, *verti*: τέτροφας, *vertisti, transtulisti, & assumpsisti*. sic ab ἐντρέφω, ἐντέτροφεν & poëticè (249, 27.) ἐντέτροφεν, *enutriuit*: περιτρέφω, περιτέτροφα, *circumalui & circumalo*: περιτέτροφεν, *circumaluit*. Hæc ad βω aut βομαι: participium διατετριφὼς, *qui contriuit*, ad διατρίβω. In infin. pass. κατατετρῖφθαι, *tædio affectum esse, defatigari*, ad κατατρίβω. Particip. pass. τεθλιμμένος, τεθλιμμένη, *pressus, pressa*, ad θλίβω. Et hæc ducuntur à φω aut φομαι: in part. pass. à γράφομαι, γεγραμμένος, *pictus, scriptus, accusatus*: ἐπιγράφομαι, ἐπιγεγραμμένος, *suprascriptus*: παραγράφομαι, παραγεγραμμένος, *ascriptitius*: συγγράφομαι, συγγεγραμμένοι, *conscripti*: καταστέφομαι, κατεστεμμένος, *coronatus*: τρέφομαι, τετραμμένος, *vergēs, spectans, incumbens, mutatus, translatus*. [τετραμμένος *versus, vergens*, non est à them. in φω, sed à them. in πω, τρέπω *verto*. τρέφω autē significat *alo*, & facit part. τεθραμμένος, vt fusius infra.] διαστρέφομαι, διεστραμμένα, *distorta & obliqua*: & διεστραμμένοι, *strabi; quibus acies oculorum est peruersa*: συστρέφομαι, συνεστραμμένος, *contortus, intortus*: hinc aduerbium συνεστραμμένως, *obliquè, contortè*: ἐκστρέφομαι, ἐξεστραμμένος, *inuersus*: hinc aduerbium ἐξεστραμμένως, *transuersè*: καταστρέφομαι, κατεστραμμένος, *subactus, & qui subegit*: hinc aduerbium κατεστραμμένως, *aduersè*: καταστρέφομαι, in plusquamperfecto κατέστραπτο, *subactus erat*: tertia pluralis Ionica (190, 15.) * κατεστρέφατο, *subacti sunt*. Hæc à πω vel πτομαι: in infinitiuo actiuo, à συνεπικύπτω, συνεπικε-

λ, μν, ν, ϱ.

Referenda ad themata in πω aut πομαι.

Referenda ad themata in βω aut βομαι.

Ad φω aut φομαι.

ANNOTATIO.

* *Vsitatius est κατεστράφατο, vt simplex ἐστράφατο, 307, 31.*

Ad πω aut πτομαι.

κυφέναι, ſimul incumbere. In part. à προσκύπτω, προσκεκυφὼς, *inclinatus, aurem admouens:* ἐγκύπτω, ἐγκεκυφότες, *obſtipo capite, proni, cernui.* In indic. paſſ. à σκέπτομαι, ἔσκεμμαι, *cõſideratus ſum:* ἅπτομαι, ἧμμαι, *accẽſus ſum:* κόπτομαι, κέκομμαι, *ſciſſus ſum:* διακόπτομαι, διακέκοπται, *interſciſſum eſt, reprobatum eſt:* ἅπτομαι, ἧπται, *tactus eſt:* ἀνάπτομαι, ἀνῆπται, *dicatus eſt :* ἐφάπτομαι, ἐφῆπται, *exarſit, incumbit, imminet.* in pluſquamperf. ἐφῆπτο, *attigerat.* In imperat. à ῥίπτομαι, ἐρρίφθω, *tranſeat, eſto ita:* ἐρρίφθων, *proiecti ſunto,* in duali. In infin. ab ἅπτομαι, ἧφθαι, *attigiſſe :* κόπτομαι, κεκόφθαι, *ſciſſum eſſe.* In part. κεκομμένος, *cæſus :* ἐκκόπτομαι, ἐκκεκομμένος, *qui inter aleas bona ſua profudit :* ἐκκεκομμένη τὸν ὀφθαλμὸν, *oculo capta altero:* παρακεκομμένος, *delirus, inſanus:* τεθρυμμένος, *delicatus:* *τεθυελλαμμένον, *turbatum à procella:* (ſunt qui referant ad θυελλαίνω) κλέπτομαι, κεκλαμμένον, *furto ſubreptũ :* vide 307, 11. ἐγκλέπτομαι, ἐγκεκλαμμένος, *ſurreptus:* ῥάπτομαι, ἐρραμμένος, *cõſutus:* ἀναρράπτομαι, ἀνερραμμένος, *conſutus:* σκέπτομαι, ἐσκεμμένον, *animaduerſum, conſideratũ:* περισκέπτομαι, περιεσκεμμένος, *cõſideratus, circumſpectus:* hinc aduerb. περιεσκεμμένως, *cautè, præmeditatè:* σκάπτομαι, ἐσκαμμένα, *foſſæ, ſcrobes :* κατασκάπτομαι, κατεσκαμμένος, *dirutus:* ἀποσκολύπτομαι, ἀπεσκολυμμένος, *denudatus, excoriatus :* συσκολύπτομαι, συνεσκολυμμένος, *contectus :* ἅπτομαι, ἡμμένος, *accenſus, & qui tetigit:* ἐνάπτομαι, ἐνημμένος, *indutus:* συνάπτομαι, συνημμένος, *coniunctus, inditus:* hinc aduerbium συνημμένως, *continenter:* ἀφάπτομαι, ἀφημμένος, *accenſus, ardens :* dicitur & Ionicè (118, 30. & 172, 15.) ἀπαμμένος, *ligatus :* ſic ab ἐφάπτομαι, ἐπαμμένος, pro ἐφημμένος, *innexus :* à κάμπτομαι pro κεκαμμένος dicitur ob euphoniam κεκαμμένος, *flexus, criſpus :* ſic ab ἐπικάμπτομαι, ἐπικεκαμμένος, *arcuatus.*

** Apud Varinum eſt τεθυελλαμένον: ſed cum ἀπὸ τῆς θυέλλης deriuatum tradat, nõ eſt dubium quin ſcribẽdum ſit τεθυελλαμμένον, à them. nõ in πτω, ſed in νω, θυελλαίνω, vt μεμαραμμένον à μαραίνω, 139, 11.*

De aoriſtis primis & futuris pr. quæ ante θ habent φ.

In Aoriſto primo & fut. primo vocis paſſ. terminatio ſemper incipit à θ: vt θην, θης, θη, &c. θήσομαι, θήσῃ, θήσεται, &c. ante quod θ, omnia quæ habent Characteriſticam φ, ducuntur à thematibus in βομαι, vel πομαι, vel φομαι, vel πτομαι. itaq; vt in his inuenias thema, detrahe augmentum, ſi quod adſit, & muta φθ ac ſequẽtem terminationem identidem in βομαι, πομαι, φομαι, πτομαι: nam ab horum aliquo deducitur : vt à τρίβομαι, part. τριφθεὶς, *colliſus.* A μεταπέμπομαι, indicat. μετεπέμφθην, *ſum accerſitus :* κατερείπομαι, κατηρείφθην, *euerſus ſum & dirutus :* περιλάμπομαι, περιελάμφθημεν, & ſine augmento περιλαμφθῆμεν, *illuminati ſumus.* [In proſa rectius vno λ ſcribetur περιελάμφθημεν, à περιλάμπω *colluſtro:* in carmine vero ſi occurrat περιελλάμφθημεν, põt ab eodẽ περιλάμπω dedu

Referenda ad βομαι.

Ad πομαι.

ANNOTATIO.

